TRACTATVS

DE LVCRO DOTIS,

In quo per interpretationem, ſeu Commentarium in cap. XIX. lib. ij. Statutorum Lucenſium, ſub rubr. de Dote reſtituenda, ſoluto matrimonio per mortem mulieris liberis non extantibus, explicatur quicquid dubij iuris in materia de Lucro dotis ex varia ſtatutorum diſpoſitione vbique locorum poteſt contingere:

Per excellentiſsimum D. PHANVCCIVM de PHANVCCIIS Iureconſul. Lucenſem,

Cum Summarijs, & Indice copioſiſſimo.

LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ.
M. D. LXII.

PHANVCCIVS DE PHANVCCIIS IVRECONSVLTVS, MARTINO de Bernardinis patricio Lucensi, viro clarissimo, S. D. P.

PLerique scriptorum, quæ vulgè edere scripta decreuerunt, solent ea maximis principibus dedicare: vel vt eos beneficos sibi reddant, (quod minimè improbandum est) vel vt suis lucubrationibus illustri ipsorum nomine lucem afferant, simulq; eis addant autoritatem, confidentes sic forè, vt liuidi atque maledici homines in eas velis regijs quasi suspensis, minùs audeant, atque ab illis lacerandis abstineant. Horum consilium non prorsus inane videtur, quod, si non satis, aliquid saltem dignitatis, & existimationis operi afferre quis negabit? & ego quandoque sum illud sequutus: Neque tacebo, (veritas enim semper est profitenda) me hac ambitione non semel tactum, dùm de huius libelli dedicatione cogitaui: non enim mihi deerant summi nominis viri, quibus iure quodam ferè clientelæ hic meus qualiscunque labor deberi videretur. Attamen cum turpe semper iudicauerim vlla in re magis ambitione impelli, quàm ratione moueri, aliud

mihi nunc esse faciendum statui. Te igitur optime senex hoc libello donari malui, quàm libellum magnis ptincipum nominibus inscribi exornarique. Nam præter quàm, quòd tibi cum patre meo magna intercessit necessitudo, multis me officijs es etiam prosequutus, vt si horum causa aliquid rependo, certè hominis grati officio fungor, ne debitum tibi persoluere dicam: Idémque ago, quod & non pauci viri prudentissimi apprimè curarunt, vt Plato, Cicero, & alij quàm plures, qui ad amicos, & pernecessarios libros suos inscripserunt. Adde prætereà, quòd & Principibus mihi videris comparandus: nam in ciuitate libera cùm viuas maximus Senator & Patricius, nemo tibi imperat, sed tu quàmplurimis, prudentia, autoritate, & consilio, quo plurimum vales, dominari ipsorum voluntate mihi videris: adeò tum in Senatu, cùm in cæteris nostræ reipubli. magistratibus quæ tu prius probasti, cæteri omnes probare solent. Missum facio, quòd diuitijs, quibus abundas, prudenter, ac liberaliter vteris, domum habes, quasi alter Lucullus splendidè ac magnificè paratam illustrium, ac clarissimorum virorum frequens hospitium, opibus rempublic. adiuuas, pauperes inopia oppressos tu subleuas, cæterósque, qui in altiori fortunæ statu constituti sunt, magnopere honoras: sicque omnium animos tibi deuincis, vt si quispiam dixerit te potiri alia imperij specie, & quidem meliori, quàm quod domini terrarum habere solent, me hercule non errabit. His rebus gentis, ex qua es progenitus, nobilitas non parum splendoris adiungit: nam de familia tua quàmplurimi

rimi in omni ætate extiterunt viri clarissimi, & hodie nostra respubl. non paucos habet optimos ciues, inter quos nepotem tuum Iosephum Bernardinum, præstatissimum ciuem, admirari soleo. Et plurima de te, & de tota familia tua possem laude digna scribere, verùm hic non de tuis, vel tuorum laudibus dicere, sed rationem huius nuncupationis, quam in testimonium voluntatis, & obseruantiæ erga te meæ facio, reddere institui. Qua in re quid amplius immoror? quandoquidem eidem, qui in republica quasi optimus pater, & Senator, semper extitisti optimus eius legum defecisset, & custos, commentarium in easdem patrias leges conscriptum commendare maximè deceat. Accipe igitur hunc libellum iure, meritóque à me tibi dicatum ea humanitate, qua soles cætera accipere, & me ama. Vale. Datum ex ædibus nostris.

CANDIDO LECTORI AVTHOR.

QVartus hic agitur annus, cùm in editione mei tractatus de iureiurando in litem, tibi candide lector, sum pollicitus alia me fortè editurum. Nam inter alia, quæ succisiuis horis per otium, quod à forensibus negotiis, & aliis curis mihi dabatur, scribere licuit commentarium in ius nostrum municipale, de Lucro dotis, (fato nescio quo) componere tunc cœperam. Quod certè opus Ferrariacum me in curiam Romanam conferrem, coactus sum lõgi temporis interuallo intermittere. Etenim partim munus interpretãdi, in vrbis gymnasio, ad quod fueram tum accersitus, partim molestæ curæ Curiæ, matris & nutricis curarum, maiorem temporis partem sibi vendicabant: reliquam verò perturbabat aduersa fortuna, quam ab ineunte ætate ad hunc vsque diem nouercam expertus fui, vt minimè potuerim ad studia, quæ hominem ab omni molestia vacuum, & alacrem expostulant, animum appellere. In hoc tamen rerum mearũ statu, æstiuis diebus, cùm omnes Academiæ à studiis præ nimio calore feriatæ esse solẽt, prouinciam castigandi Pilei quæstiones, tametsi eam sæpe detrectare conatus fuissem, adductus precibus D. Vincẽtij Portici Iureconsultissimi viriq; optimi, & mihi amicissimi (nam eo tempore, cùm apud Paulum iiij. Pont. Max. legationis munere reip

reipublicæ nostræ nomine fungeretur, eo familiarissimè vtebar) suscepi. vnde factū est, vt quē in re mea subire laborem nequiueram, eum in alienis emendandis, & expoliendis exceperim, & fortasse maiorem, quàm credi possit: adeò exemplar earum mendis, & lituris erat refertum, multísque in locis ita corruptum, vt interdum in eo purgando, & restituendo, vt aliquem probabilem sensum elicerem, Oedipi officio functus fuerim. Quod vnum causa profectò fuit, vt in medio cursu me oneris suscepti sæpè pœnituerit: atque rem planè reliquissem imperfectā, nisi is, qui me potuit, vt illud onus susciperem, obstringere, sic instare, & vrgere perseuerasset vt tædium castigationis ad finem vsque earum pertulerim. At quàm castigatæ exierint, tu probè nosti: Neque enim mihi opus esse arbitror aliquas in ea re excusationes afferre, quando quidem hæc commemoro non alicuius sibi rationis reddendæ causa: qualiscunque enim fuit, tuo lucro cessit; sed vt inde scires, quòd æstate præterita, cùm eius excepti laboris in re aliena mihi venisset in mētem, cœpi desiderio absoluendi intermissum commentarium non paruo teneri: in quo quidē tantùm studij lōgis illis diebus, ac hyeme insequēti posui, vt nō parū vtilitatis ex eo, si in lucē prodeat, studiosos capere posse existimem. Non tamen inficior, quin hoc opus, si diutius apud me esse passus fuissem, melius in dies factum, atque redditū fuisset: quis enim tam paratus ad opus

aliquod ſcribendum accedit, qui ſi idem argumentum iterum tractandum ſuſcipiat, nõ multo id & abſolutius, & copioſius præſtare poſsit? præſertim tot quotidie in lucem exeuntibus ſcriptoribus recentibus, vel veteribus, qui ſuperiorum ſeculorum incuria in tenebris iacuerunt. Quid plura? nónne hunc cõmẽtarium iam tabellario tradideram, vt ad chalcographum proferret imprimendum, cùm in manus meas caſu prouenit eiuſdem argumenti libellus clariſsimi Iureconſul. Rolandi à Valle Venetiis paucis ante diebus excuſus? Cuius rei nouitate non potui, (ingenuè fatear) ſtatim non commoueri, quòd ex eo me oleum penè, & operam intelligebam perdidiſſe, cùm ille mihi videretur id argumentum præoccupaſſe, quod ipſe mihi ſumpſeram, & cuius me ſolum authorem eſſe credebam. Illum demum perlegi, & vt ex ea lectione noui grauem illum virum ex illis quæſtionibus de Lucro dotis tractandis, magnam ſibi laudem comparaſſe, ita etiam proſpexi noſtrum quoque cõmẽtarium poſſe ſuum locum obtinere, nec forè omnino inutilem, quòd ei acceſsio ex re domini Rolandi facta eſt huiuſmodi, vt qui noſtrum habuerit commentarium, is ſimul Rolandi libellum, quaſi in compedium redactum habere non negabit. En igitur præſto benigne lector, quod ſum pollicitus, accipe tractatum in tuam vtilitatem conſcriptum, méque propenſa animi voluntate remunera. Vale.

IN

INDEX RERVM, ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC D. Phanuccij de Phanucciis tractatu, de Lucro dotis, continentur.

*

Compen

Contra

Debit

Dict

Dotal

Mariti

Nup

Pater

Princeps

Qualit

Restrin

pater

Stat

moni

FINIS.

COMMENTARIVS IN CAP. XIX. LIBRI SECVNDI STATVTORVM CIVITATIS LVCENSIS, siue Tractatus de Lucro dotis

IN RVBRICAM.

De dote[a] restituenda[b] soluto[c] matrimonio[d] per mortem[e] mulieris liberis[f] non extantibus.

SVMMÆ.

1 *Nomen dotis æquiuocum est plura significans.*
2 *Dotes fundi.*
3 *Dos sanctimonialis.*
4 *Dos ecclesiæ vel altaris.*
5 *Dos significantiùs accipitur pro eo, quod datur causa substituendi onera matrimonij.*
6 *Dos an sit ipsa res dotalis secundum Azo. an verò ius continens res dotales secundum Bart.*
7 *Opinio Bart. magis communis.*
8 *Sed altera vera.*
9 *Bart. opinio implicita nihil certi ponens.*
10 *Altera etiam opinio confusione non caret.*
11 *Contractus prout est facti, & prout est iuris consideratur.*
12 *Dos est ipsa res dotalis, & non ius.*
13 *Dotis ius est particulare, & non vniuersale.*

a Nom

1 DOte[a], Nomen dotis † æquiuocũ est
a plura significans:quicquid enim ali
cui præcipuum ,datur, dotis nomi-
ne demonstratur, vt Genes. cap.30.
ibi dotauit me Deus dote bona.& Ouid.

Ornata est, dotes exhibet ipsa suas.

& Cic.lib.j.de Orat.ibi,cuius artem cùm indotatam esse,atque incomitatam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti &c. Hinc quoque virtutes animi vel corporis, dotes appellantur,hinc etiam fundi quædam præ-
2 cipua ei inseruientia nostri Iureconsf. †quandoque dotes fundi dixere.l.2.in fi. l. Seiæ.§. liber-
3 to.ff.de fund.instru.inde † datum sanctimoniali monasterium ingredienti ,à nostratibus dos dicitur. Bart.in l. j.§.si parens,ff.si quis à paren. fue.ma.Bal.in l.quoniã nouella.C.de inoff.test. Soci.in consil.ccxxij.præsens. coll.ij. circa med. in vol. ij. & in consil. ccxlj.circa.eod.vol. Alex. consil.xvij.viso titulo in fin. vol.6.quod est duplicatum, consil. cliij.vol. vij. & tradunt d.Alciat.in rub.solu. mat.in verbo dos, & ibi Vinc. Sauio.num.124.Nicol.nũ.149.& Soc.Iun.nu.6.
4 Qui quidem etiam dicunt†dotem esse quod ecclesiæ vel altari constituitur pro eius rectore vel sacerdote,qui quasi maritus onera eius in ministrando sacramenta, & faciendis sacris est subiturus.cap.nemo.de consecr. distinct. j. cap. cum sit.extra,de consecra.eccles. & alt.& §.j.in authen.vt nullus fabr.de qua quidem ecclesiæ dotatione non pauca præter alios commemo-

rat Bald.de Bartol. in l.j.num.22.versic descen-
5 do nunc ff. sol.mat.Sed † significantius in iure nostro dos accipitur pro eo,quod causa matrimonij sustinendi onera marito datur, l. pro oneribus.C. de iure dot. l. dotis fructus. l. plerunque §. si serui. ff. eod, quæ certe adinuenta fuit,vt mulieres facilius nuberent l.ij. ff.de iur. dot.quod reipub. valde interest, vt ciuitas repleatur hominibus.l.j.ff.sol.mat.& ibi not. omnes. ac adeo dos comitatur matrimonium, vt vbi matrimonium non est ibi nulla dos esse queat.l.final.C.de donat.ant.nupt.l.iij.ff.de iur. dot.l.lex iulia.ff.de fund.dot.& l.si mulier.ff.de iur. dot. Et in hac significatione vulgò accipi indubitatum est. vt ex illo Plauti loco in Amphitrio.

Non ego illam mihi dotem esse duco,
Quæ dos dicitur, sed pudicitiam.

Et sic in statuto nostro intelligi nemo dubitat. Verũ enimuero circa dotis diffinitionẽ Doctores nostri multas difficultates excitarunt: maxime Mod.Repetentes, in rubr. sol.matr. quas hic prosequi mihi non videtur necessarium, quandoquidẽ ad scholasticas quæstiones pertineant:illam tamen non prætermittam aperire. (hoc enim spectat ad intelligentiam vtilem
6 aliquot iurium)an † scilicet dos sit ipsa res dotalis,vt Azo diffiniebat in Summa. C. de iur.dot. an verò ius quodam vniuersale continens res, quæ propter onera matrimonij sustinenda dantur. vt dicebat Bart. in d.rubr. solt.matr. Circa quod

7 quod in primis ſciendum eſt † pro opinione Bart. eſſe magis communem, quòd dos non ſit ipſa res dotalis, ſed ius quoddã continens res &c. hoc enim tenuerunt Alex. Soci. Iaſ. ibi & Tomás Parpal. nume. 26. Rip. nume. 45. Franc. Nic. nu. 205. Io. Annib. Car. Rui. & plerique repetent. ibi Rapha. Cuman. in conſil. cix. domi Alciat. in l. Labeo & Sabinus. de verb. ſig. Alex. in conſil. xxj. viſo proceſſu. coll. fin. nume. 7. verſic. rurſus. libr. vj. duplicatum conſil. xlix. vol. iij. Bal. in c. ex literis. col. fi. extrà. de iureiur. Soc. in reg. ccxv. hęres. in ij. fallẽtia Ang. in con. lxxiiij. do. Andriola. Are. in l. Pompo. §. in dotẽ. coll. fin. de acquir. poſſeſſ. Alex. in conſil. cxxv. quoniam abunde ſatis. nu. 4. vol. vj. Soc. in conſ. clxxx. diligenter. in. ij. libr. vbi hanc opinionem appellat communem & veriorem: & eſt duplicatum conſil. cxxvj. in volum. j. Soci. in conſil. xc iij. circa. volu. j. Campe. in tracta. dot q. cxciij. Bart. in conſil. ccxxiiij. punct. & Felyn. in c. ij. col. iij. extrà. de lib. oblat. Azonis. autem diffinitionẽ quàm plures etiam ſequuntur, Socin. Inn. in d. rub. in iij. parte: num. 28. & ibi domin. Alciat. in verbo dos. Bald. nou. in tracta. dot. in princ. Ang. & Paul. de Caſt. Ioan. Crot. Bulg. Camil. viſita in d. rub. Bal. in l. fin. C. de ſent. quæ ſin. cer. quan. & Bal. de Bartol. in l. j. ff. ſol. matr.
8 & † iſta mihi videtur procul omni dubio vera: declaranda tamen vt per nos ĩ. Nam in hac re tantas turbas excitarunt ſcribentes, vt quid vel ſecundum Bar. vel ſecundum Azonem firman

dũ ſit ex dictis doctorũ nihil certi ſeu clari habeamus:vt taceam pleroſque neutram earum,
9 difficultate rei ſuperatos, firmare:quoniã †Bar. & ſequaces,qui dixerunt dotem eſſe ius vniuerſale continens, &c. in diſputationis progreſſu, tam arguendo,quàm concludendo,appellat dotem modò quid vniuerſale, intellectuale, ſeu incorporale,modò ius vniuerſale,vt potiſsimè eſt videre apud vtrunque Socc.& Ruin.qui volens in hoc Bar.mentẽ clarè aperire, ſic eius definitionẽ enucleat,quòd dos eſt quoddam ius repręſentatum,fictum,imaginatum, differens, ac ſeparatum ab illo corpore materiali continens id,quod datur &c. paſsim autẽ in tota ſua repetit.appellat.quãdoq; ius vniuerſale, quandoq; quid vniuerſale,ſeu intellectuale:quid ergo eſt hoc?éſtne idem quid intellectuale,& quid vniuerſale ſeu ius? nónne aliud eſt ius vniuerſale & aliud quid intellectuale? ecquis non nouit hoc? nam iura veniunt ſuper appellatione rerum,ſeu bonorum.l.rei appellatione:& ibi not. de verb.ſignifi.ac ideo vt res venduntur,donantur,ceduntur,in omnéque commercij,atque diſpoſitionis genus cadunt.tit. de hæred.& actio. ven.in ff.& C.& alibi paſsim.nec differunt à cęteris rebus,niſi in hoc quòd ſunt incorporales: quoniam res noſtrę aliæ corporales,alię incorporales ſunt.l.j.§.quædam.ff.de rer.diuiſ.Inſtit. de rebus corpor. per totum.Tiraq. in tract. ligna.§.j.glo.vij.nume. 10. Quod autem eſt intellectuale,non venditur,nec in aliud cõmercium

cadit

cadit, ſed in mentis noſtræ intelligentia verſatur, vt diſciplinę, & artes, & intellectuale eſt de re quæ intelligitur in eo intellectuali, ideſt nomen alicuius rei. Præterea Ruinus cur dotem dicát ius repręſentatum, fictum, imaginatum non perſpicio: Ius enim fingi nuſquam legi: factum fingere ſuadente æquitate leges ſolent interdum, ſed non ius; quod agit lex circa ius, id certè agit non per fictionem, ſed per veritatẽ: vt per Bar. & Mod. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. vides ergo quòd ſi Bart. opin. ſequi volueris, aliqua certa & clara concluſio in hoc
10 tibi non datur, vice verſa † alteram partem ſi amplectaris confuſione prorſus non carebis: Nam dom. Alciat. qui ſecundum Azonem concluſerat dotem eſſe ipſam rem dotalem, neſciens ab his, quę ſibi videbantur aduerſari, alio modo ſe explicare, dicit, quòd ex contractu dotis & pecuniæ datione oritur quoddam ius à re ipſa ſeparatum, quod ipſum ius dos appellatur. not. per Bartol. in l. cùm pater. §. pater filiæ. de leg. ij. l. licet. de dot. præleg. & iſtud ius (ait ipſe) ſi res in dotem data, eſt particularis, particulare eſt: ſi vniuerſalis, vniuerſale: qua de re concludit ſententiam Bartol. generaliter haud eſſe veram: dum voluit dotem ſemper eſſe ius vniuerſale. In aliquo igitur definitioni Bartol. d. Alciat. aſſentitur: nam concedit dotem eſſe ius, item & aliquando ius vniuerſale: nónne hoc anteà negauerat? Sed quęro quódnam eſt illud ius ex contractu, & pecuniæ datione oriens? Si

dixeris, vt aperit. Bald. Nouel. in tract. de dot. in ij. parte num. 5. qui postquam aduerterat secundum aliquos, certum ius in abstracto consideratum, ab eis dos appellatum: dicit esse illud quod competit ex contractu dotis, ex quo iure actio & obligatio causatur: Ego respondeo hoc, in abstracto, nihil esse: quia fateor, sicut depositum, commodatũ, pignus & similia etiam vt ius
11 considerari: ita & dotem: sed tunc † vt contractus cõsideratur, non prout est facti. iux. l. consilio in fin. ff. de cur. fur. sed prout est iuris. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. quia ex ipsa re sola commodata, vel deposita, & simili, non oritur actio vel obligatio. verùm nos non disputamus de dote, prout accipitur pro contractu, an tunc sit ius: sed an prout est dos, dici debeat ius, vt respondebat Bulgar. Et præter hunc modum considerare depositum, commodatum, dotem & similia, esse ius aliquod, est somniare: quoniam hos terminos habemus, & præterea nihil. Contractus prout quid est facti & iuris, potest considerari: item actio & obligatio ex contractu oriens. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. & ipsa res. Illud quoque consequens nego, quod dos ius vniuersale dicendum sit, quia res data in dotem sit vniuersalis: nam sequeretur quod legatum quando hæreditas relinqueretur, diceretur ius vniuersale: quod est falsum. Bart. in l. reconiuncti, col. viij. de leg. iij. l. cũ filius. §. Lucio. de leg. ij. & quo ad hoc nihil referre in dotem esse datum quid vniuersale, vel particulare, est tex. iunct. ibi glo. in l. j. ff. pro dot. quem-

admodum in re empta, seu emptione & venditione quia si sit vendita res vniuersalis id est hæreditas, inde nõ magis oritur ius vniuersale quàm si res particularis esset vẽdita. l. secunda, C. de pact. l. ij. C. de hæred. & actio. vendi. Quid dicam de eorum argumentis, quæ quisque suæ opinionis assertor facit? vereor ne more Andabatharum ferè simul pugnauerint. in summa eò tendunt omnia velut dotem aliud esse à rebus istis dotalibus suadeant, seu contrarium probent, quorum solutio pendet omnis ab intelligentia. l. si is qui Stichum. §. quod dicitur. ff. de iure dot. & l. j. §. quod diximus. ff. de dot. præleg. & l. quod dicitur. ff. de imp. in reb. dot. circa quã contorserunt se omnes, & præsertim Soci. Inn. & Car. Ruin. arguentes pro vtraque parte, & variè inducentes illa iura, vt per eos: & demum alter dicit se malle doceri quã alios docere, alter autem quod autoritati Bart. est cedendum in re valde dubia: Nos itaque tenentes cum
12 Azone, dicemus in primis † res ipsas dotales esse dotem, prorsus negando dotem esse ius. d. l. si is qui trium. §. quod dicitur: dum ibi Iurec. appellat dotem pecuniariã: quod sanè de iure dici non potest: Item alibi dicitur dotem numerari. l. si pater ignorans. ff. sol. matri vel dotem dari, l. profectitia §. fin. l. si sponsa. l. si mulier ff. de iur. dot. Item dotem conferri: toto Tit. de colla. dot. & in aliis multis locis, dotem pro ipsis rebus dotalibus poni certum est. & sic vulgo dicimus, hęc res est dos mea vt apud Te-

 rentium

rentium in Andria,

Dos est Pamphile decem Talenta,

Item dos vendicatur.l.in rebus.C. de rei vend. & in dominio eius tansferendo requiritur tra- ditio.l. de diuisione.sol. mat.l.dotale.§. dotale. de fun. dot.Item sequestratur. l. si cum dotem. §.si autem in sæuissimo.& ibi not.sol.mat.item aliqua re dotali euicta prçstatur,seu datur actio euictionis, vt de re aliqua particulari tradita tit.venditionis,vel alio.l.j.& ibi not.C.de euic. Alciatus in l. pecuniæ.§. hæreditas.de verb.sig. l.j.l quoties.C.de iure.dot.l.mater.ff.eo.l.pater. ff. de euict.l.serui venditor.l.si naue.ff.eod. l. proinde.ff.de ædil.edict. Nec in dote succe- dens tenetur stare colono.l.filio.§ fin.sol. mat. glo.in l. diuortio.eod.tit. Item extinctis rebus dotalibus extinguitur dos ipsa,& nomen dotis. l. plerunque. in fin.de iur. dot.l.j. C.eo.l.j.§. si mancipia. ff.eo.l.si pro re.ff.de euic. Item res empta ex pecunia dotali non efficitur dotalis.l. ex pecunia. C.de iur. dot. Nisi per partes ex- pressim id agatur.l.si ex lapidicinis.de iur. dot. l.si mulier.ff.de pact.dot.vt per Cor.in cons.ce- lxx.quæritur.vol.iiij.Bald.de Barto.in l.j. nu. 9. versic.non videtur. sol. mat. nisi fortè in subsi- dium speciali fauore dotis.Bal.in consi.ccxxvj. ista confessio.vol.4.Bald. nou.in tract. de dote vbi suprà.Ioann. Boscli in tracta.de nupt. libr. vj. num.30. Bap. de s. Blas.in tract. de priuil.in ij.centuria.num. 7. & actio quæ in hoc casu da- tur ad instar hypothecariæ tollitur, seu exclu-

ditur

ditur:si pecunia dotalis per possessionem offeratur mulieri. Soc. in con. ccxxiiij. elegāter. vol. ij. & sic in dote res non subrogatur loco pecuniæ vel alterius rei dotalis: quicquid dixerit Bar. in consil. cxxiiij punctus. Item fructus non augent dotem, & sententia incerta super dote non tenet: vt de his infrà dicam respondendo contrariis, quid plura? vndique conuincitur dotem esse res ipsas, dotales, non autem aliquod
13 ius: & † dotis ipsius ius non esse vniursale, sed particulare, vt patet ex prædictis. tametsi dos esse posit quandoque particularis, quandoque vniuersalis, prout est ipsa res dotalis, quemadmodum in legato contingit quod quidem vel particulare, vel generale, vel vniuersale dicitur prout est res legata. Alex. in l. grege. de leg. primo. Et pro solutione difficultatis per doctores motæ in hac re primò considerandum est, nomina, alia esse rerum vniuersalia vestis, bos, & similia. iuxta not. in l. si quis in fundi vocabulo.
14 de leg. j. alia verò iuris † & hæc duplicia sunt. alia important ius, vt actio, obligatio, seruitus, hereditas. §. j. Instit. de reb. corp. alia licet sint nomina iuris, id est à iure inuenta, tamen ius nō important, vel significant, sed res: secundum tamen quandam iuris determinationem, præter id, quod secundum vulgarem & naturalem rei significatum præse ferunt: vt est hoc nomē dos, peculium, bona, fructus, & similia, sic duplicis generis esse nomina iuris, aduertit, licet non sic explicitè, Bulgarinus in d. rubr. nu. 9. versiculo,

&

& ratione expenſarum damnãs glo.in d.l. quod
dicitur,quæ dixit,quòd dos eſt nomen iuris, id
eſt ius ipſum,ſeu ius ſignificans. Quæ doctrina
probatur,quoniam peculium, vt nomen iuris,
eſt,quod deducto ęre domini,vel patrisfamiliâs
habet ſeruus, vel filiusfam. ex præmiſſu eorũ. l.
peculium autem. ff. de pecul. cum concord. ſe-
cundum tamen naturalem ſignificatum, eſt id
quod datum eſt,&c.l.in depoſiti.§.fin.ff.eod.l.ſi
chorus. §. j. de leg. iij. item bona intelliguntur
ſecundũ nomẽ iuris,deducto omni ęre alieno.
l.mulier bona. ff.de iur. dot.l.ſubſignatum.§.j.
de verb.ſign.l.bonorum eod. ſecundum tamen
naturalem ſignificatum ipſæ res ſignificantur,vt
cunq; ſint ære alieno grauatę,vel nõ.l.princeps
l.propriæ.eo.ti.idem in fructibus: vt per doc. in
15 l.fructus.per illum tex.ff.ſol.mat.ita & dos,†vt
eſt nomen iuris ſignificat res dotales omni ære
alieno dotis deducto. l. nondum. ff. de relig.&
ſumpt.fun.nam impoſsibile eſt ſecundum iuris
determinationem dotem eſſe in ære alieno ſeu
alio grauamine, ſiue id ab initio contracti ma-
trimonij,ſiue ex poſt contingeret.l.ſi pater mu-
lieris.ff.de iur.dot.l.ſi conuenerit.la ij. l.conue-
niri. ff.de pact. dot.quia contra ſuſtantiã dotis
non valet pactum.l.cum precario.ff. de precar.
l. ius pub. ff. de pact. doct. in l. nemo poteſt. de
leg.j.& in l. j. §. ſi quis ita. de verb. obl. & dicit
hoc d.Alci.in d.rub.in ver.dos.nu.27.poſt alios
ibi.dos igitur non eſt ius.ſed nomen iuris ſigni-
ficans res conſideratas,tamen ſecundũ iuris de-

term

terminationẽ: ſcilicet illud omne, ꝙ pro vnius matrimonij oneribus ſuſtinendis accipitur.&c. & eſt nomen indeterminatũ,ſeu indefinitũ: nõ aũt collectiuũ pluriũ:vt dicebat Soc. In. & male in d.rub.quare de neceſsitate nõ pręſuppõit pluralitatem rerũ,ſeu pluriũ collectionẽ:vt nomẽ familiæ,populus & ſimilia:ſed bene refertur ad totalitatẽ,ſeu vniuerſalitatẽ eius,quod datũ eſt pro oneribus.&c.Sed hoc non facit,vt vniuerſitatẽ plurium rerũ,vel capitũ neceſſario pęrſupponat:quoniã & in vna re totalitas poteſt conſiderari.Nunc ex his ſequitur declaratio & ſolu-
16 tio pluriũ.Et in primis†ad illud Vlpiani in l.j. „
§.quod diximus.ff.de dote pręleg. ad ea ſcilicet „
verba.Sed quod diximus ipſo iure dotẽ impẽſis neceſſariis minui,nõ ad ſingula corpora,ſed ad vniuerſitatẽ erit referendũ ꝙ nõ inferunt neceſſariò dotẽ eſſe aliquòd ius:ſed dicunt illlud totum, quod eſt dos propter impẽſas minui, nam in iure,vt annũ totũ,ſecundũ iam dictã determinationẽ,dos conſideratur. Et dũ Vlpianus negat dotis diminutionẽ ad ſingula corpora referri,ſed ad vniuerſum dotis: ſatis apertè mihi videtur dicere,quod diminutio dotis in ipſis rebus dotalibus contingat,nõ autẽ in aliquo iure quia eius reſpõsũ cõcernit dũtaxat modũ diminuendi dotẽ:vt vniuerſum minui ſufficiat,licet non ſigillatim corpora dotis:verbi gratia:eſt in dotẽ fundus valoris cẽtũ,itẽ & pecunia vel alia bona: impenſæ neceſſariæ dotis aſcendunt ad centũ:in hoc caſu ſufficit ad dotis diminutionẽ illum

illum fundum centũ, desinere esse dotalẽ, & in
eo solo omnem dotis diminutionẽ contingere
absque eo, quod cętera dotis corpora sigillatim
17 minuātur: quia † diminutio fit respectu vniuer
si, nõ autẽ rerum particulariũ secundũ Vlpianũ
in d.§.quod diximus. vt & clarius explicat Pau
lus Ireconſ. in l. si is qui Stichum. §.quod dici-
" tur. cuius hæc sunt verba, videlicet, Quod dici-
" tur necessarias impẽsas ipso iure dotẽ minuere,
" non eo pertinẽt, vt si forte fundus in dote sit, de
" sinat aliqua ex parte dotalis esse, sed nisi impen
" se reddatur, aut pars fundi aut totus retineatur.
" Sed si tantũ in fundũ dotalem impensum sit per
" partes, quas fundus est, desinere eum dotalem
" Scæuola noster dicebat, nisi mulier sponte infra
" annum marito impensas obtulerit. Si pecunia,
" & fundus in dote sint, & impensæ necessariæ in
" fundũ factæ, Nerua ait dotem pecuniariã minui.
" Quid ergo si mulier impensas marito soluerit,
" vtrũ cresset dos, an ex integro data videbitur?
" Cuius rei manifestior iniquitas in fundo est, se-
" cundũ Scæuolę nostræ sententiã: nam si desinat
" dotalis esse, poterit alienari. Rursus quẽadmo-
" dum poterit fieri dotalis data pecunia? an etiã
" iam data pecunia in dotẽ esse videbitur? & ma-
" gis est, vt ager in causam dotis reuertatur. Sed in
" terim alienatio fundi inhibeatur. Vides ergo ex
" his clarè, ꝙ dotis diminutio contingit in ipsis
bonis dotalibus, nõ autẽ in aliquo iure: nã facit
" vt vnius totus fundus desinat dotalis esse: Item
quòd

quòd de dote consistente in pecunia, & fundo, pars pecuniaria desinat dotalis esse,& difficultati orienti ex hoc responso,Paulus respondit,
18 quòd † infra annum alienatio huiusmodi fundi,qui propter impensas dotalis desiit esse, inhibetur vt infra illud tempus muliere impensas prædictas offerente, ager in causam dotis reuertatur: quæ quidem omnia si diminutio dotis fieret in aliquo iure, & non in ipsis bonis dotalibus, Paulus Iureconsul. non minus ineptè quàm falsò recenseret. Est verum quòd negat fundum pro parte minui, sed non ob id negat diminutionem dotis respectu vniuersi, & in ipsis bonis dotalibus, fieri: vt iam dixi. Quæ autem sit ratio, quòd pro parte diminui, & desinere esse dotalem nequeat, ipse non di-
19 cit:Sed hoc†dicit Vlpia.in d. l.quod dicitur,ne, scilicet,absurdum inde resultet.Cuius hęc sunt verba, videlicet. Quod dicitur necessarias im- » pēsas dotē minuere,sic erit accipiendū,vt Pom- » ponius ait,nō vt ipsę res corporaliter diminuan » tur, vt fundus, vel quodcunque aliud corpus » (etenim absurdum est,diminutionem corporis » fieri propter pecuniā)&c.Non negat igitur cessante absurdo, quin dotis diminutio fiat in ipsis bonis dotalibus,vt in duobus pręcedentibus Pauli casibus. Et vt reliqua huius textus declaremus subiicio quæ sequuntur: Cęte- » rum hæc res faciet desinere fundum esse do- » talem vel partem eius. manebit igitur ma- » ritus in rerum detentione, donec ei satis- »

fiat

ei ſatisfiat.nõ enim ipſo iure corporũ.ſed dotis fit diminutio.Ibi ergo admittimus diminutionem dotis ipſo iure fieri,vbi non ſunt corpora, ſed pecunia,nã in pecunia ratio admittit diminutionem fieri. Proinde ſi ęſtimata corpora in dotem data ſint, ipſo iure dos diminuetur, propter impẽſas neceſſarias. Hoc de his impenſis dictũ eſt,quæ in dotẽ ipſam factę ſint; cæterũ ſi extrinſecus, nõ minuent dotẽ;Sed ſi impenſis neceſſariis mulier ſatisfecerit,vtrũ dos creſcet an verò dicemus ex integro videri dotẽ datam? Et ergo vbi pecunia data eſt,nõ dubito dotẽ videri creuiſſe:His verbis Vlpianus vult diminutionem quidem dotis fieri,ſed nõ corporũ:vt pro parte dotalia eſſe deſinant.& expoſitio literalis eſt:Cęterum,ideſt ſi admitteremus quòd poſſet corpus dotale propter impenſas minui, ſequeretur, quòd poſſet pro parte deſinere dotale eſſe,quod Iureconſ.reputat abſurdum:ita exponit gloſſ. ibi.& diligenter perpende, quòd in hoc tota eſt quæſtio Vlpian.vbi ergo ageretur non de diminuendo pro parte fundum dota(19) lem,ſed de faciẽdo vt in totũ † deſineret dotalis eſſe: non negatur, quin hoc fieri poſsit cùm impenſę abſorberent totum fundi pretium vt reſpondit Paulus in d.§.quod dicitur. Nec obſtant illa verba ibi fundum eſſe, vel partẽ eius, quaſi videãtur idem inferre in vtroque caſu, ꝙ nec in totũ,nec pro parte poſsit dictus fundus deſinere eſſe dotalis:primò,quia ſic intelligẽdo apertè aduerſaretur reſponſo Paul.in d.§.quod dicitur

dicitur: vbi dicit clarè in totum posse corpus dotale propter impensas desinere dotale esse, vt suprà retuli: Sed iura iuribus sunt concordãda iux.
20 vulg. & † ideo verũ nõ est, vel quòd tex. Pauli corrigatur ab Vlpiano, vt dicebat Saly. & nonnulli alij, vel quòd ibi referatur sententia Scæuolæ: Sed non approbetur, secundum D. Alci. in l. hæreditatis app. de verb. signif. Secundò quia in hoc casu cessat adsurdum: non censetur ergo Vlp. idem voluisse quod dicit in casu, quando agitur de diminuendo fundum pro parte arguendo, à cessante ratione. Tertiò quare non fuit quæstio de hoc, sed tantùm an fundus dotalis pro parte diminueretur propter impensas necessarias: ergo non creditur Vlp. respondisse de hoc: quia respondere vltra terminos quæstionis non decet. l. vt responsum. C. de transact. §. præterea. instit. de verb. oblig. Doct. in l. j. §. si quis ita. ff. eod. aliter igitur illa verba sunt accipienda. Et sensus verus fuit Vlpiani, quòd minuere dotem est facere, vt fundus, vel aliud corpus dotale desinat esse dotale in totum, vel pro parte: quatenus dotis diminutio se extendit: & quia hunc effectum resultãtem ex dotis diminutione retulerit & mox illum effectum admittere noluerit quò ad vnum casum: scilicet, quando agitur de diminuendo corpus pro parte causa euitandi absurdum: non negatur in aliis casibus imò tacitè videtur concedi: quòd scilicet fundus vel aliud corpus dotale posſit in totũ desinere dotale esse. Hinc sequitur clara, & certa conclusio: quòd dotis diminutio contingit in ipsis bonis dotalibus, & non in aliquo iure, prę

terquã cùm agitur vt vnũ corpus dotale pro par-
21 te desinat esse dotale † propter absurdũ, quod profectò est in hoc, quia mulier in re sua cogeretur socium admittere: quod est durum. l. non si sortem §. centum. ff. de condi. indeb. l. cum pater. §. dulcissimis: de leg. ij. vel quòd vnamet res diuerso iure censeretur: pro parte scilicet dotalis, pro parte non. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. & causa euitandi absurdum, licet à regulis iuris recedere. Alex. in l. Sed si hac. §. liberos. de in ius vocand. Bar. in l. facti §. pactus. ff. de his qui notantur infa. l. nam absurdum. ff. de bon. lib. Et in hoc casu aduerte, quòd licet ipsum corpus dotale, non minuatur, desinendo pro parte esse dotale: ipsa tamen dos minuitur: quia est corpus intellectuale, secundum Bal. in l. fi. C. de senten. que sin. cer.
22 quãdoquidem † in intellectu iuris (secundũ quem dos est id, quod deducto ære alieno ipsius dotis pro oneribus matrimonij &c.) statim efficitur minor propter impẽsas necessarias: tametsi in actu rerum dotalium non fiat dotis diminutio: qua de re sæpe solent iura indistincte loquentia dicere, quod dos minuitur impẽsis necessariis. l. j. §. j. ff. de imp. in re dot. l. j. §. nec ob impensas. C. de rei vx. act. l. dote prælegata. l. cum quis. in princ. ff. de dot. præleg. & aliis multis concord. nec inconuenit aliquãdo in intellectu iuris aliquid esse, quod non est in actu rei. l. Mæuius. §. duobus. de le. ij. Nec id negatur per Vlp. in d. l. quod dicitur. §. ibi ergo admittimus. nam loquitur de diminutione actuali, seu corporali rerum, vt patet ex præcedentibus ibi, non vt ipse res corporaliter, &c.

&c. præſupponens ſemper ipſius dotis diminutionem fieri: vt & clarius ibi, non enim ipſo iure corporum, ſed dotis fit diminutio. & probatur ea quoque ratione, quia alioquin differētia, quam inter impenſas neceſſarias & alias facit Vlp. in d. l. quòd dicitur. §. hoc de his: & alibi. eſſet inepta: quia & corporum dotalium datur retentio propter alias impenſas non neceſſarias, ſeu aliud debitum mulieris non dotale. l. dote prælegata. ff. de dot. præleg. l. pro voluptuariis. ff. de imp. in reb. dot. facit l. j. & ibi not. C. etiã ob chirograph. ne ergo inanis ſit, oportet dicere quòd propter
23 impenſas neceſſarias, dos† ſemper minuatur in iuris intellectu, licet non ſemper in actu rerũ dotalium, & iſta intellectualis diminutio habet effectus ſuos in cæteris: quia ſi dos reſtituatur per maritum, cui mulier non ſoluerit impēſas neceſſarias, condictio indebiti viro dabitur pro dote reſtituta: quia indebitè fuit ſoluta in iſto caſu, cũ eſſet iam de iure diminuta. d. l. quod dicitur. §. ſi. quod non contingit ſtante alio debito, quia tunc diceretur debitè ſoluta. vt dicit Rui. in d. rub. Itẽ ſi dos legatur, & multæ impenſæ factę neceſſariæ ſint in dotem: in illud legatum tanto minus venit, quantum continent illæ impenſæ. l. licet. de dot. præleg. Bar. in l. cum pater. §. pater filiæ, de leg. ij. & hoc non ea ratione quia dos ſit ius vniuerſale continẽs debita, & credita, vt dicebat ibi Bar. & Alex. in l. ſi res obligata. de leg. j. ſequendo Bal. in l. prædia. C. de fideicom. Sed quia dos in iuris intellectu eſt facta minor: ſeu ſecundum legis diſpoſitionem eſt diminuta: etiam ſi vlla

corporalis diminutio rerum dotalium non esset facta. Modò tolluntur ex his omnes doctorum difficultates, quia vel quòd iura referant diminutionem dotis non ad singula corpora, non inferũt quòd ea fiat in iure aliquo: sed per diminutionem vniuersi, & in ipsis bonis dotalibus vel per corporalem rerum diminutionem, vel saltem intellectualem: vel item quòd iura considerẽt dotem, vt aliud ab ipsis rebus dotalibus, nihil facit, vt propterea dos dicatur ius vniuersale: quia vt nomen iuris, differt, à rebus ipsis: nam significat res ipsas, cum quadam tamen legis determinatione: vt nomen bona: & id genus similia superius relata, quæ tamen non dixeris ius vniuersale importare, sed duntaxat aliquas res. Similiter secũdum Bart. argumentum non concludit, dum dicebat, ideo dotem ius vniuersale censeri, quia fructibus dos augetur. l. si marito. §. fi. sol. mat. vel aliis etiam augmentis crescit. l. etiam. C. de iur. dot. quod est proprium iuris vniuersalis, vt hæreditatis. glo. in l. item veniunt. §. fructus. ff. de petit. hæred. l. pecuniæ. §. pe. de verb. sig. l. hæreditatis
24 app. eod. tit. Nam id certè negari potest, † quòd scilicet ad instar hæreditatis dos augmentum recipiat: & primo quo ad fructus, considerantur tempora ante matrimonium, constante matrimonio, & post solutum matrimonium fructus dotis præcepti ante, si cùm matrimonium contrahitur, expressim aliquid non dicitur de eis, tacitè videntur in dotem dari. l. videamus generaliter. §. ante matrimonium. ff. de vsu. l. dotis fructus. l. si seruo. ff. de iur. dot. l. inter socerum.
§. cùm

§. cùm inter. ff. de pact. glo. in l. fundus. de fund. dot. hi ergo augent dotem, non sui natura, sed quia à parte data videntur. De præceptis constante matrimonio non videtur quærendum, quia ad virum pro oneribus matrimonij pertinent. l. pro oneribus. C. de iur. dot. præter partus ancillarum, qui non sunt in fructibus, l. plerunque. §. si serui. ff. eo. & de his, vt de cæteris accessionibus

25 est dicendum: vt infrà in tertio casu, † quando post solutum matrimonium percipiuntur, non sunt dos, vel portio dotis: secundum glo. in d. l. si marito. §. fin. at potius se habent ad dotem accessoriè, vt ad rem depositam, vel commodatam fructus se solent habere. d. l. videamus generaliter. §. primo de vsu. nemo tamẽ dixerit rem commodatam vel similem esse ius vniuersale. Nec aliud esse ibi dicatur in condictione in personam competenti sponsæ, aliud in actione dotis: nam imò idem obseruatur. l. si sponsa, & ibi not. ff. de iu. dot. quemadmodum ergo fructus rei depositæ, non sunt res deposita, nec in obligationem veniunt, sed per officium iudicis accessoriè petuntur. l. iiij. C. depos. l. si per collusionem. ff. de act. emp. Alex. in d. l. marito. §. fin. ita fructus dotis nõ sunt dos, nec actione dotalis debẽtur, sed officio iudicis. Nec obstat quòd in d. §. fin. dicatur pro his agi, & quòd sine his minorem dotem dicatur quis recipere, quoniam & res commodata deterior reddita, dicitur non reddi sine interesse deteriorationis. l. iij. §. j. ff. commod. & tamen illud interesse venit officio iudicis, secundum gloss. ibi in vna solut. Item nonne dicitur rem

restitutam non videri sine fructibus? l. restituere. & ibi dom. Alciat. de verborum significatione. l. in condemnatione. ff. de re iudicata. l. ex diuerso. §. j. ff. de rei venditione. & tamen fructus alia rei vendicatione petuntur. dicto §. fructus. Nec replicetur, Fructus dotis officio iudicis non peti. dicto §. finali: quia loquitur in casu post exactam dotem, & officium iudicis non duret post finitam principalem actionem. l. fin. & ibi not. ff. de eo quod cer. loc. nam replico vt in simili dixit Paulus de Castro in d. l. iij. §. fina. ibi, ad fructus durare officium iudicis ex illa actione. quia fundus fuerat receptus sine fructibus ab ignorante, quo casu cessant nota. in d. l. fin. Et quòd sui natura fructus non augeant dotem, satis patet, quia non augent respectu mariti. l. fin. §. prætereà. C. de iu. dot. vt aduertit dom. Alcia. Ioã. Gro. Soci. Iun. & multi alij tenentes hanc partem. Quò autem ad cætera augmenta, & accessiones, dicere possumus,
26 quod † illæ veniant in dotem prout in quamlibet aliam rem solent venire, & accessoria secundum naturã sui principalis iudicari: vt per gloss. in l. si vt certo. §. vsque adeò. ff. commo. & ad hoc facit l. si proprietati ff. de iur. dot. l. si seruo. l. si legato. eod. titulo. l. si ex toto. vbi Alexan. de legatis primo. l. aditio. de acquirenda hæreditate. l. dotalem seruum. ff. solut. matr. nónne etiam dicitur, quod emptioni accedit, partem esse emptionis? & ideo actiones ex empto dari pro partu, fructibus, & aliis quibuscunque accessionibus? l. quod si nolit. §. finali. ff. de ædil.

edic

edic. Nihil ergo facit, quòd dos accessionẽ recipiat, idcirco dici debeat ius vniuersale. Aliis etiam modis Soci. & Rui. arguunt pro oppositione Bart. quorum illa duo non prætcribo quin eis respondeam, omissis cæteris vt leuibus. Altera est quatenus Soci. dicebat ius vniuersale videri dotem: quia impensa in vna re dotali facta, deducitur de altera. l. diuortio. §. item si messes. solut. mat. d. l. si is qui Stichum §. quod dicitur; quod quidem in rebus particularibus non cõtingeret, sed in iure vniuersali obseruauit Bart. in l. in fundo. num. 8. ff. de rei vendicatione. nam respondeo dotem vt vnum corpus intellectuale, de pluribus rebus censeri, vt dicebat Bald in l. finali. C. de sent. quæ sin. cert. ideo nimirum si impensa facta in vna re deducitur de alia: sicut facta in messe deducitur de vindemia: quia messis, & vindemia est fructus vnius anni. l. si fundus. §. finali. solut. mat. Alterum verò Rui. negatur, dum dicit dotem, quia dicatur patrimonium mulieris. l. iij. §. sed vtrum. de mino. vel importare ius vniuersale. l. cogi. ad Treb. l. si fideicomm. §. tractatum. ff. de iudi. vel comparari mensæ nummulariæ: quæ continet ius vniuersale. l. cùm pater. §. mensæ. de leg. secundo. Bal. in l. prædia. C. de fideicom. Alex. in l. si res leg. de legat. primo, quia simi-
27 litudo † de mensa, minime procedit, quandoquidem mẽsa repræsentat eorum personam, sub quorum nomine mensa nummularia exercetur, ideò potest plus dãni quã emolumenti continere d. §. mensę, sicut hæreditas, quæ quia repræsentat

personam defuncti. l. j. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. ess. ius. potest esse sine bonis. l. libertus, qui soluendo. ff. de bon. lib. l. hæreditas. ff. de petit. hæred. & concord. qua de re tabernam esse ius Iureconf. ait in l. qui tabernas. ff. de contra. emp. quemadmodum eadem ratione hęreditatem esse ius, passim traditum est. At dotem personam aliquam non repręsentare, Item præter res ipsas datas nihil continere, & rebus extinctis eam non remanere, cuique notum est. & tex. in d. l. cogi. nõ procedit, nisi quatenus fideicõmissarius, cui sunt relicta bona, seu patrimonium defuncti eius personam repręsentat, accipiendo actiones actiuè, & pasiuè, quod non contingit respectu solius patrimonij bonorúmue eius, qui viueret adhuc: quia tunc in eis non repręsentaretur aliquo modo persona viuens, & ideo cessat ius in isto casu. Nec quoniam dos sit nomen vniuersum quid significans, importat vniuersitatem rerum: cum in vna tantum re posit verificari. Ex quibus satis superque probatum existimo opinionem seu diffinitionem Bar. quantumuis receptiorem esse falsam. Hinc ad quæstionem de libello, & sen-
28 tentia dotis generali. & incerta infero quod† qui petit dotem promissam, vel datam repetit in libello debetur exprimere, quid & quantum, dotis nomine est sibi soluendum, vel restituendum, Item sententia debet continere certam quantitatem, alioquin est nulla: vt est textus in dicta leg. finali. C. de sent. quæ. sin. cuius verba hæc
„ sunt, videlicet, Hæc sententia, QVAE BO-
„ NA FIDE ACCEPISTI, SOLVE: cùm in-
cer

,, certum esset, quid accepisset, quantumque ab ,, eo peteretur, præsertim cùm ipse, qui extra or- ,, dinem iudicabat interloquutus sit dotem datam ,, quæ repeteretur, non liquidam esse iudicati au- ,, toritate non nititur. Et ita per hunc textum tenuerunt ibi Bald. & Salyc. Paul. de Cast. in d. rub. solut. matrimo. & ibi Rui. num. 92. & do. Alexand. & Rip. nu. 47. & Soc. Iuni. Bald. in l. j. in 3. col. ff. de edendo. & in addit. ad Specul. in titulo de sent. col. j. Raph. Cum. in dicta rub. Bald. nou. in tract. dot. nu. 2. vbi optimis rationibus impugnat oppin. Bart. contrarium tenentis in dicta l. fin. quæ sanè mihi videtur erronea & repellenda, tametsi eam sequantur Ang. ibi & Alex. in d. rub. & Matesyl. in not. 121. & Ioa. Camp. in tractat. de dot. & dot. stat. in iiij. quæst. in fi. & Fely. in c. significauerunt. in col. ij. extrà de lib. obla. Nam Bart. & sequaces ad hoc mouentur, quia dos est ius vniuersale, & sicut in iudicio iuris vniuersalis, vt hæreditatis generalis, & incertus libellus procedit, ac similis sententia valet: & in eius exequutione liquidantur res, vt per glo. Bar. Ias. & alios in l. j. ff. de edendo. Docto. in l. edita. C. eod. gloss. in l. ij. C. de sent. quæ sin. cer. gloss. & Docto. in cap. secundo de lib. oblat. Ias. in dicta rubric. solut. matri. col. fina. & in l. ait prætor. §. j. colum. fin. de re iudic. l. licet. de pet. hæredi. Sed illud assumptum est falsum, vt patet ex latè deductis suprà ergo & conclusio: & ad literam contra opinionem Bart. stat textus in dicta lege finali mox recitatus. Nec iste textus euitatur per Bart.

quòd dicat ibi sententiā esse nullā, vel quia in ea non erat expressum condemnationē fieri ex causa dotis, vel quia in processu non cōstabat dotem datam esse: & quòd si constitisset dotem datā, licet non quantum valuisset sententia, & in executione potuisset liquidari secundum eū, quoniam ego cōsidero rationē nullitatis illius sentētię, ibi reddi in hoc, quia erat incertum, quid accepisset, & quid peteretur: & sic propter rationem incertitudinis, quā Imperator ibi noluit declarari posse in executione: ergo ibi sentētia nō fuit nulla propter rationes à Bar. adductas & leues profectò mihi videntur. Primò, quia sententia quum ad libellum referatur. l. si præses. ff. de pœ. vt dicit Rui. in dicta rū. nu. 88. intelligebatur ibi lata ex causa do
29 tis, quāuis ibi ea non exprimeretur: quia † sententia cēsetur lata ex causa deducta in libello. gl. in l. hæ enim causæ. de susp. tu. l. si quis ad exhi. ff. de exe. rei iu. gl. no. in l. & puto. §. j. ff. fa. er. Bart. in l. j. C. de err. cal. Bal. nou. vbi suprà. Secūda ratio non releuat: quia non est facienda differentia inter casum, ꝙ nihil sit probatū, & casū ꝙ sit aliquid probatū, sed in eo est vis, ꝙ obscurè & incertè. l. de ætate. §. nihil. ff. de inter. act. no. in c. in præsentia de prob. & in l. triticū. de ver. obli. & sententia. incerta, quā sustineri posse per relationē, etiā tacitam, ad acta probatoria volunt Bar. & Ias. in d. l. ait prętor. §. j. & glo. in d. l. iij. in d. ru. Tertiò tunc sustinetur quādo ex illis potest plenè certificari, quia integrā, & cōcludētē probationē debiti certi contineant: Secùs si & ipsa obscuritatē, & incertitudinem habeant. ideo si in actis appareat dotem

fuil

fuiſſe datam,ſed non apparet, quid vel quantum neſcio videre,ſententia dotis incerta, quonã modo poterit certificari per relationem ad eas probationes incertas: ſi quidem potuit eſſe plus & minus, quod datum promiſſúmue fuit pro dote: quia dotare nõ eſt in omnibus vniforme:ait Bal. in d.l.fi.nu.8.ver.quæro an dos.C.de ſent.quę ſin. cer.& in vno nummo poteſt conſiſtere.Bal.Saly. & alij in aut. præterea.C. vnde vir. & vxor.ergo huiuſmodi ſententia remanẽs incerta erit nulla. Prætereà nónne dicitur, quod dos erat ibi data, ſed quia non apparebat in proceſſu quãta,ſententia incerta fuit nulla? Si enim in actis conſtitiſſet de quantite dotis,ſaltem per tacitam relationem ad ea potuiſſet ſententia incerta ſuſtineri: ſic colligitur ex illo tex.d.l.fi.ergo falſum eſt præſuppoſitum Bart. quod ibi non conſtaret, nec de quantitate, nec de ipſa dote. Verum enimuero tunc
30 libellus,† & sẽtẽtia generalis incertáq; ſuſtinetur cũ agitur ad dotẽ dandã,cõſtituẽdámue arbitrio boni viri,vel qa ſic fuit ꝓmiſſa.l.cũ poſt.§.gener. ff.de iur.do.vel quia dos ex diſpoſitione legis. vel ſtatuti debetur.l.qui liberos.ff. de rit. nu.l.obligatione vbi gl.& Doct. ff. de act.& obli.cum in hoc caſu poſsibile non ſit certum dare libellum, vel ſententiam, ideò incertitudo toleratur, vt traditur plenè per Rip.in l. j. §. j.ff. quo.le.& in terminis Bald. in l. j. C. de do. pro.& tunc conſtito, ꝙ debeatur dos lata ſentẽtia,de hoc mox in eius executione Iudex arbitrabitur pro qualitate & dignitate perſonarũ,ac patrimonij quãtitate,dos quãta cõſtitui & ſolui debeat. Quæro nunquid

maritus pro lucro dotis ex forma statuti faciendo, possit agere via exequutiua stante statuto, quod mulieri, & causam habenti ab ea, liceat via exequutiua in dotis causa procedere. Decisum in Rota fuit negatiuè in vna causa Romana, cùm esset mota quæstio super statuto vrbis id disponente: vt in recollectis Achil. de Gras. in decis. cxx. lucrum quod defertur. vbi dicit, quòd domini voluerunt maritum in lucro dotis, non censeri causam habere à muliere: not. per Bart. in l. fi. C. de bon. mat. Cor. in auth. ex testamẽto. col. vj. C. de coll. etiam quòd ex alio statuto fuisset illud lucrum filiis reseruandum. Bald. post glo. in l. pro hæreditariis. C. de actio. hæred. inferendo, quòd non poterat illud dici ex persona matris mortuæ quæsitum filio, & demum ipso mortuo acquisitum patri, vt sic videretur per mediam personam filij maritum habere causam ab vxore, & ideo non poterat priuilegium illius statuti extendi ad maritum agẽtem ad hoc lucrum, quod & mihi placet.

SVMMÆ.

1 *Restituere propriè dicimus quod accepimus.*

2 *An maritus dotis lucrum facere possit in casu, quando nunquam dos fuisset soluta, sed tantùm promissa.*

3 *Verbum restituere verificatur per remissionem, & acceptilationem dotis.*

4 *Pactum de non petendo dicitur continere donationem rei in pactum deductæ.*

5 *De restitutione meminit respectu temporis, non respectu ipsius dotis.*

6 *In statuto fit mentio de dote restituenda causa frequen*

quentioris contingentiæ.

7 *Statuto vigente, quòd in casu dotis restituendæ vir lucretur dotem, & vexari non debeat &c. promissam vir non lucrabitur, secundum Ang. ex eo, quòd lex dat exceptionem, non censetur dare actionem.*

8 *Lex tollens facultatem agendi, non censetur tollere facultatem excipiendi.*

10 *Durius est aliquid soluere, quàm aliquid nõ lucrari.*

11 *Cõtra Ang. quòd imò statutum voluerit vtrumque.*

12 *Maritus sustinens onera matrimonij in casu dotis non solutæ, imò grauiora, quàm cùm habet commodum dotis lucrum dotis facere meretur.*

13 *Quid si statutum dictat, quod vir dotis partem lucretur, & retineat: partem verò restituat: an in casu tantum dotis solutæ locum habebit?*

14 *Iudaicè verba non sunt interpretanda.*

15 *Verbum retinere non debet declarare, seu modificare verbum lucrari.*

16 *Sed per modũ augendi ius mariti videtur appositũ.*

17 *Quid si statutum dicat, quòd lucretur partem dotis quam recepit?*

18 *Idem, quando statutum dicit, quòd lucretur partem dotis penes se existentem.*

19 *Quando statutum loquitur simpliciter de dote lucranda, tunc statutum procedit in promissa.*

20 *Ex identitate rationis extenditur statutum.*

21 *Dos promissa, est propriè dos secundum plerosque.*

22 *Duplici modo creatur dos, & in esse deducitur.*

23 *Pactum de vendendo, vel donando non est vendere vel donare.*

24 *Statutum disponens de dote promissa lucranda an intelligatur de promissa per stipulationem tantùm*

an etiam de promissa per pactum.

25 *Promissio dotis per pactum valet & dat actionem etiam respectu viri.*

26 *Statutum de lucro dotis recipit interpretationem passiuam à iure communi.*

27 *Lucrari dotem soluto matrimonio exactam potest vir.*

28 *Verbum promissio in scriptura publica obligationis, intelligitur per stipulationem: secùs in statuto.*

29 *Statutum de lucro dotis non habet locum, nisi dotis promissio vel constitutio valuerit,*

30 *Statutum, quod dicit virum lucrari dotem datam solutam, vel receptam, non procedit in permissa, secundum plerosque.*

31 *Dos promissa, non est dos data.*

32 *Opinio contraria Socini Iun. quæ reprobatur, & nume. 33.*

34 *Limitatur nisi in statuto sit aliquod verbum, de promissa, vnde aliquo modo possit declarari de promissa etiam sensisse.*

35 *Limitatur secũdo quando mulier, vel alius ad dotem obligatus fuisset in mora.*

36 *Sublimitatur hoc in mora irregulari.*

37 *Quando mora irregularis committatur in obligatione dotis.*

38 *Data dilatione ad soluendum dotem, maritus non lucrabitur dotem in casu statuti loquentis de dote data: secùs in casu simpliciter loquentis,*

39 *Dos ad arbitrium boni viri promissa post mortem mulieris potest declarari citatis hæredibus mulieris, vt maritus eam lucretur.*

40 *Dotis ad arbitrium boni viri promissæ declaratio soluto*

luto matrimonio, per mulieris mortem, retrotrahitur ad diem contractus.

41 *Quando iusto impedimento non fuit dos declarata, potest post mortem mulieris dos declarari, & arbitrari.*

42 *Limitatur tertiò quando aliquo modo dici potest marito fuisse satisfactum de dote. vt in 4. casibus infrà scriptis.*

43 *Maritus accipiens nomen in solutum pro dote promissa, tanti illam æstimasse videtur. nec in casu restitutionis eiusdem nominis cessione liberatur.*

44 *Statutum non videtur curasse de modo satisfaciendi.*

45 *Promissio subsequens post confessionem dotis receptæ, videtur loco solutionis à marito accipi.*

46 *Declaratur in hoc dictum Ruini.*

47 *Per nouationem, & transfusionem vnius obligationis in aliam, extinctio primæ obligationis interuenit.*

48 *Maritus recepto nomine in dotem, retrocedendo idem nomen in casu restitutionis, liberatur.*

49 *Statutum de lucro dotis datæ, an verificetur cum datur nomen in dotem.*

50 *Dote in pecunia promissa. & creditur ad exigendum marito dato, vt inde sibi satisfiat, an dicatur dos soluta.*

51 *Quando pro dote promissa accedunt fideiussores, an statutum de lucro dotis datæ locum habeat.*

52 *Datio fideiussorum habetur pro quadam satisfactione ad solutionem dotis.*

53 *Quando maritus partem dotis exegisset, an sit locus statuto*

ſtatuto de lucro dotis. pro parte ſoluta maritus lucrum facere debet.

55 *Marito nõ valenti exigere ab hæredibus mulieris lucrum dotis ſibi promiſſæ, an & quomodo conſulatur & nu. 56. 57.*

58 *Si ſtatutum vult virum lucrari dotem in omni caſu lucrabitur etiam dotem promiſſam.*

b RESTITUENDA.b Propriè reſtituere † di-
1 cimus quod accepimus, inquit D. Alc. in. l. reſtituere videtur. de verb. ſignifi. quemadmodum verbum reddere habet ſignificatum retrò dandi. l. verbum reddendi. de ver. ſign. & dicimus dare noſtra, & reddere aliena. l. j. §. eleganter. ff. depoſ. l. pater. §. fidei tuę. de leg. ij. & petere quæ non dedimus, & repetere, à nobis priùs data. l. ſi repetendi. C. de cond. ob. cauſ. l. repetitio. ff. de cond. indeb. & ſimilia affert Rip. in rubr. de reſcrip. & in d. rubr. ſolut. mat. vltra alios ibi. Hinc contingit in facto
2 dubitari, nunquid maritus † dotis lucrum facere poſsit, in caſu, quando nunquam dos fuiſſet ſibi ſoluta, ſed tantũ ſibi promiſſa: quia cùm non ſumus in caſu, in quo propriè videatur per prædicta agi de reſtituendo, cùm nihil priùs acceperit, ſuadetur prima facie, quod locus eſſe non debeat lucro dotis: nam ſtatuta in proprio ſignificatu ſtrictè accipiuntur. leg. iij. §. hæc verba: de negotiis geſtis. lege, conſtitutionibus. ff. ad municipalem. & cui non conueniunt verba ſtatuti, nec conuenit diſpoſitio. l. iiij. §. toties. ff. de damno infecto. vel vbi qualitas & præſuppoſitum ſtatuti non verificatur, nec ibi diſpo

diſpoſitio ſtatuti locum habet, ſecundū Bal. Saly. Ang. Fulg. & alios in l. mācipia. C. de ſer. fugi. Alex. in d. rubr. ſol. matr. nu. 22. & Soc. in l. de diuiſione. eo. tit. hoc allegant in iſto propoſito: & potiſsimè hoc argumē. videtur ſtringere in hoc caſu: quia iſtud ſtatutum de lucro dotis eſt correctorium iuris cōmunis, ſtrictè iccirco interpretandū, vt quāplurimi dicunt, prout referam in tex. in j. gloſ. His non obſtantibus cōtrarium magis probatur, vt determinant Iaſ. in d. rubr. nume. 20. & ibi Ioan. Grot. Vinc. Sauio. & Socin. Iun. & d. Alc. in d. lege reſtituere. & Hiero. Cagn. in l. ij. nu. 17. verſic. nec eſt mirum. C. de pact. int. empt. Angel. in conſil. clxxx. præmitto: & Caro. Rui. plenè conſulendo in cōſi. cxxxiij. viſis. vol. iiij. & Salyce. in l. ſi conſtante. C. de donat. ante nupt. vbi dicit iſtam opinionē eſſe tutiorem: & eam ſequuti ſunt modernis temporibus domini in Rota. vt per Achil. de Graſ. in deciſ. cxix. dote promiſſa. quæ videtur ſuſtineri ea ratione, quia ſicut lex vtitur dicere, ꝙ dos reuertatur ad mulierē etiam cum nūquam fuit ſoluta: ſed tantum promiſſa. l. fin. C. ſolu. matr. ita quoque ſtatutū vtitur dicere, dotem reſtitui, etiam vbi eſt tantum promiſſa: & par eſt poteſtas vis, atque ſignificatio, quò ad hoc, verbi reſtituere, vel reuerti, quia vtraque præſupponit æquè dotem iam fuiſſe ſolutam: ergo idem ius debet reſultare in vtroque caſu: vt arguit ponderando ad hoc. d. l. final. Socin. Iunior in d. rub. in ij. parte. nume. 112. Reſpondetur prærereà ad dictam ponderationem de verbo reſtituere, quo vti-

tur ſtatutum de lucro dotis, aliis modis. primo, 3 ſecundum præallegatos,† quod verificatur per remiſsionem, & acceptilationẽ dotis. argu. l. iij. §. nũc de effectu. l. nihil. de lib. leg. l. ſi quis accepto. ff. de condi. ob cauſ. l. ſi mulier. ff. de condit. inſtitu. quòd maritus remittẽdo, vel acceptam ferendo dotem promiſſam, ſatis dicitur dotem reſtituere: quia remittere, eſt dare, dicit Rui. in d. cõſ. cxxxiij. co. ix. ad fi. l. pecul. iũ. ff. de pecu. & ꝙ propterea† pactũ de nõ petẽdo, dicitur con- 4 tinere donationem rei deductæ in pactũ, adeo quòd indiget inſinuatione. gl. in l. ſi quis in obligatione. de reg. iur. glo. & Bart. in l. Modeſtinus. de donat. Alexand. in l, ſi creditori. C. de pact. & verbum reſtituere, importat actum retrò ſimilem. Bald. in l. cũ etiam. C. de rebus cred. & Rui. in cõſ. clxxxxvij. caſus. nu. 8. lib. j. quia reſtituere eſt retro ſtatuere, id eſt, in eum caſum rem conſtituere, in quo eſſet, ſi nihil eorum, aduerſum quę fit reſttutio, factum fuiſſet. l. quod ſi minor. §. reſtitutio autem. ff. de minor. l. j. C. de ſen. paſ. & reſtit. l. reſtituere. de verb. ſignifi. poteſt ergo verificari in dote ꝑmiſſa remittẽdo eius actionem & obligationem. Secundò poteſt reſponderi, quod conſiderat ſtatutum reſtitutionem, 5 & †de ea meminit reſpectu tẽporis, quãdo ſcilicet, venit tempus dotis reſtituendæ: non autem reſpectu ipſius dotis, quia in veritate tam leges quàm ſtatuta nihil aliud conſiderãt, quàm dotem conſtitutam, vel in eſſe deductam: non autem habẽt reſpectum ad traditionem vel reſtitutionem; ita reſponderunt domini de Rota,

vt

vt per Achil. de Graſ.in d.deciſ.cxix. dote promiſſa. Quæ quidē reſponſio tum maximè procedit,quādo in ſtatuto prius diſponeretur ſimpliciter de lucro dotis,dicendo abſolute,quòd vir lucretur dotem,ſeu eius partem,& demum aliam partē reſtituendam eſſe diceret.quia pars illa de ſe, non importat quòd dos ſit ſoluta: ergo verificabitur in promiſſa.pars verò ſecūda, quatenus ſupponit dotem ſolutam,quæ debeat reſtitui, nō debet diſpoſitionem partis primæ, volentis abſolutè lucrū dotis fieri,alterare:Sed ſatis eſt ipſam propriè in ſuo caſu verificari, ꝙ ſcilicet maritus reſtituat, ſi accepit,ſi non accepit ſecùs:vt nō propterea vetet virū,lucrari dotem,ſeu partē dotis promiſſæ iuxta diſpoſitionem primæ partis ſtatuti. hoc voluit Rui. in d. conſil.cxxxiij.viſis.nu.4.in lib.iiij. Tertiò Dici
6 poteſt, quòd in † ſtatuto ſit mentio de dote reſtituenda: quia vt plurimùm dotes jam antea ſolent eſſe maritis ſolutæ, cùm matrimonium diſſoluitur.Sed quod exprimitur cauſa frequētioris contingentiæ,non excludit caſum minus frequentē.glo.in l.j. C.de rap.virg.& ibi Hypo. Mar.& in l. j.C. de his qui ad eccle, & in c. j. de confeſ. in vj.& Andr.Barb.ad hoc multa adducit in conſi.6. volu.j. & ita argumentatur Soci. Iun.vbi ſ.in q.de ſtatuto volente virum lucrari dotem datam, vt infrà dicemus,Roland.in tracta.de lucro dot.in quæſtio.xj.tenet cōtrarium, pluribus rationibus,& quidem male,illis enim patet facilis reſponſio, & reſolutio per prædicta. Occaſione huius quæſtionis, ponam alios

 caſus

caſus ad hanc materiam lucri dotalis, non valde diſsimiles, à præcedenti. & in primis illum Angel. in conſil. clviij. viſo puncto. vbi conſu-
7 luit † virum dotem haud lucrari promiſſam, ſi ſtatutum dicat, quòd in caſu dotis reſtituendæ vir lucretur dotem, & vexari non debeat, &c. nam dicebat Angelus, quòd ſtatutum illud non concedebat in dote, lucrum viro, niſi in eo caſu, in quo eſſet in caſu reſtitutionis: in quo caſu tribuebat tantùm exceptionem, mãdans non vexari, &c. Sed cùm non fuiſſet dos ſoluta, non poterat dici, quòd eſſet dos in caſu reſtitutionis, ex prędictis, & quod vir niteretur exceptione ſe defendẽdo, ſed imò dicebatur agere: ideo ſtatutum eum in hoc caſu non adiuuabat, quia ad eum, tanquam exorbitans, non erat extendendum. Porrò ſi ſatis clarè conſtitiſſet ibi ſtatutum voluiſſe, viro duntaxat exceptionẽ da-
8 re, rectè conſuluiſſet Angelus, quoniam † ex eo quod lex dat exceptionem, non eſt temerè arguendum, quòd & actionem dediſſe dicatur. l. j. §. j. ff. de ſuperf. l. cui damus. de regul. iur. Sicu-
9 ti † tollens vice verſa facultatem agendi, non cenſetur poteſtatem excipiendi tollere. Angel. conſi. cclx. Deci. in conſil. viij. Caſtr. in l. j. C. de ord. iud. Alexand. conſil. lxxxij. volumi. iij. Aret. conſil. lxxv. Bar. & Caſtr. in l. j. ff. de exceptio. & ideo Ioann. Crot. in rubr. ſolu. matrimo. dixit, quòd non eſt tanta ratio, quòd ſtatutum velit, virum lucrari dotem promiſſam, vt illam ab hæredibus mulieris exigere poſsit: quanta, ꝙ maritus, qui dotẽ recepit, nõ cogatur eam reddere

10 dere hæredibus mulieris: quoniam† longè durius est aliquid soluere, quàm aliquid nõ lucrari: quãdoquidem pro restitutione dotium receptarum, quas plerunque mariti, mulierũ causa, totas in ornamentis, & inanibus expensis earum citò absumunt, facilè possent facultatibus labi: ideo de vno casu, ad aliũ dispositio, & prouisio statuti non esset extendenda. Sed vereor,
11 ne † in casu Angeli vtrunque stututũ voluerit, ex eo quòd statutum vult virũ dotem lucrari: hoc enim nõ importat exceptionem tantùm, vt pluribus cõtra Imol. probat Corneus, in consil. cxxvij. quamuis. nu. 4. volu. iij. Nec obstant illa verba in casu restitutionis, &c. quia respectu tẽporis, & non dotis, facta censetur mentio de restitutione secundũ deci. Rotæ. cxix. prçallegatã. Ad illud de verbo vexari, respondetur, quòd id venit in augmentum in executione dispositionis statuti, ꝙ nõ posit molestari coram aliquo iudice &c. ergo non debet diminutionem operari, quòd censeatur tantum exceptionem parare. l. legata inutiliter. de legat. j. cum concord. vel concernens executionẽ non alterat, iuxta c. clem. fin. de conces. præb. quò autẽ ad rationem, quòd diuersa & minor ratio militet in isto casu, potest dici ex aduerso considerari, quòd ma-
12 ritus, † vim sustineat eadem ora matrimonij etiam in casu dotis non solutæ, imò grauiora, quàm vim habet commodum dotis solutæ: lucrũ meretur habere, & propterea creditur etiã in eo casu dotem lucrari statutũ velle: ita dixit Ang. in consi. clxxx. præmitto. & Soci. Iun. in d.

rubr.& Rui. in consil.ccxxv.visis.col.iij.nu.nec
13 ob.quod statutū.lib.j. Quid si statutum† dicat, quòd maritus partē dotis lucretur, & retineat, partem verò restituat: an in casu dotis datæ dūtaxat locum habeat quasi voluerit solùm exceptionē marito competenti ad eius restitutionem parare per modū retentionis, quæ est fauorabilior quàm petitio: l. si in area.§.fi.de cōd.indeb. l.Paulus.§.fi.de dol.excep.vt dicit Rui. in d.cōs. ccxxv.visis.nu.1.quod & nos.s̄.ppēdimus.& ego reperio istam q.fuisse disputatam in consilio regio Neapolitano, sed non decisam: vt per cap.in Decis.clxxvj.nu.31.Sed Rui.in d.cons.cxcvij.casus.vol.j.consulēdo determinat super pacto id continente: ꝙ maritus nō debeat dotem lucrari nisi mediante rerū dotaliū retentione, quæ sola sibi videtur concessa. Adeò quòd si dos non fuit soluta, quoniā tunc rerū non potest aliqua retentio cadere, non debeat quicquam lucrari: circa ꝙ, aliis etiam in facto concurrentibus, diffusè se habet, allegando pro vtraque parte. Sed quatenus pertinet ad hunc pūctum, fortè videtur
14 contrariū magis probabile: quoniam† si Iudaicè, verba non sunt interpretanda, secūdum gl.in l.nō dubiū.C.de legi.Ias.in authē.ingressi. n.25.C.de sac.sanc.eccl.istud pactū de lucrando & retinendo dotem, etiam in casu dotis non solutæ, verificatur eo modo, quo verificaretur pactum de lucrando equum in certum euentum, quāuis ille equus interim non fuisset traditus, sed tantùm promissus: quoniā dos promissa est propriè dos, & in esse deducitur per promissionem

nem, vt mox dicam: fateor ergo pactũ de dote lucrãda intelligi de lucrando ipſam dotem, ſeu res dotales, & non actionẽ & obligationẽ competẽtem ad dotẽ, & quòd ſit aliud, obligatio ad dotẽ, & aliud ipſa dos: quia actio eſt ius perſequendi dotem debitam &c. vt dicebat Rui. Sed dico verificari in promiſſa: vt in exemplo equi promiſsi. quod exemplũ tradit Bulg. in d. rubr. & volunt omnes in locis allegandis ĵ. in qõ. de ſtatuto loquenti ſimpliciter de dote: quaſi partes videantur in pacto lucri faciẽdi habuiſſe reſpectu ſolum ad res, vel pecunias, quæ nomine dotis fuerant promiſſæ, & aliquando erant ſoluendæ: & non ad aliud. Nec obſtat verbum retinere, ſimul expreſſum cũ verbo lucrari, quod debeat declarare verbum lucrari, cui eſt copulatum: quòd ſcilicet, lucrũ fiat mediante reten-
15 tione rerũ: quia † vnum verbũ declarat alterum ex copulatis, ſicut ex alternatiuè poſitis. l. j. ff. de rebus dub. & aliis, vt per Rui. in d. conſil. cxcvij. nũ. 7. nam poteſt reſpõderi, ꝙ cũ nulla ratio ſit, cur maritus non debeat in hoc caſu dotem lucrari, & ſic conueniſſe, vt in alio dotis ſolutæ: illud verbum retineri, nõ debet dici appoſitum fuiſſe cauſa modificandi pactum de lucrando, cum hoc non habeat aliquã veriſimilitudinem: ſed potiùs quia cogitauerint dotem fore ſolutam tempore ſoluti matrimonij, & futurum eſſe, vt tunc ageretur de lucrandis, & retinendis rebus dotalibus, ſeu dote: (erat enim dos ſoluenda conſtante matrimonio) ergo non debet aliquam reſtitutionem operari: ſicuti de

verbo reſtituere diximus ſuprà. quinimo dici
16 poſſet ferrè, quòd per † modum augendi ius
mariti fuerit appoſitum: in quo caſu non debe-
ret operari diminutionem: vt in his terminis
de verb. retentione dotis conceſſæ reſpondit
idemmet Rui. in d. conſi. ccxxv. viſis. col. iij. ver.
præterea ſtatutum hoc. Et allegata ex aduerſo
de d. l. j. & ibi not. poſſunt procedere in dubio,
& quando aliter nõ videretur veriſimiliter di-
cendum: quia argument. à veriſimili procedit in
omni diſpoſitione vel hominis vel legis. Doct.
in c quia veriſimile. de præſump. l. fina. ff. de eo
quod met. cau. Iaſ. & Bald. in l. j. C. de ſeru. fugit.
& Doct. alibi paſsim, & præſertim per And. Ti-
17 raq. in l. ſi vnquam. C. de reuo. donat. Quid † ſi
ſtatutum dicat, quod vir lucretur tertiam par-
tem dotis, quam recepit? & in hoc caſu vi-
detur ſtatutum ſe reſtringere ad dotem rece-
ptam: vt in terminis conſulendo dicit Baldus
in conſilio cccclxvij. factum dignoſcitur. in fin.
volumi. iiij. & fuit caſus Bartol. in conſil. cxxx-
iij. ſtatutum Eugubij. Sed ibi hoc non tãgit con-
ſulens ex aliis. Idem eſt quando ſtatutum di-
18 ceret † quòd vir lucretur partem dotis penes ſe
exiſtentem vel exiſtentis, vt conſuluit Bald.
in conſilio cc. in cauſa iſta: ad finem, volu-
mine terto, in nouis. Et de his duobus caſi-
bus poteſt dici, prout de ſtatuto loquente, de
dote ſoluta lucranda. vnde in hac re poni ſo-
lent duæ quæſtiones. Prima, † quando ſtatu-
tum loquitur ſimpliciter de lucro dotis facien-
do: & tunc procul omni dubio ſtatutum pro-
cedit

cedit etiam in promiſſa. Angel. con ſil. lxxvj. ſtatutum loquitur. Pau. de Caſt. & Cum. in l. ſi marito. §. pen. ſoluto matrimo. Iaſ. & Alexan. in l. ſi donatarius. §. j. ff. de condict. ob cau. Alexand. & Caſt. in l. non tantùm. de re iudi. Bart. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſac. ſanc. eccle. Angel. in dicto conſi. clxxx. præmitto. Alex. in conſi. lxiij. ſtantibus his. in fi. volu. iiij. Ang. in §. dotes autem autenti. de nup. Soci. in l. de diuiſione. ſol. mat. Fel. in c. tertio loco. de præſcript. Iaſ. in §. fuerat. nume. 24. & ibi ante eum Aret. inſtit. de actio. Mattesyl. in notab. lxxiiij. Bal. in l. fin. C. de dot. promiſ. Iaſ. in rub. ſol. mat. nu. 20. Camp. in d. tract. de dote. q. j. Calcan. conſi. xxxj. num. 17. Achil. in Rot. deciſi. cxix. Afflict. in deciſi. Neapo. lxj. nu. 1. Soci. in conſi. xxxij. in præſenti. nu. 7. verſi. communis concluſio. vol. iij. Rui. in conſi. ccxxv. viſis. col. j. lib. j & Nic. Boë. in deciſio. ccxliiij. nu. 6. vbi dicit ſe vidiſſe ſic iudicari. & in deciſi. xxij. nu. 9. vbi dicit quòd Docto. non faciunt dubitationem, quando ſtatutum loquitur de lucro dotis ſimpliciter, quin in dote promiſſa etiã procedat: ſed de hoc dubitant, quando loquitur de dote recepta, ſeu data, vel ſoluta, & in hoc reſident etiam recentiores repetentes in d. rub. ſol. mat. Verùm hoc aliqui tenent procedere ex
20 identitate rationis: quoniam † ex identitate rationis extenditur ſtatutum. l. filium habeo. ff. ad Maced. gloſ. communiter approbata in clemen. j. in verbo eligatur. de electi. not. in l. ſi conſtante. ſolu. matri. & in autenti. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccle. & in hac opinione fuerunt vterq;

Soci.in d.rub.Iunior.in j.part.nume.49.& in ij. parte nume.20.& Senior.in d.l.de diuisione. tenentes post Alex.in d.rubri.dotem promissam, propriè non esse dotem; quod & do. Alciat. videtur velle ibi. Atqui pleriq; scribentes, dicunt
21 cõtrarium: † quòd imò dos promissa, sit propriè dos, & quòd ex proprietate sermonis comprehendatur in statuto simpliciter loquente de dote: & in hac opinione fuerunt Vinc.Saui.in d.rubri.solu.matri.nume.69.versicu.sextus casus,& ibi Rui.nume.95.Parpal.& Bulgar.& Ioan. Annib.nume.476.& Aret.& Rip.nume.59.versicu. quinto. Ang.in d.consi.clxxx.præmitto.& in d. consi.lxxvj.statutum loquitur.& Ias.in d.rubri. & ista opinio mihi videtur verior, ex pluribus. Primò quia sunt plura iura: quæ appellant dotem per verba importantia proprietatem, ex eo ipso, quòd est promissa. l. si mulier. §. si dos.ff.quod met.cau.l.cum post.§.j ff.de admin. tuto.l.mulier.ff de condi.insti.& toto titu.C.de dote promis.l.filiæ.& autentic. quod locum. de collatio.l.si pater mulieris.l.dotis promissio.l. cum post. §. patrona.l.si mulier.l. siue generaliter.ff.de iure dot. Secundò quia fit, & constituitur dos eo ipso, quod promittitur, vt dicit glos. in l.j.§.accidit.in versicu.fecerit.C. de rei vxor. actio. & probatur in l. quemadmodum. & in l. tale.ff.de iure dotium. docto. in l. de diuisione.
22 solu.matrim. Nam † duplici modo creatur dos, & in esse deducitur: vel ipsa promissione, vel traditione rerum, cùm antea non esset promissa: vt dicit Angel.in dicto consilio lxxvj.statutum.

tum.Saly.in d.§.accedit.& Rui.in dicto consilio ccxxv. visis nume.3.volu.j. & melius hoc explicat in consilio clj.viso statuto.volumi.v.Tertiò quia stipulatio de dote lucranda, committitur in dote promissa.l.ex morte.C de pact. conuen. tam super dot. Item & pactum simile procedit in dote promissa, glos.in d.l.mulier. versicu.debebat.ff.de condi.institu.& in l.si donatarius.iu penul.glos.in verbo duntaxat.de condi.ob cau. glos.& docto.in §.dotes autem. in verbo percipiente,autenti.de nup. qui tex.hoc optime probat: ergo dos promissa, videtur propriè dos. quia stipulatio debet secundum proprietatem verborum intelligi. l. quicquid. & ibi nota. de verbo.obliga. ita arguit Iaso.in dicta rubri. nume.203.versi.quinto.per illum textum. Quartò quia dos est res,vt dixi in glos. praeced. ergo non debet dici minùs propriè dos,quia sit promissa, quàm si esset tradita. Sicut res talis,non dicitur minus propriè res talis,quia sit promissa,vel tradita:ita arguebat Bulg.& ista, quòd sit promissa,tradita,confessata, & similia, sunt accidentia dotis, seu eius qualitates, quae non inducunt differentiam in substantia.Nec obstant quae ex aduerso solent adduci: & primò tex. in l. j. C. de dot.cau.non nume.quatenus dicit numeratione,& non confessione fieri dotem:quia hoc est verum, vt ex confessione doris receptae possit repeti,quoniam veritas attenditur & nō confessio,qua exceptione, vel simulatione, vel non numeratae pecuniae, quasi facta spe futurae numerationis nunquam subsequutae, elidi-
tur.

tur. non tamen negat, quin vera promiſsione, & confeſsione dos efficiatur, ita reſpondit Angel. in dicto conſilio clxxx. præmitto, in fi. Nec obſtat ſecundo tex. in l. Titio centũ. §. Titio genero. de conditio. & demonſtr. quia ibi verba illa, incipit dotata eſſe. referuntur ad factum rerum, quæ dantur pro dote: ante enim ſolutionem, etiam cum legatur in teſtamento, nedum cum promittitur, lex appellat mulierem dotatam: vt ſæpe conſuluerunt Doctor. ſuper ſtatuto loquenti de muliere dotata. Tertium eſt, quòd res nõ efficiatur dotalis niſi poſt traditionem. d. l. de diuiſione. & ibi nota. l. dotale. §. dotale. ff. de fund. dota. quod in contrarium retorquetur, quia in hoc dicto ſupponitur & aliud ſcilicet, quòd ſit dos ante traditionem: & hæc vt duo ſeparatim conſiderari, vnum priũs altero, ſcilicet quod ſit dos, antequam res efficiatur per traditionem dotalis. Quartum de diffinitione Bartol. & Azo. quòd neutra doti promiſſæ conueniat, reſoluitur per ipſummet Angel. in dicto conſilio clxxx. Quintum ab alluſione eſt friuolum: iuxta nota. in l. tabernæ. de verborum ſignificatio. & in l. ſecunda. §. appellata. ſi certum petatur. & procedit tantùm reſpectu dotis illius, quæ de iure gentium per traditionem inducitur. Doctor. in l. iuriſgentium. ff. de pactis. non autem reſpectu modi, quo dos inducitur de iure ciuili, mediante ſtipulatione, & promiſsione. l. ex diuerſo. §. primo. ſolu. matrimonio. l. ſi ita ſtipulatus fuero. § finali. vbi gloſ. de verborum obligationibus. Camp. in dicto

dicto tractatu, quæstione quinta. Sextum quòd dos promissa non seruiat oneribus matrimonij, est falsum, quia ex ea non soluta, debentur vsuræ. l. si quis pro vxore. ff. de donation. inter virum & vxorem. l. finali. §. finali. C. de iure dotium. & propter dilationem datam, dos potest dici minor constituta: sed non negatur quòd sit dos. l. conueniri. ff. de pactis dotalibus. & habet effectum suum, quia vir inuitatur ad matrimonium, & eius onera subintrat propter eam: cum si nulla promitteretur, ad matrimonium non alliceretur. Septimum argumentum Rui. in dicta rubrica, numero 93. etiam negatur: dum dicebat dotem promissam censeri pactum de
23 dãda dote, seu dotãdo, quod aliud est, sicut † pactum de vendendo, vel donando, non est vendere, vel donare. l. legitima. ff. de pactis. Bartol. in dicta l. iurisgentium. & in l. bonæfidei. ff. de eo quod certo loco. & ibi Balda, & Castor. Bartol. in l. si pupillus. ad legem Falcidiam. glos. in l. Titius. de pignor. Aret. consilio xxviij. l. finali. de condictio. ob causam. Iaso. consi. cxxxv. columna prima. volumine primo. Nam in isto casu resultat vltra obligationem de dando, quę oritur ex promissione, constitutio dotis, ita vt mutare eam promittens nequeat: vt perpendit glo. in l. prima. §. accedit. C. de rei vxoriæ actio. in verbo fecerit. quod esset secùs, si importaret, quod non censeretur constituta. Vltimò non vrget textus in §. penult. autenti. de non eligen. secun. nub. quoniam ibi pactum. de lucrando dotem, ideo restringitur non procedere in

dote

dote non ſoluta: quia æqualitas eſt ſeruanda in lucris faciendis tam de dote, quàm de donatione propter nuptias inter coniuges, non queritur ibi dos promiſſa non eſſet dos, & aliàs comprehendi deberet in pacto. & ſecùs erat quando tanta æqualitas non requirebatur: vt in dicta l. ex morte. iſta igitur prima concluſio defenditur, etiam ex proprietate verborum, locum ſibi vendicare in caſu dotis promiſſæ hanc quæſtionem diſputat Roland. in tractatu de lucro dotis, in quæſtione quinta, vbi ſe re-
24 ſoluit pro hac parte: In qua † etiam quæro, an procedat in promiſſa per pactum, fac etiam ſtatutum dicere expreſsim, quod maritus lucretur dotem promiſſam: nunquid intelligetur de promiſſa per pactum ſimplex, an verò per ſtipulationem tantùm? Andræ. Barbat. in conſilio xvij Deum columna prima & ſecunda, in volumi tertio, diſputando hunc caſum, conſuluit intelligi oportere de promiſſa tantùm per ſtipulationem: quia promiſſum cum duobus modis poſsit dici, per pactum & ſtipulationem, debet intelligi de promiſſo altero modo efficaciori, ſcilicet per ſtipulationem, quia id parti leuiùs eſt, ſecundum Salyc. in l. prima. C. de vſuris. & ſtatutum hoc tanquam exorbitans debet accipi in partem leuiorem: iuxta vulgarem. & præſertim, quia promiſsio in ſcriptura publica, importat ſtipulationem. l. ſciendum. §. dictum. ff. de ædilitio edicto. §. ſcriptum. Inſtituta de inutil. ſtipulatio. l. prima. C. de vſuris. l. ſciendum. l. Titia. §. idem reſpondit. de
verb

verborum obligationibus. & statutum est, publica scriptura: ergo debet intelligi de promissa per stipulationem, & non per pactum nudum. At ego credo contrarium: quia de iure
25 † communi promissio dotis, etiam per pactum simplex, valet, & dat actionem. l. ad exactionem. & ibi nota. C. de dote promis. glos. & Docto. in l. prima. ff. soluto matrimonio. quod profectò procedit etiam respectu viri, qui vellet dotem exigere. secundum glos. in l. prima. in principio. glos. secunda. C. de rei vxor. actione. vnde statutum hoc, debet intelligi de dote pro-
26 missa per vtrunque modum: quoniam † statutum de lucranda dote, recipit interpretationem à iure communi. Ait Antonius de Butrio, in consilio xij. absque. in fine. iuxta nota. in l. prima. §. lex Falcidia. per illum textum ibi. ff. ad legem Falcidiam. & nota. per Bartol. & alios in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. dum dicunt interpretationem passiuam statuti ad ius commune, nunquam excludi censeri. Nec Barbatiæ opus erat exclamare in hoc, quod nunquam cautum reperierit de iure communi, maritum vigore pacti nudi, posse dotem exigere, vt eam soluto matrimonio lucretur. quia sufficit reperiri, quod ei vigore pacti nudi detur exactio dotis, alterúmq;, quòd scilicet lucretur, disponatur in statuto, quod debet ad ius commune referri, vt in quibuscunque casibus, in quibus dotis promissio valet, & ex ea datur exactio: statutum de lucro dotis procedat. quod expressim videtur de mente Bartol. in l. si marito. §.

primo.

primo.ſoluto matrimonio. Rui. in conſilio cc-xxv.viſis.ad finem.volumine primo.& in dicta rubrica,ſoluto matrimo. & in conſilio cxxxiij. viſis. columna penultima. volumine quarto.& Socin.Iunior in dicta rubrica, ſoluto matrimo.
27 dicentes in fortioribus terminis, † quòd ſi dos fuerit ſoluto matrimonio exacta per virum, poterit eam demum lucrari:etiam quòd verba illius ſtatuti non conuenirent ei caſui.ſic in iſto caſu ait, poſtquam de iure communi exegit dotem ex pacto nudo: demum poterit eam lucrari,& quidem multo magis, quia verba ſtatuti, dum loquitur de promiſſa, poſſunt ab initio vſque eam comprehendiſſe, & præſertim, quia ibi ſtatutum de promiſſa meminit per modum ampliandi ſuam diſpoſitionem, volens expreſſim, virum lucrari dotem traditam, ſolutam, vel promiſſam. Ita cauebat illud ſtatutum Regij, ſuper quo conſulebat Barbatia: in quo caſu nemo dixerit expreſsionem ſpecialem, ibi de dote promiſſa factam, ad tollendam dubitationem doctorum, An ſtatutum de lucro dotis comprehendat dotis promiſſæ caſum: reſtringendam eſſe ad promiſſam per ſtipulationem: quia illam reſtrictionem, nemo facit in terminis ſtatuti ſimpliciter loquentis: ergo multo minus in terminis, in quibus ea ſpecialis mentio eſt facta, iuxta tradita per legem,legata inutiliter,de legatis primo. Nec ad rem facit,illud argumentum,quòd in ſcriptura publicata ver-
28 bum promiſsio † ſignificet ſtipulationem: quia illud procedit in ſcriptura obligationis. Alexã.

conſi

consil.xiij.nu.4.volu.j.non autem in dispositione statuti, quia verba statuti debēt intelligi secundum proprium significatū iuxta vulg. & fa-
29 tuum esset aliter credere. Hinc nota, quòd † statutum de lucro dotis, nō habet locum, nisi dotis promissio, vel constitutio valuerit, vt dicit Corn.in consi.iij.in præsenti. volu.iij.& Rui. in consi.ccxxiiij.prosequendo.& Vincen. Sauio.in d.rubr. num.82.versic. posito tamen. ibi disputant idcirco de validitate contractus dotalis. nam procul omni dubio statutū oportet semper intelligere de actu valido.l.iiij.§. cōdemnatū.de re iud.l.nō putauit.§.quæuis.ff.de cōt.tab.
30 Secunda est conclusio † quando statutum dicit, quod maritus lucretur dotem datam, solutam vel receptam.& plerique in his terminis dotem promissam non lucrari tenuerūt.Ias.& Alexan. in d.l.si donaturus.§.j.Barto.& Cast.in d.l.iubemus.§.sanè.Soci.in d. l. de diuisione. & in dicto consi.xxxij.in præsenti.volu.iij.Alex.in d.l.non tātùm.Areti.Crot.& alij in d.rubr.Cag.in d.l.ij. nu.19.versi.infertur ex prædictis C. de pact.int. emp.Boër.in d.Decis.xxij.vbi dicit hāc esse cōditionē Rui.in cōsi.lvj.vol.v.& in consi. ccxxv. visis.col.j.lib.j.& in consil. cxcvij. nu.6.eod.volu.j. Calcan.in d.consi.xxxj.nu.17. & mouentur
31 ea ratione, † quia dos promissa, non est dos data.l.fin.ibi, data, vel promissa.C. solu.matrimo. l.j.C.de incest.nup. & statutum se restringēs ad dotem cum ista qualitate, quod sit data, nō potest verificari in alia non habente istam quali-

tatem: nam qualitas in statuto requisita debet deduci & ꝓbari: vt per Doct. in c. fi. de homic. in vj. & in l. macipia. C. de seru. fugi. plura per Fely. deducūtur in c. ij. extrà de lib. oblat. Rolā. vbi s. in q. vj.
32 Contrariā † sententiā conatus est defendere. Socin. Iun.. in d. rubr. nu. 53, versicu. & moueor. ꝙ scilicet in isto etiā casu statutum locum sibi vendicat in dote promissa & nondū soluta. Primò mouetur ex idētitate rationis, militante etiā in dote promissa, vt s. diximus. Secundò, ex cōmuni vsu loquēdi, l. librorum. §. quod tamen Cassius. de leg. iij. Bart. in l. Labeo. de sup. legat. quod in interpretatione statutorū attenditur: vt plenè per Dec. in consi. ccccl xx. quia vulgò dicimus, talis dedit tantùm in dotem, vel recepit, quāuis adhuc nō fuerit numerata. ex isto dicto ita limitat hanc conclusionem adducendo plura, Rolan. in q. vj. versic. limita tamen istā. nu. vj. Tertiò, arguendo à simili: quia si statutum comprehēdit dotem promissam, secundū doctores, quando loquitur de dote restituenda, per quod verbū supponitur dotem esse datam: ergo & in isto. Quartò, quia limitando volunt illud procedere stante mora, vt j. dicā. Sed ex ipso, quòd vir incipit onera matrimonij sustinere constituit in mora personam, quę se obligauit ad dotem soluendā. Et ad verbū data respondet Soci. vel ꝙ verificatur, secundū communē vsum loquendi, vel ꝙ censeatur expressum propter maiorē illius casus frequētiā, ideo nō debet excludere casum dotis promissæ minus frequentem:

secun

ſecundũ gl.in l.j.C.de rap.virg.& aliis ad hoc ſ. citatis.hoc etiã vult idẽ Soci.Iun.in conſi.xxxv. in co.iij.in vol.j.vbi pluribus defendit,ꝙ ſtatutũ diſponens dotẽ datã remanere pro filiis penes maritũ præmortua vxore, procedat etiã in dote promiſſa.Si vis Socino reſpondere, dic ad
33 primũ,†ſic legẽ eſſe ſcriptã,& quãuis duram,illi ſtandũ eſſe, vt dicebat in ſuo caſu Angel.in d. conſi.clviij.viſo. Ad ſecundũ quòd nõ cõcludit in hoc caſu, in quo videtur ſtatutũ expreſsiſſe de data, ad differentiã dotis promiſſæ tantũ, & nõ datæ.Ad tertiũ quod minus eſt, loqui ſtatutũ de data, per modũ taciti ſuppoſiti,quàm cum loquitur expreſsim de data, quia plus operatur expreſſum,q̃ tacitũ ad no.in l.expreſſa. de regu. iur.vt latiſs.per And.Tiraq.in l.omnib.in gl.vij. in nu.4.ver.nũc reſtat. Ad quartũ quod cõcluſio præſupponitur vera dũ agit de eam limitando: & an ex vna limitatione inferatur ad aliã, eſt alia diſputatio,de qua nunc nõ eſt quærẽdũ: dicã tamen nõ poſſe limitari in hoc caſu, vt ex allegandis mox patebit. Limita nũc ipſam ſe-
34 cundã †concluſionẽ, primò nõ procedere, ſi in ſtatuto eſt aliquod verbũ, etiã obiter dictũ, de dote promiſſa,vnde poſsit aliquo modo declarari,idem velle in caſu dotis promiſſæ ſecundũ Soci.Iun.in d. rub.nu.54.& Alexã.in conſi.lxiij. ſtantib.in fi.vol.iiij.Ang.in conſil.lxxvj.ſtatutũ. quia præcedẽtia(inquit Alex.ibi) declarãtur ex ſubſequentibus,vel ecõtra.l. ſi ſeruus pluriũ.§. fi.de leg.j.l.vtrũ.de peti.hære.l.hæredes.§.fi.ff.de

testam.idē si rubrica est generalis, licet nigrū loquatur de dote tradita. generaliter tamen intelligetur etiā in casu dotis nō traditæ: vt per Ro-
35 lan.in q.ix.nu.2. Secundò, † quando mulier, vel alius ꝑ ea obligatus ad dotē fuisset in mora soluendi dotē, tunc quò ad hunc effectū eā lucrandi vigore statuti, loquētis de data, perinde habetur ac si fuisset data. Bar.in consi.cxxxiij. statuto ciuitatis Eugubij. Alciat.& Rui.in d.rub.sol.ma. & ibi Niconit.nu.126. Ang.in d.cōsi.clxxx.præmitto.col.ij. Rui.in cōsi.ccvj.de pluribus.nu. 6. vol.ij. Bal.in cōs. ccccl xvij. Factū dignoscitur: in fi.vol.iiij. Nico.Boē.in d.Decis.xxij.nu.15. Rui.in consi.cxxxiij.vol.iiij.& alij non pauci ex præallegatis: & hoc firmant, ne morosus ex culpa sua lucretur, seu conditionē suam faciat meliorē. l. Labeo scribit, si mihi.ff.de cōtrahen.emp.l.Seruius.ff qđ vi aut clá.l.nō solū.ff.de noxa.l.in executione. §. fin.de verb.obli.l.iure ciuili. de reg. iur.& aliis concord. pro ista limitatione quàm plura allegat Rolan.vbi s̃.in q.vij. Et hanc limi-
36 tationē † intellige esse veram in mora regulari per interpellationē, lapsúmq; diem ad soluendū cōmissa. Secùs in mora irregulari, quæ cōmittitur ex eo, ꝙ maritus pro parte sua adimpleuerit contractū matrimonij, sustinēs eius onera, & ex parte altera dos sibi nō soluitur: propter istam morā non dicetur locus statuto de luc.dot.fieri, vt tradit Paul.de Cast.in d.l. iubemus.§.sanè.C. de sa san.eccl.& Ias.in d.l.si donaturus.§.j. n.17. & Soci.in d.l.de diuisiōe.nu.6.versi.aliquādo &
tertio

tertio,vbi dicit ita fuisse de mente Bar.& dānat Cuma.dicentē contrariū,& cū his etiā tenet Io. Crot.in d.rub.nu.89. vers.secūdū casus,& sequitur cōsulēdo Rui.in cōs.cxxxiij.nu.3. vol.iiij.ita tenendū esse in iudicādo, & cōsulēdo ait Rolā.
37 vbi s̃.in q.8.Quādo† aūt mora irregularis committatur,à doctoribus cōiter ita traditum est,ꝙ si mulier,vel eius pater,q̱ marito dotē promisit absq; vlla dilatione soluere,nō soluit,cū vir incipit onera matrimonij sustinere,statim cōmittitur mora irregularis,iuxta l.curabit.C.de act. emp.Si autē extraneus dotem promisit, post lapsum biēnij,à die quo vir cepit onera matrimonij portare,incidit in morā irregularē.l.fi.§.præterea.C.de iur.dot.ita declarat Castr.in cōsil.xj. viso dicto libello.col.iiij.in antiq.Alex.in cōsil. cxlvij.perspectis.lib.v.plenè & Cassaneus in cōsil.Burg. in rub.iiij.§.xxiij.vers.*Ser.a suffisammēt interpellee*.vbi attestatur de cōmuni.& Lup.in c. per vestras,in iij.not.§.j.versi.ad idē facit.de donat.int.vi.& vx.gl.& Bar.in d.l.de diuisiōe.Rui. in cōs.ccxxj.circa.vol.j.vbi etiā notabiliter consuluit,ꝙ si dos nō fuit ꝓmissa viro, sed mulieri, nūquā cōmitti pōt aliqua mora regularis, vel irregularis, vt fructus, vel vsuras dotis maritus
38 petere,& cōseq̱ valeat.Ex his infertur, † ꝙ si data fuit dilatio ad soluēdū dotē, & interim vxor præmoriatur, maritus non lucrabitur dotē:qm̄ durāte dilatione nō potuit aliqua mora cōmitti,& ideo sumus extra casum huius limitatiōis, in terminis cōclusionis.s̃.firmatæ:hoc aduertūt

Iaſo.in d.l.ſi donaturus.§.j.& Io.Crot.in d.tub. col.fi.Boër.in d.deciſ.xxij.n.40.& Bal.in cōſ.ccxcj.qđ vir.in vol.j.in nouis: & hoc nō habet dubitationē in terminis prædictæ concluſionis de ſtatuto loquēti de dote data. Sed id dubitabile pōt eſſe in terminis ſtatuti ſimpliciter loquētis de dote, in quo caſu diximus dotē ꝓmiſſam cōprehēdi:an tunc ꝓpter datā dilationē ad ſoluēdum dotē,vxore interea pręmoriēte,vir dotem lucrari debeat,& in hoc caſu Bal. in præallegato cōſ.ccxcj.loquitur,tenēs cōtra maritum. Aduerte tamē quòd Bal.id tenet ea ratione,quia(vt ipſe opinabatur)dos nō poterat dici adhuc,cùm eſſet ꝓmiſſa ad arbitriū boni viri, & anteq̄ declararetur dos,mulier pręceſſerat:vnde videbatur,ſtatutū loquens de dote,& muliere dotata,nō verificari in eo caſu:ideo ſecùs videtur in caſu,in quo eſt dos certa promiſſa,licet cū dilatione tēporis ad ſoluēdū:& ita puto eſſe de mēte omniū.Quò aūt ad caſum Bal.in d.cōſi.ccxcj. quē refert& ſequitur Iaſ.in d.l.ſi donaturus.§.j.

39 quādo ſcilicet,†eſt ꝓmiſſa dos ad arbitriū boni viri, & antequā declaret, mulier moritur: Ego exiſtimarē,ꝙ imò citatis hęredibus mulieris,deberet dos declarari, vt ſucceſsiuè eā declaratā maritus ex forma ſtatuti lucrificaret: quia promiſsio illa valuit.l.cū poſt.§.gener.ff. de iur.do. & dos cenſetur in eſſe deducta:& viro debita,à die promiſsionis ſibi factæ:quāuis eius quātitas tūc nō fuerit declarata:quoniā ſufficit eam poſſe declarari.quādoquidē, à pari procedāt aliqđ eſſē

esse certũ vel certificandũ ex alio.l. certũ.& ibi not.ff.si cer.peta.& in terminis reperio hoc voluisse Lud.Roma.in consi. xliiij.ex suprà narrato.col.ij.& Rui.in consi.ccxxv. visis.vol.j.dũ ibi consulẽdo tenuit maritũ lucrari etiã illud plus, quod post mortẽ mulieris,cõtingit declarari in
40 augmentũ dotis:tũ,quia,dicit ipse,† huiusmodi declaratio retrò trahitur ad diem cõtractus, in quo fuit illud promissum : tũ quia efficitur dos post solutũ matrimoniũ, quod exigitur ex promissione pręcedẽti,& quòd non obstat iccirco illa cõclusio,ꝙ dos esse nõ possit soluto matrimonio:quoniã illud procedit, quãdo ante solutũ matrimoniũ nihil esset promissum,vel cõstitutum pro dote: secùs si eo cõstante,est aliquid promissum,licet eo soluto declaretur & exigatur:quia tũc efficitur dos,& potest vir illud lucrari ex dispositione huius statuti, secũdũ Bart. in d.l.si marito.§.j. & in l.si pater.eo.ti.sol. mat. hęc etiã consulẽdo dicit Soci.Iun.in cõsil.xxxv. in col.fi.in volu.j.& respondit Cast. cõsi.xj procedere:quãdo is,ꝗ debebat arbitrari illud plus esset mortuus : & nõ recedebat à persona arbitri.nõ autẽ quãdo mulier est mortua,quod propter hoc non impeditur declaratio. Hoc etiam firmat pluribus Rolan.in q.lxxxviij. cõstitutio. Illud aũt respõsum Bal.in d.cõs.ccxcj.quod vir. in vo.j.limitat Ias.in d.l.si donaturus.§.j.nõ ꝓcedere,quãdo aliquo † impedimẽto dotẽ nõ fuisse
41 in vita mulieris declaratã,ad arbitriũ boni viri probaretur:seu vt melius dicas, quando nõ ste-

tiſſet per eũ quominus fuerit declarata iuxta l. iure ciuili.ff.de con.& dem.& cõcor.adde quòd quãdo dos eſt promiſſa ad arbitriũ ipſius mariti,& is moriatur,eius hæredes nõ poſſunt agere vt declaretur,niſi ille fuerit impeditus arbitrari,vt latè p Rolã.in q.lxxxix.pone.Et in hac materia nota illud ſingulare dictũ Paul.de Caſt. in d.conſ.xj.viſo.col.iij.ꝙ ſi cõſtituatur certa dos, cũ pacto ſoluẽdi illud plus, quod arbitratus fuerit Titius,& anteq̃ arbitretur moriatur Titius, nõ poterit cauſa arbitrãdi illud plus recurri ad iudicem: quẽadmodũ id poſſet fieri ſi tota dos fuiſſet cõmiſſa in arbitriũ illius arbitrij q mortuus eſt,p ea,quæ ibi allegat: quod facit ad hoc, vt maritus p hoc pluri declarãdo,nequeat ad iudicẽ recurrere,vt de declarata quantitate lucrũ faciat ex forma huius ſtatuti.& hoc cõſ.xj.Caſt. allegat Soci.Iun.in d.cõſ.xxxv.in fi.vol.j.Tertiô
42 limitatur, quãdo aliquo modo põt dici marito fuiſſe ſatisfactũ de dote promiſſa, licet maritus verè adhuc pecuniã aliquã de dote non habuerit: & hoc profectò multis modis contingere poteſt: quod particulariter eſt tangendum, ne
43 iura caſuũ cõfundamus.Primus ſit, quãdo † p dote promiſſa in pecunia numerata mox datur nomẽ aliquod in ſolutũ, tunc, qa maritus accipit loco pecuniæ creditũ,& tãti illud æſtimaſſe videtur.l.pretij.C.de reſcin.vẽ. & periculũ eius crediti pertinet ad ipſum: adeò quod ſiue exigat illud,ſiue non,cùm venit dies dotẽ reſtituẽdi,tenetur reſtituere pecuniã numeratã,& non

poteſt

poteſt cedendo illud nomen liberari, vt pulchrè tradit Corne. in conſilio lij. quotidianus. colum.iij.lib.j.& in conſil.clj.conſultatio.volu. ij.Alexan.in conſil.xxxvj.viſo themate.libro ij. Paul.de Caſt. in l.ſi ſocer.§.Lucius. ſolu. matri. l.penul.§.ſi vir.vbi Barto.Imol.Paul.de Caſt.& alij eod. titu. Conueniens eſt, quòd vir dotem lucretur iuxta formam ſtatuti de dote ſoluta, vel data lucranda: vt volunt Bart.in dicto conſilio cxxxiij.ſtatuto ciuitatis Eugubij. & Rui.in conſi.cxcvij.caſus.colum.ij.lib.j.quamuis ibi ex aliis in caſu ſuo poſtea aliter concludat:& idem Rui.in conſi.ccxxv.viſis.nume.4.eo.lib.& Soci. in conſi.xxxij.in præſenti.colum. penul.vol.iij. & alij citati ibi per eos & Boër.in deciſio.xxij. nam ſufficit viro fuiſſe ſatisfactum de dote, quomodocunque id contingat, cùm omnis ſatisfactio, creditore volente, operetur idem, quod ſolutio: inquit in hoc propoſito Socin.in
44 dicto conſi.xxxij.in præſenti.col.fina. Nec†ſtatutum hoc de modo ſatisfaciendi vllatenus curaſſe certum eſt,vt dixerunt Domi. Rotæ. vt in dicto Achil.de Graſſ.deciſi.cxix.dote promiſſa. Ideo ſi maritus,cui fuit,à patre mulieris, vel ab alio dos promiſſa in pecunia,confiteatur ſe dotem recepiſſe promittendo eam reſtituere in caſu reſtituendæ dotis &c. & ſucceſsiuè faciat in alio inſtrumento ſibi ab alio promitti eam pecuniæ quantitatẽ,dicunt præallegati Docto-
45 res videri illum accepiſſe†iſtam promiſsionem loco ſolutionis,& ſic eſſe locum ſtatuto de dote

 ſoluta

ſoluta:& quamuis aliqui voluerint exceptionē non numeratæ dotis virum conuentum vigorē præfatæ confeſsionis adiuuari contra hæredes mulieris in iſto caſu,quaſi illa confeſsio emanauerit ſpe futuræ & non ſubſequutæ promiſsionis de pecunia numeranda: quæ nunquam fuit numerata: vt deciſum fuit Neapoli. Affli.in deciſio. præallegata. cccxxiij. Michaël & latè per Ange.in conſi.xlv.Caſt.in l.pen.§.ſi vir.& in d.l. ſi marito.§.j.in fi.eo.tit. (quod etiam inter doct. non eſt ſine controuerſia) tamen eſt aduertendum hoc procedere, quando promiſsio ſubſequuta poſt confeſsionem mariti de recepta dote reperitur facta ab eadem perſona, quæ ei dotem promiſerat, & cui dos venit reſtituenda, vel etiam vt hæredi mulieris, quadam enim æquitate tunc ſuccurritur marito, ne cogatur eidem à quo, id, quod petitur & ſibi debetur, ſoluere: & in his terminis loquitur Afflic.in d. deciſio.cccxxiij. Michaël: ſiquidem ille dicitur dolo petere, quod alia actione eidem eſt reſtituturus,& ideo repellendus.l.ſi ſocer.§.Lucius. & ibi docto.ff.ſolu.matri.non igitur defenditur maritus in eo caſu, quia de iure non cenſeatur illa promiſsio ceſsiſſe loco ſolutionis,quia imò hoc præſupponitur ibi, alioquin inanis fuiſſet illa dubitatio: ſed quadam æquitate aduerſum iuris regulam ſcilicet quod tametſi illa promiſſio ceſſerit loco ſolutionis dotis,& iccirco prę ſupponatur quod ex illa confeſsione de recepto cõtinente obligationem de dote reſtituēda

agi

agi posſit contra maritum, tamen ex æquitate agens repellatur: cùm ſit idem obligatus ad tantundem occaſione eiuſdem rei: licet alia actione, & licet Rui.in d.conſi.cxcvij.col.pen.in fin.dicat in hoc caſu promiſsionem non cedere loco ſolutionis dicendo ita eſſe intelligendam doctrinam Bar.in d. §. ſi vir.tamen adhuc idem
46 opinor quia† Rui.rectè loquitur, quatenus attéditur effectus huiuſmodi confeſsionis, quia in effectu redditur inefficax, ex illa exceptione, ſed non quatenus iuris diſpoſitio inſpiciatur. Stante ergo, quòd promiſsio prædicta cenſetur loco ſolutionis ceſsiſſe, ſequitur quòd dicatur ſtatutum de dote ſoluta in hoc caſu verificari: quia in hoc caſu agitur, non, an poſsit maritus, quia illa promiſsio ſibi adhuc nõ fuit adimpleta, aliquo modo defendi contra repetẽtem dotem, ſed an dicatur ſoluta dos ad verificationẽ ſtatuti, & de hoc non videtur ambigẽdum, quia ex illa promiſsione vir poterat agere: & liberauerat à dotis obligatione perſonam obligatam: vt ponitur per omnes in confeſſo: quando alius quàm qui dotem promiſerat, illam promiſsionem feciſſet, vt ex prædictis poteſt videri. Secũdus eſt caſus, qui eſt idem cum præcedenti, ſed magis generalis & abſolutus ſecundum prædictos doct. quando obligatio dotis fuiſſet nouata, & trãsfuſa quouis modo in aliam obligationem: iuxta tradita per docto.in l.ſingularia.ff. ſi
47 cer.peta.nam cum omnibus palam ſit,† per nouationem, & transfuſionem vnius obligationis

in

in aliam,interuenire extinctionem primæ obligationis,id est dotis: necessariò sequitur quòd dicatur marito de dote satisfactũ: seu quòd acceperit dotem: & ideo statutũ de dote data,vel soluta,dicatur in hoc casu verificari. Tertius est
48 casus,quando mulier dat in dotem † ipsum nomen,& creditum,& non pecuniam:quod quidẽ aliud est,quàm dare insolutum pro dote iam in pecunia promissa:nam in hoc casu maritus,eueniente die restituendi dotẽ,retrocedendo illud nomen,liberatur ab ea restituendi obligationẽ, si culpa cur nõ exegerit illud,sibi imputari nulla potest:quia periculum illius nominis dotalis ad mulierem pertinet:vt plenè tradit Corne.in d.consi.lij.quotidianis.col.iij.vol.j.Pau.de Cast. in l.nupta.§.j.sol.matri.l.etiam.§.fi.ff.eo.l.si extraneus.ff.de iure dot.Corn.in d.consi.clj.volu. ij.Nec potest ad pecuniam teneri,si illam in dotem non habuit, sed nomen: quoniam tantùm non valet nomen, quantum pecunia, quæ ex eo nomine debetur:vt dicit Corn.in consi.clvij.
49 licet.nume.9.lib.j. Nunquid † ergo in hoc casu, erit locus statuto disponenti virum dotem datam lucrari?& ego existimo eo ipso,quod illud nomen datum in dotem expresѕim ceditur, vel tacitè censetur, seu habetur pro cesso: (cesѕio enim habetur in incorporalibus pro traditione. Barto.in l.ad eum.de dona.l.Seia cum bonis. de dona.cau.mort.l.j.in fi.C.de actio.& obliga.) & cesѕio tacita fauore dotis inducitur eo ipso, quòd nomen datur in dotem expresѕim, secùs si

tacitè Bald.nou.in tract.dot.in vj.par.in priuil. lxxj.Corn.in consi.clvij.licet.nume.12. volu.j.) videri dotem promissam,solutam,ac traditam, seu receptam intelligi,& ideo verificari prædictum statutum,ita quòd maritus lucrari debeat partem illius iuris,& obligationis in dotem receptæ.ita voluit Barr.in d.consil.cxxxiij.statuto ciuitatis Eugubij.& Rui.in d.cons.cxcvij.casus: col.ij. & iij. licet ipse ibi aliter concludat, quò ad casum suum, considerans promissionem de qua ibi agebatur,quòd non erat in dotem data, seu res dotalis,vel ipsa dos,sed solùm obligatio ad dotem: In nostris terminis certè aliud dici nō potest,quoniam alia traditio, & solutio dotis cadere non potest, quàm per cessionem nominis, quod solùm est promissum in dotem & non aliud:secundum Cor.in consi.lij & in consil.clj.s̃.alleg. si quidem per eius,quod debetur, solutionem tollitur omnis obligatio.§.j. instit. quib.mod.tol.& dotem in nominibus, & iurib. sicut in qualibet alia re, mobili, vel immobili, promittere, & constituere licuerit.l.cum pater. l.licet.§.quoties.l.nuptura.l. si sponsalibus. §. j. ff.de iure dot.& aliis vt per Doct.vbi s̃.& in hoc casu optimè etiam conuenient alia verba statuti, dum dicit quòd partem maritus retineat, & partem restituat, quia de dicto nomine, & credito, in dotem habito, partem restituet retrocedendo, & partem retinebit pro se, pro qua parte ipse poterit agere cōtra debitorem illius nominis:ita pulchrè considerat Rui. in d.consi.

cxcvij.caſus.nume.4.verſi.ſtante igitur.& iſtud lucrum aliud quidem erit, quàm quod ſit, cùm dos eſt promiſſa in pecunia, & cautum intelligitur virum de dote promiſſa lucrum facere debere: quia in iſto caſu, contra mulierem ad dotem obligatam poterit agere,ſecùs in prædicto,in quo tantum lucratur partem crediti dotalis.& hanc concluſionem firmat Rolan. in qõ.
50 xj.nume.10. Quartus eſt caſus,†quando promiſsio dotis eſt in pecunia, & mulier aliquod creditum dat illi ad exigendum, vt de pecunia exigenda ſibi ſatisfaciat, & ſoluat dotem promiſſam non autem vt illud creditum cedat illi inſolutum: & hoc nihil operatur, vel facit, vt videatur dos ſoluta, vnde locus poſsit eſſe ſtatuto de lucro dotis datæ: cùm in virum nihil tranſlatum ſit, ſed tantùm habeat promiſsioné dotis à muliere vel ab alio factam ſibi tempore matrimonij,quę quidem promiſsio,vel obligatio, nullo modo eſt dos: nec dici poteſt nomen datum eſſe in dotem:vt pulchrè declarat Ruin. in conſi.cxcvij.caſus.col.iij.reprehendens Bart. in hoc,& meo quidem iudicio rectè,ſi id voluit, quod vix credo. nam clarum eſt, quòd promiſſio,& obligatio, ad dotem, non eſt ipſa dos: & quòd iſta ſunt ſeparata, actio ad dotem & ipſa dos:& propterea ſtatutum de dote data, in hoc caſu non poteſt procedere:vt qui habet actioné ad dotem, dicatur ipſam dotem exegiſſe, & habere,vt ipſe optimè concludit,ſecundum communiter Doctor. vt ibi per eum. nu.6. & nu.11.

nam quamuis qui habet actionem ad rem, dicatur rem habere. l. qui actionem. de reg. iur. tamẽ hoc non eſt verum quò ad verificationem facti, in quo debet ſtatutum, prout loquitur, verificari, & procedere, cum diſtinguatur vnum factum ab alio, ſcilicet factum dotis ſolutæ, ab alio dotis promiſſæ: vt communiter Doctor. volunt in hac materia ſtatuti de lucro dotis, vt per Rui. in d. conſi. cxcvij. & alios quàm plurimos per nos
51 ſ. citatos. Quintus eſt caſus, † quando de dote ſoluenda acceſſerunt alij, vel tempore contractus dotalis, vel poſt, qui ſe obligauerunt marito dotem ei ſoluere: & in hoc caſu etiam, quòd prima obligatio ad dotem non ſit ſublata, ſed adhuc remaneat cum iſta acceſſoria, exiſtimo fore locum ſtatuto de dote data: quia promiſſio fideiuſſorum præfata, habetur pro quadam ſatisfactione, & ſolutione dotis: vt determinarunt ſuper ſtatuto vrbis loquenti de dote ſoluta vel ſatisfacta Domini in Rota; vt per Achil. de Graſ. in ſæpe allegata deciſio. cxix. dote promiſſa: per ea, quæ plenè deducit Soci. in d. conſi. xxxij. in præſenti. col. fina. volu. iij. qui loquitur in terminis noſtris de ſtatuto loquenti de dote data: vt procedat in caſu, vbi dati eſſent fideiuſ-
52 ſores pro dote ſoluenda, quia † maritus dum accipit fideiuſſores, videtur tunc ea ſatisfactione contentus, & ſibi videtur dotem recepiſſe promiſſam. l. ſi rem. §. j. de pigno. actio. vbi creditor, cui à debitore dantur fideiuſſores pro debito: dicitur id, quod ſibi debetur, recipere, adeo,

quod

quod pignus liberatur,& actio pignoratitia incipit competere ipsi debitori aduersum creditorem,pro pignore recuperando:& aliis multis deductis per Soci.in consi.xxxij.& per Ias. longe plenius in l.j.ff.qui satisda. cogan. & praesertim hoc procedit in casu, vbi videretur per accessoriam obligationem tacitè facta nouatio:vt fieri posse adnotat Do. Ronchegallus iuris peritissi.in l.iij.in princip.nume.18. de duob. reis. vbi ad istam materiam nouationis quàm plurimos citat in vnaquaq; Doctorum opinione circa hanc materiam.Ex quibus satis puto declaratam istam tertiam limitationem:nec tango quędam alia,quae dicit Rui.in d.consi.cxcvij. casus. col.penul.& fin.quia non integrè percipio nunc eius mentem, & quantitatem sui casus, nec ea mihi nunc consonare videntur. Quartò limitat conclusionem hanc, quòd statutum disponens virum lucrari dotem datam non procedat in promissa.Rui.in consi.ccxxv.visis.nu.5.versi. & dato etiam quòd per statutum, lib. j. quando
53 † maritus iam partem dotis exegisset, quia iste casus mixtus est:quia dicere non possumus nos esse in casu dotis promissae,nec in casu dotis datae:ergo sumus in casu mixto.Sed statutum simpliciter loquens non habet locum in casu mixto.l.vim passam.§.praescriptionem.ff.de adulte. & not.per Doct.in l.ij.in princi.de verbo.oblig. & aliis allegatis ibi per eum:& loquitur in casu statuti volentis dotem datam reseruare filiis, secundum opinionem M. concludentis, quòd

casus

casus iste dotis pro parte promissæ, & pro parte solutæ, tanquam omissus, remaneat in dispositione iuris communis: quæ limitatio hoc modo accepta reincideret in conclusionem præfatam: sed alio modo secus. Soci. Iun. in cons. xxxv. nu. 16. vers. præterea: vol. j. vult, quod ratione partis solutæ dos pro tota soluta habeatur: Mihi magis pla-
54 cet quòd † pro parte soluta maritus lucrum facere deberet: vt dicit Soci. in consi. præallegato xxxij. vers. ista conclusio. vol. iij. vbi allegat Ang. in §. illud. auten. de non elig. secun. nub. & tex. & not. ibi per Bar. in l. fi. ff. de fun. dot. Addo quòd hoc tenet Rolá. vbi suprà in q. x. Limitatur etiam secundum Rolan. in q. ix. quando rubrica loqueretur de dote simpliciter: licet nigrum loqueretur de data. Postremò aduertendum est, quòd
55 quamuis † maritus lucrum dotis promissæ petere ab hæredibus mulieris nequeat, stante statuto loquente de dote data, secundum præfatam conclusionem, nihilominus poterit illud in effectu consequi: si cautè agendo petierit, non condictione ex statuto prædicto, quæ sibi non potest ad illud competere: sed ex actione sibi competenti vigore promissionis & obligationis de dote soluenda antea sibi factæ: Contra quam si opponatur, exceptio doli, quòd dolo facit petendo dotem, quam est restituturus. iux. not. l. si socer. §. Lucius sol. matri. poterit replicare negando quòd sit restituturus: quoniam statutum de lucrando dotem datam, concedit retentionem dotis, & sic videtur negare, quòd maritus possit compelli

e dot

dotem restituere, ergo illa exceptio elidetur ista replicatione: quoniam illa exceptio tunc cessat, quando quis non est dotem, quam petit, restituturus: vt est textus cum glossa in l. j. C. si dos constante matrimonio &. Doctores in dicta l. si donaturus. §. j. per illum text. ibi ff. de condict. ob cau. Bar. & Ang. in dicto §. dotes autem, autent. de nup. per illum tex. ibi. hæc animaduersio, seu consideratio fuit Soci. Iun. in dicta rub. sol. mat. & Rui. ibi & in consi. cxxxiij. visis. col. penul. versi. alia etiam ratione. vol. iiij. dicens: quòd vis est omnis in modo agendi, an maritus intentet conditionem ex statuto aduersum hæredes mulieris, & tunc meritò succumbere debeat, an verò actionem de dote, replicando ex statuto prædicto contra exceptionem sibi oppositam de restitutione facienda, & tunc
56 secùs. Sed de hac † doctrina ego dubito, quemadmodum ipse Rui. videtur dubitasse, in dicta rub. nume. 53. versi. tertio arguendo; & in consilio, cxcvij. casus. nume. 8. lib. j. aduertit, quòd non potest procedere, quia statutum requirens esse dotem datam ad effectum lucrandi, intelligi debet de data tempore soluti matrimonij cùm conditio lucri faciendi existit: quandoquidem qualitas iuncta verbo, secundum tempus verbi debet verificari. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. l. ex facto. ff. ad Treb. & aliis deductis ibi per eum. In his terminis potest dici rectè loqui Roland vbi suprà in quæstio. xj. nu. 28.
Et

Et ſic requiritur tunc, cùm ius lucrandi à ſtatuto datur, ſcilicet tempore exiſtentis conditionis, dotem reperiri datam, & non in futurum dari ſufficit, quia exiſtentia conditionis de lucrando dotem, eſt momentanea, & non habet tractum ſucceſsiuum: vt dicetur infrà. Vnde ſi oportet tempore illius exiſtentiæ eſſe datam, non ſufficit, quòd poſteà detur, ſeu data reperiatur ad conſequendum illud ius lucrandi: ideo ſtatutum prædictum ei non ſuffragatur ad replicandum. Illud conſilium Soci. Iun. † & Rui.
57 candum. Illud conſilium Soci. Iun. † & Rui. in dicto conſil. cxxxiij. poſſet procedere, quando ſtatutum non videretur ita ſe reſtringere ad datam tempore matrimonij ſoluti, ſed aliter loqueretur: vt putà ſi caueret, quòd liceret marito dotem retinere, & ſic concederet retentionem ſimpliciter, & non reſtrictam ad aliquod tempus per qualitatem doti requiſitam: vt per Ruin. in dicto conſi. ccxxv. viſis. num. 7. lib. j. Bart. Caſt. & alij in dicta l. ſi marito. §. j. ſol. mat. Vnum non prætermittas in hac re notare:
58 † quod, ſi ſtatutum virum lucrari dotem diſponit in omni caſu, maritus lucrabitur etiam dotem promiſſam. Bal. conſi. cclxxvj. volu. ij. Boër. in d. deciſio. xxij. Iaſ. in dicta auten. præterea. C. vnd. vir. & vxo. hoc dictum eſt ſimile alteri, de quo dicemus infrà in materia l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. Reliqua ſcilicet an hoc ſtatutum procedat, in dote ficta vel præſumpta & in dote putatiua, vel confeſſata, dicemus gloſando textum. Et hactenus quò ad iſtam gloſam.

SVMMÆ.

1 *Dotis restitutio matrimonio constante non fit, nisi in casu necessitatis, honestatis, vel utilitatis.*

2 *Lucrum dotis fit etiam quòd matrimonio constante dos fuerit mulieri restituta.*

3 *Quot modis soluatur matrimonium de iure ciuili.*

4 *Matrimonium consummatum hodie non soluitur, nisi per mortem naturalem.*

5 *Matrimonium non consummatum per Papam dissoluitur ex causa.*

6 *An Papa possit dissoluere matrimonium immediatè contractum post carnalem copulam.*

7 *Per religionē matrimoniū nō cōsummatū dissoluitur.*

8 *Per ordines sacros non dissoluitur.*

9 *Propter frigiditatem, & impotentiam coëundi dissoluitur.*

10 *An in his casibus matrimonio soluto vir dotem lucrari debeat.*

11 *Statutum nostrum procedit in casu matrimonij soluti per mortem.*

12 *Matrimonio per Papam dissoluto maritus dotem non potest lucrari.*

c SOluto. [c] Hoc ergo statutum non loquitur de restitutione dotis facienda constāte matrimonio, de ea si quidem tractatur suprà in rub. in quib. casi. cō.
1 mat. & de iure cōmuni † nō fit nisi in casu necessitatis, honestatis, vel vtilitatis: vt per Pet. Anc. in cons. ccxxxviij. regulariter. gl. in §. dotes autem. in autēt. de nup. vbi enumerantur causæ in iure expressim concessæ de quibus nunc agendum

2 dum nō eſt: Sed dico, quòd † ſi maritus dotem reſtituit conſtante matrimonio, & demū caſus lucrandi eam, ex forma ſtatuti contingat, ob id non impeditur, quominus illud lucrum faciat: in quo non cenſetur per illā reſtitutionē ſibi præiudicaſſe. ita determinat Ang. in d. §. dotes. per illum tex. ibi. & ſequitur Bertach. in ſuo reperto. in ver. ma
3 ritus lucratur. Verùm quot † modis matrimonium ſoluatur de iure ciuili, habetur plenè in §. di
4 ſtrahuntur, in aut. de nup. Sed † hodie non ſoluitur niſi per mortem, quando, eſt copula carnali conſummatū propter iura canonica: quæ ſola in caſu matrimoniali attenduntur, legibus ciuilibus reiectis in hoc: vt tradit Caſt. in l. ſi quis ſtipule-
5 tur. ff. ſolut. mat. Matrimoniū † verò non conſummatum, poteſt ſummus Pontifex ex cauſa diſſoluere: vt per Anch. in conſi. cxxxix. parum. Dec. in conſ. cxij. in præſenti. & in conſ. cccccciij. viſo. Cur. Iun. plenè. in conſ. clxx. Fely. in conſ. xxvj. & Ludo. gozad. in conſ. ij. col. j. & ij. & mouentur, quia matrimonium conſummatum ſolùm eſt de iure diuino, & ad illud duntaxat pertinet illa ſcriptura, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparat. c. ex publico. §. ſanè. vbi gloſſ. & Doct. de conuer. coniug. Vinculum autem matrimonij contracti abſque interuentu copulæ carnalis: habet ſtatum à conſtitutione eccleſiæ, & eſt de iure poſitiuo: ideo poteſt per Papam ſubmoueri. c. propoſuit. de conceſ. præb. & locis vulg. Hinc etiam dubitauit. Bald. in capit. licet in fin.
6 extrà, de tranſl. epiſc. vtrum. † ſummus pontifex

matrimonium contractum immediatè post copulam carnalem queat dissoluere: ipse non decidit: sed refertur à Neuisan. in Sylua nupt. §. ampliant primo, nume. 12. quod determinat negatiuè scilicet non posse dissolui magis, quàm cum copula carnalis subsequitur: & citat Claus. in rub. soluto matrimonio. & eum refert & sequitur Hipp. Mars. in sing. ccccc. sponsalia. qui malè refert terminos huius dubitationis. Item † al-
7 tero volẽte religionem ingredi dissoluitur etiam contra voluntatem alterius coniugis. c. ex parte. il secundo. c. verum. cap. ex publico. de conuer. coniug. cum aliis concord. & notant legistæ in l. Deo nobis. in princ. C. de epis. & clericis. Non
8 † tamen per ordines sacros susceptos, vel etiam per promotionem ad episcopatum hoc matrimonium dissoluitur, vt per Gemin. & gl. in c. j. nu. 13. de vot. in sexto, & deci. Tolo. in q. ccclxj. Item
9 fuit quæsitum an ille: Aret. in cons. lix. Item † dissoluitur propter impotentiam coëundi, ac generandi siue ex maleficio, siue ex frigiditate, in altero ex coniugibus comperta, ad instantiam tamen alterius: toto tit. extrà de fri. & malefic. & Tolos. decis. ccclxxx. Item fuit quæsitum. quidam ætatis, & dicam infrà in text. Sed in hoc casu magis dicitur matrimonium nullum declarari, quàm vali-
10 dum dissolui. An † autem in his casibus matrimonio soluto vir dotem lucrari debeat videtur dicendum, quòd, si id contingat mulieris culpa, marito illud lucrum debetur, secundum Boër. in

decis

decis. xxij. num. 39. Allegans cons. Bald. cx. quod incipit, consuetudo lib. ij. quod in casu statuti no-
11 stri non potest procedere, quia † habet locum duntaxat soluto matri. per mortem. Et si quæstio moueatur, in casu, quando profitetur religionem, quòd videtur mori ciuiliter: ad hoc respon-
12 debo in proxima gloss. & in casu quando † esset dissolutum per papam, data licentia nubendi alteri, non poterit dotem lucrari: quia illa debet reseruari mulieri, non obstante quouis pacto in contrarium conuento. l. ij. ff. de pact. dot. Bald. nou. in tract. de dot. in vij. par. priuil. xj. Ioa. Bap. de S. Blas. in tract. de priuil. dot. in iij. cent. nu. 22.

d MAtrimonio.[d] Quãdo videatur matrimonium contractum, & de quo intelligatur statutum nostrum, dicetur infrà in expositione textus.

SVMMAE.

1 *An hoc statutum procedat in morte ciuili.*
2 *Mors ciuilis hodie non soluit matrimonium, nisi quæ contingit per vitam monasticam, & cùm matrimonium non fuit consummatum.*
3 *An maritus lucretur dotem, si matrimonio nondum consummato mulier ingrediatur aliquam religionem. & num. 4.*
5 *Pactum de dote lucranda vendicat sibi locum muliere ingrediente religionem.*
6 *Religionem profitens reputatur mortuus & dicitur funestam vocem habere.*
7 *Mors ciuilis, quando id, quod mors naturalis operatur æquiparatur morti naturali.*

8 *Differentia inter casum matrimonij soluti per religionem & casum soluti per deportationem.*

9 *Mors ciuilis per religionem ordinis mendicantium operatur idem etiam quò ad bona quod mors naturalis.*

10 *Testamentum eius, qui professus est religionem ordinis minorum an aperiri debeat & nu. 11.*

12 *Dispositio in dubio intelligitur de morte naturali.*

13 *Appellatione mortis non venit ciuilis nisi in casibus expressis.*

14 *Si statutũ expressim caueret quod vir lucraretur dotem in casu religionis professæ, non deberet valere.*

15 **Pactum de dote lucranda non habet locum, quando soluitur matrimonium superstite muliere.*

16 *Conditio filiorum an ideo videatur deficere, quia monasterium habetur loco filiorum.*

17 *Cultus diuinus, & fauor religionis creuit post. l. Codicis.*

18 *Partes conuenire possunt ne res in ecclesiã transeant.*

19 *Mulier transiens ad religionem dicitur transire ad matrimonium.*

20 *Nullæ moniales reperiuntur hodie mendicantes.*

21 *Quando mors ponitur in dispositione ad differẽdum non sufficit ciuilis.*

22 *Religionem intrare est actus meritorius.*

23 *Matrimonio consummato, si religionem profiteantur coniuges remanent.*

24 *Filij suscepti ex matrimonio post religionem professam efficiuntur illegitimi.*

25 *An vxore decedente in monasterio doscedat om nasterio, vel marito, vigore statuti nostri.*

Non

26 *Non perditur succeſsio vnde vir & vxor matrimonio bona gratia ſeparato.*

27 *Obligationes in ſeculo contractæ, durant etiam poſt ingreſſum religionis.*

28 *Statutum debet intelligi de vxore integra.*

29 *Religionis profeſsio tollit ius exhæredandi & alia.*

30 *Ius non habet in conſideratione titulum & nomen nudum carens iuris effectu.*

31 *An matrimonium, quod de iure ciuili habetur pro diſſoluto, in terris imperij cenſeatur ſolutum ad effectũ cõſequẽdi res in caſu ſoluti matrimonij debitas.*

32 *De ipſo matrimonij fœdere quatenus agitur, vbique ſtatur iuri canonico: ſecus dum agitur de ſucceſsione, quia in terris imperij ſtatur iuri ciuili.*

33 *Filij ſuſcepti ex fœmina vilißima non legitimantur quo ad bona in terris imperij per ſubſequens matrimonium abſque inſtrumentis dotalib. contractum.*

34 *Matrimonium non habetur pro diſſoluto in materia ciuili, ſi iure canonico ſolutum dici non poteſt.*

35 *Iura ciuilia dum ſtatuunt de matrimonio hodie ſunt correcta.*

36 *Spurius legitimatur etiã quo ad hæreditates vbique per ſubſequens matrimonium.*

37 *Meretricẽ ducere inter opera charitatis reputatur.*

38 *Statutum de lucro dotis, an habeat locum vtroque coniuge religionem profitente.*

39 *An ſponſa, ſi per vim cognoſcatur carnaliter à ſponſo, poſsit eo inuito religionem profiteri.*

40 *Quid ſi in monaſterio defloretur.*

41 *Per copulam carnalem vtcunque ſubſequutam vir & vxor efficiuntur vna caro.*

e PEr mortem.[e] In caſu matrimonij per mortem ſoluti procedere ſtatutũ noſtrum iam diximus ſuprà. Proinde, cum mors duplex ſit, ciuilis,& natura
1 lis, dubitari contingit, nunquid † hoc ſtatutum procedat etiam in morte ciuili, & conſiderandus eſt effectus cuiuſque mortis. Mors naturalis, quę eſt ſeparatio animæ à corpore. c. cum in quādam. extrà de celeb. miſ. cap. charitas. §. corpus. in fin. diſtinct. ij. de pœnit. c. reſuſcitatus, diſtinct. j. de pœnit. Gemi. in c. præſenti. nu. 4. de pręb. in ſexto, omnia ſoluit,& per conſequens ipſum matrimonium: vt habetur in §. deinceps, in autent. de nup.
2 Ciuilis † autem mors hodie non ſoluit matrimonium, niſi quæ contingit per vitam monaſticam, & cùm matrimonium non fuit copula carnali conſummatũ, quod ſecus erat olim de iure ciuili. §. diſtrahuntur. autent. de nup. vbi Bart. & alij. nanque per deportationem, vel aquæ & ignis interdictionem, mutata affectione, matrimonium diſſoluebatur. l. j. C. de repud. Item per ſeruitutē vel quancunque aliam mortem ciuilem. d. §. diſtrahuntur: & not. in dict. l. Deo nobis. in princ. C. de epiſco. & cle. Cùm itaque hodie nulla mors ciuilis præter illam, quæ contingit ex vita monaſtica, diſſoluat matrimonium, & lucrum hoc dotis deferatur in caſu ſoluti matrimonij, nos quærere oportet tantùm de iſta morte ciuili per religionis profeſsionem inducta, aliis prætermiſsis, quaſi de illis diſputare ſit ſupefluum.
3 Pone † igitur caſum quòd contracto matrimo-

nio

nio,& nunquam carnaliter consummato, mulier religionem ingrediatur, etiam contra mariti voluntatẽ, quo in casu habetur pro mortua mundo,& matrimonium dissoluitur, vt diximus, nunquid maritus dispositione statuti huius, dotem debeat lucrari: quasi verificata sit conditio, quòd mulier sine filiis mortua videatur? Et multi Do-
4 ctores † tenuerunt partem affirmatiuam in dicta l. Deo nobis. in princ. C. de episco.& clericis, per illum textum quod scilicet dotem lucrari debeat maritus, perinde ac si illa mortua naturaliter fuisset. ita volunt ibi post glossam Bart. Bald. Paulus de Castro, & Ang. Et Bart post gloss. ibi in §. illud. autent. de monac. & per textum in §. si verò constante. in autent. de sanctiss. epi. Saly. in l. cum te. C. de donat. ant. nup.& pro ista opinione in facti contingentia consuluit Ias. in consil. cxxxv. circa primum. volu. j. & cum hac pertransit Bal. in consil. cx. consuetudo, lib. ij. & Rui. in consil. xcviij. num. 13. lib. ij. gloss. in versiculo, habitum. in §. adultera, in autent. vt nul. iud. Et Nico. Boër. in dicta decisio. xxij. num. 39. & sic communiter per Doctores teneri asserunt Bart. nou. in d. tract. dot. in part. 7. xj. priuileg. & Aug. Bero. in capit. in præsentia. num. 477. ver. non obstat. extrà de probat. Et Doctores in l. si cum dotem. solut. mat. Et istã conclusionem intelligunt Doct. ita vt statim, non expectata morte naturali mulieris, dotis lucrum marito debeatur: vt dicit Bald. nou. in dicto tracta. in par. vj. in priuil. xj. num. 8. ver. quando autem separatur.

Et

Et pro ista communi ponderant tex. in d. l. Deo
5 nobis. Dum † pactum de lucranda dote per mortem mulieris, locum sibi vendicare dicitur, ibi, si mulier religionem professa fuerit, vitámque monasticam elegerit. ergo quod dicitur ibi in casu pacti, idem intelligendum est in casu statuti: quoniam de pacto ad statutum procedit argumentum. ita Doctor. arguere in hac. q. refert. Bald. nqu. vbi s̃. in xj. par. in vj. diff. in iij. mẽbro nu. 29. & Ias. in d. cons. cxxxv. Doct. in d. l. Deo nobis. c. fin. extrà, de donat. int. vir. & vxor. & Bart. & alij in l. si ab hostibus. §. si vir. sol. mat. Secundò
6 mouentur, quia † profitens religionem, reputatur mortuus. c. placuit. xvj. q. j. c. nullus. ead. q. vij. Socin. hoc dicit in consil. xcij. circa. volu. j. & Anch. in cons. cclxxiij. pro & contra. & auten. hæc constitutio, in nou. constitut. & Doctor. in dicto capit. in præsentia. de probat. notantes, quòd monachus dicitur funestam vocem habe-
7 re. Tertiò, quia mors ciuilis, † quando id quod mors naturalis operatur, morti naturali æquiparatur: vt per Soci. in dicto consilio. xcij. circa. col. j. & ij. Ioan. Crot. post alios in l. Gallus §. quid si tantum. de liberis & posthu. Felyn. in dicto capitulo, in præsentia. & in capitulo, licet vndique. extrà de offic. deleg. Ioan. de Imol. in rubrica, de testament. Doctores in lege, ex facto. §. si quis rogatus. & in §. ex facto. vbi vltra Alios. Rip. ad Trebell. glossa notat. in clementina secunda, in ver. morte. de ele. quam probat Abbas in c. cum essent. in fine. de præben.

&

&in cap. ſi epiſcopus, in verſic. morte. de ſupl. neglig. prælat. & in l. j. §. penul. ff. de contrahab. & in cap. beneficium. de reg. iur. in vj. Doct. in l. ex ea parte. ff. de verborum obligationibus. Lup. in Rubr. de donat. inter virum & vxor. §. lxxj. vbi infert ad confirmationem donationis inter coniuges factæ, & ad alia multa. & plenè per Caſſa. in conſuet. Burg. in rub. iiij. §. vj. in verſic. *apres le treſpas*. Sed in hoc caſu idem operatur mors iſta ciuilis, ex profeſsione religionis inſurgens, quod operatur mors naturalis, quia per religionem ſoluitur matrimonium, ablata omni ſpe vnquam alteri nubendi: vt dicebat
8 Bald. Nouellus vbi ſuprà. Vnde notabiliter †conſiderauit pulchram iuris ciuilis differẽtiam quòd pactum de lucranda dote per mortem mulieris verificabatur in caſu profeſſæ religionis. dicta l. Deo nobis. in principio. non tamen verificabatur in caſu deportationis, ſecundum gloſſ. communiter approbatam, in dicta l. ſi cum dotem. in princip. ſol. mat. dicens rationem diuerſitatis fuiſſe: quia per religionem auferebatur omnis ſpes vnquam nubendi, ſecus per deportationem quum deportatio non tollat contractus iurisgentium prout eſt matrimonium. l. j. & ibi not. C. de teſtament. & ſic relinquendo in caſu deportationis poteſtatem nubendi, lex noluit dotem, vtpote pro altero matrimonio neceſſariã, amitti. & mors ciuilis non potuit propterea operari idem quod naturalis: in caſu ergo noſtro videtur ſecũdum iſtam conſiderationem hæc mors ciui

ciuilis operari idem quod naturalis, & ei idcirco æquiparanda, prout lex ciuilis æquiparauit, in ista specie facti de dote lucranda. Et hæc æquiparatio tum maximè stringit, quando mulier
9 † profitetur religionem ordinis mendicantium: quia fratres illius ordinis nec in cõmuni, nec in particulari aliqua bona possidere queũt, & tunc ista mors per religionem, etiam quò ad bona, eundem effectum, quem mors naturalis habet. Ita plenè deducit Ias. in dicto consilio, cxxxv. consulens ad fauorem cuiusdam mariti, qui per biennium vxorem suam, in domo virginem retinuerat, Et cùm ea vellet ingrediendo religionem dissoluere matrimonium, ipse volebat vigore huiusmodi statuti de lucro
10 dotis, lucrari dotem. Namque ista † ratione traditum est eius testamentum qui professus fuisset religionem fratrum minorum, aperiri, delata hæredi, in eo scripto hæreditate, perinde ac si ille naturaliter esset mortuus, vt per Bartol. in autent. si qua mulier numero, 11. versic. ex prædictis venio. & ibi Ias. numero, 26. versic. iuxta istam partem, & numero, 58. C. de sacrosan. ecclesiis, & Alex. in consilio xiij. circa. numero, 3. versic. benefaciunt. not. lib. iij. Bartol. in tracta. mino. in vlt. lib. ij. in capitulo, ij. distinct. Bartol. & Bald. in l. j. C. de testa. Rubric. Alexand. in consil. clv. loquens in fideicomissum, Rip. in dicto §. ex facto. numero, 12. & dicunt Cassan. & Ioan. Lup. in locis præallegatis: in isto ergo casu com

communis conclusio saltem videtur vera. Quartò ne sit in potestate mulieris impune virum deludere, confugiendo ad religionem cum damno mariti: qui in nuptiis, & causa illius matrimonij contracti, expensas fortè grauissimas fecit propter quas statutum deferre hoc lucrum dotis intellexerunt nostri Doctores, vt dicam suo loco, & hoc videntur notasse Bald. in dicto consilio cx. consuetudo. & Boër. in dicta decisione, xxij. dicẽtes quòd si stat per mulierem, quominus matrimonium consummetur, quia, verbi gratia, velit monasterium ingredi, maritus debet lucrari dotem, quia ipsa mulier est in culpa matrimonij non consummati: secus si per casum, vel culpam mariti stetisset. & ad hoc facit l. fina. C. de spons. & arr. dum ibi arrhæ. & pro ista parte se resoluit Roland. in quæstione, xcv. asserens in fine. pro ea esse communem, & vltra allegatos suprà citat. Alcia. & Ioa. Bosch. His non obstantibus, contraria opinio negatiua mihi magis placet, quam plenè consulendo tenuit Ancharanus in consilio cclxxiij. pro & contra, & in consilio ccccxxxviij. ego autem. & sequitur Socin. in consilio viij. viso, numero duodecimo. in volumine iij. Felyn. in rubrica extrà de spos. columna quarta, versiculo & adducit. Petrus de Vbal. in capitulo, Raynutius columna quinquagensima. extrà de testamentis. & Bald. nou. vbi suprà videtur magis in hanc sententam inclinare: licet dicat etiam

cogitandum esse: & refert Ant. de butrio in primo suo consilio dubitasse, quod textus in dicta lege. Deo nobis. hodie non procedat: Et in
12 primis, ista opinio probatur, quia † dispositio in dubio intelligitur de morte naturali. leg. ex parte. §. insulam. de verbor. obligat. l. sed & si mors. §. tam igitur. ff. de don. inter. vir. & vxor. l. cum pater. §. hereditatem. el j. de leg. ij. l. Statius §. Cornelio. vbi Bart. ff. de iur. fisc. dixit Ioann. de Imo. in rubr. extrà, de testam. num. 14. Alex. in consi. cxxxix. viso, col. ij. versic. secũdò quia mors, libro ij. & hoc maximè procedit in materia stricta: vt per Hippol. Mars. in pratic. cri. in §. opportunè. nume. 48. & seq. Secundò, quia statutũ debet intelligi naturaliter, & non ciuiliter. l. fideicomiss. ff. de conditionibus & demonstra. l. finali. C. de his qui ven. ætat. imp. Tertiò quia statutum non recipit casus fictos secundum vul.
13 Quartò, quia † appellatione mortis non venit ciuilis, nisi in casibus expresѕis. c. susceptum, de rescrip. in vj. glossa in capitulo, placuit. xvj. quæstio. j. & notant omnes in locis superius citatis. Quinto quia verbum decedere, de quo infrà in textu, secundum quem debet intelligi rub. iuxta trad. in l. j. ff. si certum peta. importat mortem naturalem. lege, intercidit. ff. de conditionibus & demonstratiobus. leg. qui duos.
14 §. si maritus. digestis de rebus dubiis. Sextò † quia si expresѕim caueret statutum virum, etiam in casu ingredientis monasterium, dotem luer

lucrari, illud tamẽ lucrum maritus facere non poſſet, quia huiuſmodi ſtatutum quaſi auertens hominem à religione, & cultu diuino non valeret; vt per not. in c in præſentia. de præb. & in autent niſi rogati. C. ad Treb. & in autent. ſi qua mulier. C. de ſacro. ſan. eccle. & in §. ſi vero con ſtante. in autent de ſanct. epiſ. Alex. in cõſi. cxxj. lib. ij. Rui. in cõſil. xcviij. lib. ij. Rip. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 30. ff. ad Trebellia. & in auten. caſſa. C. de ſac. ſan. eccle. & Doct. alibi ſæpe ad plures. q. inferentes. hunc ergo caſum non comprehẽdere dicemus, quia diſpoſitio nõ trahitur ad ea, quæ in ſpecie nõ fuiſſent concedenda l. generali. ff. de pign. c. in generali. & ibi not. de regul. iur. in vj. ita in propoſito arguit Lap. in allega. cxxix. de conuerſ. coniug. & Pet. de Vbal. in d. c. Raynutius. col. 50, & ex authoritate Butr. Dicit hoc Bald. Nou. in d. tractat, in vij. parte. in priuil x. nu. 2. & nume. 8. & Anch. in d. conſil. cclxxiij. pro & cõtra: & in d. cõſ. ccccxxxviij. ego
15 autem. Septimò, quia ſicut † pactum de dote lucranda, non habet locũ, quando ſoluitur matrimonium ſuperſtite muliere, ne alteri nubere impediatur, adeo vt nec expreſsim in eũ caſum factũ valeat. l. ij. de pac. dot. Pau. de Caſtr. in conſilio xj. viſo dicto libello. in antiquis. Barto. in conſil. cxxvj. Titius maritat. & Bald. in l. pro hæreditar. nume. 10. verſicu. in hoc articulo. C. de hæred, action. ita nec ſtatutum, vel pactum impeditiuum alterius matrimonij debet valere. quod argument. de carnali matrimonio ad

ſpirituale procedit.c.ij. extrà de translat. epiſc. ita arguit Lap.vbi ſuprà,& Baldus Nou.in loco citato: Innocen.in c. final,extrà de donat.inter virum & vxorem.& ad hoc facit ratio differentiæ conſiderata, ſuprà dum ſecundum ius commune pactum de lucranda dote, nō verificabatur in caſu mortis ciuilis per deportationē: ne mulier,quæ non cenſebatur ob id priuata,cum altero matrimoniū contrahendi poteſtate, impediretur defectu dotis alteri nubere. Poſtre-
16 mò † quia conditio ſtatuti de lucrando videtur defeciſſe,quia ingrediens monaſterium, dicitur loco filiorum,monaſteriū ſuſcipere:vt per Docto.in c.in præſentia,& in locis paulo antè citatis,vt dicit Lap.in d.alleg.cxxix.col.vij. & Aug. Bero.in c.in præſentia.nume.477.verſic.nō obſtat d. l. Deo nobis. vbi aduertit quòd pactū de dote lucranda, habebat locum de iure Codicis, quia eo iure monaſterium non habebatur loco filij, & quia illud lucrum deferebatur marito, etiam vxore decedente relictis filiis,ſecundum Bald.in l.j.C.inoffic.dot.Bartol. Caſtr. & alij in l.quartam. ad l.Falcidiā. Secùs hodie: quia monaſterium habetur loco filiorum, & ſtatuta ſolent deferre lucra dotalia, in caſu mulieris decedentis ſine filiis. Nunc difficultas eſt,contrariis rectè reſpondere. & primum de dicta l. Deo nobis: dicemus non obſtare, vel reſpondendo ſecundum Auguſt. Bero. vt mox retu-
17 li. † cum poſt legem Codicis multum creuerit cultus diuinus,& fauore religionis,vt ab illa iu
tris

ris obſeruantia antiqua ad modernã argui non poſſe videatur, vt voluiſſe Anto.de Butr.refert Bald.Nouel. vbi ſuprà. vel ſecundo poteſt reſponderi,quòd aliud ſit in pacto,aliud in ſtatuto: quia communiter Docto.volunt, quòd notata in d. autenti. niſi rogati, & locis ſimilibus, non procedant in contractibus:quia partes per pactum conuenire poſſunt, ne res in eccleſiam tranſeat:ſecundum Docto. in d.c. in præſentia. Iaſ.& alij in l.ij.C.de iur.emphyt.tamen hoc fieri nequit per ſtatutum, & legem generalem ſecundum Doctores ibi. diceretur enim tunc aduerſum bonum publicum, & libertatem eccleſiaſticam fieri,iuxta trad. in autenti. caſſa. C. de ſac.ſan.eccle. Ad ſecundum reſpondetur quòd mors ciuilis non ſufficit, ſed requiritur naturalis. Ad tertium reſpondetur, negando, quòd habeat eũdem effectum iſta mors ciuilis, quem habet naturalis: nam non ſufficit, quòd habeat effectum diſſoluendi matrimonium, vt de iure ciuili,non ſufficiebat in deportatione;quia non ideo lucrabatur maritus dotem. l. ſed ii alia. ff. de bon.damn.gloſ.& Docto,in l.ſi cum dotem. in principio.Bald.in tract. dot. vbi ſuprà, vt dixi ſuprà.vnde ratio ibi adducta, retorquetur in contrarium:quoniam qua ratione,cum matrimonium diſſoluebatur per deportationem,maritus non lucrabatur dotem, eadem non debet lucrari, ſoluto matrimonio per religionem:
19 quia † mulier tranſiens ad religionem, dicitur tranſire ad aliud matrimonium, & nubere, vt

f 2 per

per Lau. Calca. in conſilio xj. nume. 3. vbi vult
conditionem nubendi exiſtere, muliere ingre-
diente monaſterium: idem tradit Lap. in d. alleg.
cxxix. & Docto. in locis præallegatis: tametſi ab
Imperatore in dicta l. Deo nobis. non fuerit hoc
adimaduerſum, quòd tranſiens ad vitam mona-
ſticam videretur nubere. Nec in terminis quã-
do religionem ordinis mendicantium mulier
profiteretur, æquiparatio prædicta procedit,
quia etiam illius ordinis moniales indigẽt do-
20 te. nam hodie † quo ad hanc partem regulæ,
quòd aliqua bona poſsidere nequeant, nullæ
moniales mendicantes reperiuntur, vt dicit Ge-
minia. in c. non ſolum. nume. xj. col. iij. de regu-
la. in vj. Poſt eos quos ibi allegat. & plenè decla
rando Lap. in alleg. iiij. an diſpoſitio. Vnde ceſ-
ſant deciſiones ex aduerſo allegatæ de teſtato-
re effecto monacho ordinis mendicãtium, quæ
quidem & alia ratione videntur euitari poſſe,
quia mors ibi non eſt cauſa ſola deferendi bo-
na ad hæredem, ſed vel diſpoſitio teſtatoris, vel
lex eum vocans ad hæreditatem: ſed in hoc ca-
ſu mors quia ponitur pro conditione lucri fa-
ciendi, eſt cauſa lucrandi, ideo, vt conditio, &
euentus debet ſecundum veritatem probari. l.
Mæuius. de conditio. & demonſtrat. nimirum
igitur eſt, ſi ibi mortem verificari in naturali
non referat, ſecùs hic. ſicuti & mors quando
21 ponitur † in diſpoſitione ad differendum, ſeu
cauſa differendi aliquid, expectatur mors na-
turalis, & non ſufficit ciuilis: vt per Alexand.

in

in consilio xiij.circa. col.ij. versicu.& licet. Ad
22 quartum responde, quòd † cum in religionem intrare sit actus meritorius, vt dicebat Alexan. in consilio cxxxix.viso.col.ij. versicu.iij.quia vt dicit.lib.ij.mulier non potest esse in culpa: nec maritus propter expensas solas,nisi alia cõcurrãt,lucrũ dotis facere potest: vt patebit infrà,in text.ex quibus ista opinio mihi videtur verior, ꝓ qua stat fauor religionis in iudicando. l.sunt: de religio.& sump. Alia suboritur difficultas in hac materia, quando matrimonium carnali copula fuisset consummatum, & mulier in monasterio professa religionem decessisset. Nanque sciendum est, quod per religionem hoc matri-
23 monium non dissoluitur, sed duntaxat † inter coniuges fit separatio quo ad torum, & mutua seruitia subtrahuntur: remanent tamen coniuges, & tanto sanctiores, quanto sanctiorem vitam agunt. Dec. in consil. cxl. pro tenui. Hostien.in summa de spons. nume. 3. versicu. matrimonium.c.quod Deo. iij. quæstio.v. c. tãtum valet. xxxij.quæstio.vij.glos. in c.desponsatam. in fin. xxvij. quæst.ij.& titulus & vinculum matrimonij inter eos durat: vt dicit Lap. in d.alleg. cxxix. & Ioan. Lup. in rub. de donatio.int. vir.& vxor.§.lxxj. versicu.& sciendum. sine ta-
24 men iure matrimonij: quoniam † si de facto ad copulam carnalem,quę de iure est eis perpetuò prohibita, reuerterentur ac filios susciperẽt,huiuscemodi filij erũt illegitimi: vt per Abb.post gl.in c.charissimus.de conuers. cõiug. Roma.in

ſingul. ccccxxj. vxor & maritus. Geminian.in cap. j. numero 10. de voto. in vj. & hoc contingit, ſi vxor permittente marito ſe velare fecerit: alioquin poterit ab eo repet.capitu.mulier. xxxiij.quæſtio.v.Ioann.de Ami. in conſil. lxix. col. iiij. & maritus id permittens, vt ipſe quoque conuertatur neceſſe eſt.c.qui vxorem.xxxiij.quæſtione v.c.j.c.verũ.c.ex parte: de conuerſ. coniug.c.Agathoſa.xxvij.q.ij.c. ſcripſi. xxxiij.q. v.& hoc fit, vel ſi religioné aliquam profiteatur, iuribus præalleg. vel in ſeculo remanẽs continentiam deuoueat, ſecundũ gl. in c.ſunt qui dicunt: in glo.in ver.pollutione.xxvij.q. ij.c. j.c.cũ
25 ſis.de conuerſ.coniug. Videamus † igitur in primis quãdo maritus emiſſo cõtinentiæ voto, remanſit in ſeculo, & mulier in religione profeſſa deceſsit, an dos cedat monaſterio, vel marito, vigore ſtatuti noſtri: & ad fauorem mariti hæc facere videntur. Primò, quia mortua eſt in matrimonio, & ſine liberis, & ſic videtur verificari caſus ſtatuti. Secundò, quia ſicut propter ingreſſum religionis hodie non dicitur huiuſmodi matrimonium diſſolui, nec tunc verificari pactum de lucranda dote, ſecundum Salyc.& alios in l.ſi cum ante.C.de donat.prop. nup. vbi dicit text. in dicta l. Deo nobis. hodie eſſe correctum, quo ad caſum matrimonij cõſummati, quod & dixit Bald. Nouel. in d.tract.vbi ſuprà, numero 4. verſicu. nam tunc poteſt diſtingui: & Angel. in §. ſi verò conſtante, in autenti. de ſanctis epiſcop. & omnes volunt in dicta l. Deo

Deo nobis. ita dicendum videtur è conuerso, quòd debeat vir lucrari dotem eueniente morte naturali, quæ dissoluit matrimonium. Tertiò
26 à simili † quia non perditur successio, quę defertur iure ciuili ex capite vnde vir et vxo. si matrimonium bona gratia separatur. Dec. in l. j. numero 11. versic. tertius casus est. & ibi post Pau. de Castr. & Alexand. Ias. in iiij. fall. C. vnde vir: vbi Bald. Salyc. Cyn. & moderni videntur hoc velle: dum distingunt inter separationem tori, factam bona gratia vel mala. Quartò, quia
27 † omnes obligationes in seculo contractę durát etiam post ingressum religionis: & monasterium debet illas exsoluere: vt consuluit Lud. Roman. in consilio ccxcij. pro habenda. Ias. post alios in autenti. ingressi. numero 44. & in autent. si qua mulier. C. de sac. sanc. eccle. Innocē. & alij in d. cap. in præsentia. de proba. Specul. in titulo de statu monac. §. qualiter. versicu. si autem contraxit. Sed hoc lucrum est debitum ex cõtractu mattimonij celebrato ante ingressum: ergo monasteriũ soluere illud tenetur. Quintum huic simile est argumentũ. Lap. in d. alleg. cxxix. quòd bona mulieris, videntur in monasterium transisse cum isto onere, iuxta tradita in d. autenti. ingressi. & in dicto cap. in præsentia. Nec obstat, inquit Lap. licentia data ingrediendi monasterium: quia huiusmodi licentia de persona ad res, seu bona extendi non debet. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & ideo sibi non videtur præiudicasse. Ex aduerso, multa Contrā

ta vrgent. Primò, quia ſtatutum debet in potiori ſignificatu intelligi. l. j. §. in perpetuum. ff. ſi ager vectig. l. quæritur. ff. de ſtat. homi. c.
28 ſi quem. de ſentent. excommunic. debet † ergo intelligi de vxore integra, quo etiam ad torum, & mutua ſeruitia: & non de ea, in qua nullum ius ſeculi retinetur. ita arguit Lap. & Bal Nou. vbi ſuprà, & debet intelligi ſtatutum hoc, vt cogitauerit de effectu matrimonij, & non de ipſo matrimonij nomine ſeu titulo, vt dicit Bald. ſuper hoc ſtatuto. Bald. in conſilio cc. in cauſa iſta. col. ij. vol. iij. Secundò, quia hoc lucrum videtur deferri propter expenſas, & labores maritales, quas cùm vir non ſuſtinuerit, ſed monaſterium non debet dotem lucrari: vt ſolent dicere Doctor. de marito onera non ſuſtinente, de quo nos infrà dicemus ſuo loco. Ita in ſimili arguit Pileus in quæſtione lxxvij. Henricus, numero 5. Tertiò, quia non eſt veriſimile, quòd maritus, dando licentiam vxori profitendi religionem, vouens & ipſe continentiam, vir penè religioſus, cogitauerit, & ſolicitus fuerit de hæreditate vxoris. l. final. & ibi nota. C. de pact. Quartò, quia monaſterium habetur loco filiorum: vt dictum eſt, ſuprà in alia quæſtio. & ſic deficit conditio ſtatuti. Nec obſtat ſi dicatur ſtatutũ intelligi de communibus filiis, ſed monaſterium non habetur loco liberorum, niſi quo ad perſonam profitentem in eo. Nam reſpondetur primò, quòd cum conſenſus mariti interuenerit in, hoc, alio

alioquin ingreſſus non valuiſſet, videtur loco filiorum quò ad vtrunque naſci. Secundò quia, ſicut Doctores communiter volunt, illam concluſionem etiam procedere, quando conditio loqueretur de filiis natis ex corpore: vt not. in dicto cap. in præſentia. & in d. Auten. ingreſſi. & in d. autenti. ſi qua mulier. Bald. Nouel. vbi ſ. Rip. in l. ſi vnquam. nume. 92. quæſtio. xxxiiij. C. de reuoc. dona. & Docto. in §. ſed hoc præſenti. in autent. de ſanc. epiſco. ita quò ad maritum, licet ex eo non ſit natum, poteſt verificari, quòd habeatur loco filiorum. Lap. in alleg. cxxix. nu.
29 19. ita arguit: Quintò adducitur, † quòd religionis profeſsio, tollit ius exhæredandi filios: ex culpa antea contracta. c. non licet. xxij. quæſti. ij. & in autent. de mona. Item quòd tollitur patria poteſtas, ſecundum Doctores, in l. ſi ex cauſa. §. Pomponius. ff. de mino. mirum ergo non videatur ſi etiam tollat hoc lucrum: inquit Lap. in d. allega. cxxix. nume. 24. Sextò facit illud argu. in præcedenti quæſtio. factum pro parte negatiua, quòd in ſpecie non potuiſſet ſtatutum diſponere in hoc caſu maritum lucrari dotem: ergo videtur dicendum quòd de eo non cenſerit: vt arguit Lap. in d. alleg. cxxix. nume. 22. & nume. 23. & aliis quoque multis concludit aduerſum maritum in caſu ſuo, in quo ſtatutum diſponebat, quòd vxore præmoriente ſine liberis, ſiue teſtata, ſiue inteſtata, maritus in tertia parte bonorum ei ſuccederet, & mulier in religione de voluntate & licentia viri profeſſa prædeceſſerat:

Quid dicemus? & ego puto pro religione ſentiendum per prædicta. Et ad deducta in contrarium poteſt reſponderi. Et in primis dicas ad primum & ſecundum, quòd non ſufficit, quò ad titulum durare vxorem, & vinculum matrimonij vſque ad mortem: cum omne ius ſeculi per religionem inter eos fuerit peremptum, & penitus ſublatum: & propter ius ſeculi ſcilicet, propter mutua ſeruitia, & indiuiduam vitæ cõſuetudinem inter eos conſeruandam, dici poteſt hoc lucrum deferri: vt dicebat Rimin. in l. j. nume. 6. & in autenti. præterea. nume. 3. C. vnde vir. & vxo. & illam ſucceſsionem inter eos dari, quam Bald. etiam dicebat ibi dari propter onera matrimonij, & ideo eam ceſſare, facta tori ſeparatione: quod contingere in ſucceſsione ex
30 iure ſanguinis delata negat, & ius † non habet in cõſideratione titulum, & nomen nudum, quod caret effectu iuris: vt in rubri. & nigro. C. de nudo iu. Quir. toll. & latè per Frãc. Rip. in reſpon. xxiij. ſub rubri. de leg. & conſue. Ad quartum & quintum argumentum, reſpondetur, quòd corruunt ſuppoſito, quod non ſit verificata conditio lucri faciendi appoſita in contractu ſecundũ ſtatuti diſpoſitionem. Ad tertium reſpondetur, quod, licet Docto. velint matrimonio ſeparato bona gratia, duret ius ſuccedendi inter eos. nemo tamen aperit, quid iuris in his terminis: vide enim Barto. Bald. Saly. Paul. de Caſtr. Curti. Alexan. Iaſo. Rimin. Deci. & Fran. Pepum: vnde poſſumus negare hoc, in caſu morientis in religione

gione: quia militat alia ratio: nam viuentes in ſeculo, quamuis ſeparati, ſicut alios poſſunt habere hæredes, ita ſeipſos adinuicem, iuxta illud. C. vnde vir & vxor: profeſſus autem non teſtatur, nec aliquem poteſt habere ſucceſſorem niſi monaſterium. Ideo de vno caſu ad alium non rectè infertur. Et Decius loquitur expreſsim, quando coniuges ſeparato toro viuunt in ſeculo. fortè aliud volens quando effecti fuiſſent religioſi: Et quemadmodum ex his puto tenendum, maritum non lucrari dotem, ſed monaſterio remanere, in hoc caſu durantis matrimonij, ideo multo magis mihi videtur in caſu, in quo matrimonium iam fuiſſet per religionem penitus ſolutum: quia ſtatutum requirit, quòd mulier in matrimonio moriatur, & non extra matrimonium antea ſolutum: vt probat illa dictio in matrimonio, denotans intrinſecitatem, de qua nos ĩ. vt de ſtipulatione ſimili, quòd non verificetur matrimonio iam ante mortem naturalem ſoluto. Dixit Caſſan. in conſuetudi. Burg. §. vj. rubri. iiij. *apres le trépas.* nume. 8. & licet ipſe tenear illam ſtipulationem, de dote lucranda in caſu mortis mulieris, committi in caſu mortis ciuilis ſoluentis matrimonium, ne aliàs illa ſtipulatio pereat; quia in morte naturali verificari non poſſet, ita vt ſtatim per profeſſam religionem committatur: tamen hæc eius opinio ſuprà remanet confutata: & mihi non videtur tenenda vt ex allegatis ſuperius. Vnum quod in præcedenti quæſtione habet ali-

quam

quam dubitationẽ, superest quòd attingamus:
31 †an scilicet matrimonium, quod de iure ciuili, habetur pro dissoluto in terris imperij, censeatur solutum ad effectum consequendi res, in casu soluti matrimonij præstandas. Et pro affirmatiua facit, quòd in terris ecclesiæ ius canonicum, & in terris imperij ius ciuile, seruari traditum est in materia, quæ non sit spiritualis, & peccatum non concernat. glos. in cap. possessor. de regu. iur. Docto. in cap. j. de solut. & in capi. ij. de arbit. in vj. & in cap. j. & ij. de oper. nou. nunc. & latissi. Hippo. Marsi. in l. j. nume. 193. & sequẽ. C. de raptu virgin. & in materia matrimoniali. ideo Bald. dixit in capi. quemadmodum. in fi. de iureiuran. quòd de legibus ciuilibus requirentibus instrumenta dotalia, & similia in matrimonij contractu non est curandum, quatenus
32 † de ipso matrimonij fœdere tractatur: quia vbique de eo statur iuri canonico, secùs dum agitur de lege successionis, quia stabitur in terris imperij, iuri ciuili, vt & plenè deduxit Rüin. in consi. ccxj. prima. nume. 6. volu. j. vbi voluit,
33 quòd, † quamuis per subsequens matrimonium cum quauis vilissima meretrice, aliáve indignissima muliere contractum, legitimentur filij, quouis modo spurij: nihilominus in terris imperij non erunt legitimi, quò ad effectum succedendi, & quatenus de materia ciuili tractatur. & ante eum, id consuluit Angel. in consilio xxix. ex themate: in tertio dubio. Curt. Iunior. cxxxvj. nume. 9. Soci. Iunior. in consil. lij.

memini.nume.4.volumi.primo. & tenuit Rota in decisio. lxiiij.omnes domini.de anno 1547. vt in recoll. decisio. D.P.Fabij episcopi Vestan. vbi ad hoc etiam allegat Cepo.Caut.ccl.& Soc. consilio xxxij. volumi. primo.& Rom.videtur velle in consilio ccclxvij.circa.nume.9. Bald.in consi.cxcv.nume.1.volumi.tertio, & in proposito huius decisio. referam etiam, quod omnes domini determinarunt in d.decisio. lxiiij. quod dispositio iuris ciuilis,habens,quòd filij non legitimentur,nisi confectis dotalibus instrumentis,non procedat,quando nulli sunt filij legitimi.§.si verò.in autenti.quibus modis natura.effici.legit.Bald.in l.cum mulier.per illum tex.C. de dona.ante nupt.Iaso.in consil.clxviij.colū.v. volu.iiij.& Hippo.Marsi.in singu.ccl.& Paris.in consil. xiij. nume.49.in volumi.ij. Cæterum in
34 hoc casu contrarium dicas, quòd † nec quò ad quæstionem hanc lucri dotalis,quæ est materia ciuilis, matrimonium habebitur vllibi pro soluto, si secundum ius canonicum dici non potest solutum:vt tenuit Imo.in d.l.si cum dotem. in princip.col.ij.solu.matrimo.alleg. Bald.in d. l.Deo nobis. & Angel. in d.§. si vero constante: & post eum Alexan.& Rom.volentes matrimonium consummatum per religionem cōiugum, illud non dissolui, nec conditionem matrimonij soluti verificari : tametsi de iure ciuili aliud cautum fuerit : & est de mente doctorum : in l. j.C.vnde vir & vxor. Quod profecto ea ratione
35 probatur : quia † iura ciuilia, dum statuunt de

mat

matrimonio, hodie ſunt penitus abrogata: vt per tradita ab Abb.& aliis,in capi.fina.extrà de ſecund.nup.Lup.in cap. per veſtras.§.vigeſimo. & tenendo iſtam concluſionem. verſicu. ſtabimus ergo.de donatio.inter virum & vxor.Caſt. in l.ſi quis ſic ſtipu.ſolu.matrimo.gloſ. inſtit.de grad.cognat.Et matrimonium à iure canonico duntaxat, accipit formam, & ſubſtantiam: & ideo non eſt poſsibile, quòd caſus matrimonij verificetur, niſi ſecundum ius canonicum. Nec obſtat illa concluſio de ſpuriis legitimatis per ſubſequens matrimonium: quoniam illa non procedit quò ad verificationem,an ſint verè legitimi: ſed ſolùm quò ad ea, quæ lex ciuilis non concedit turpiter natis, & aliqua nota indignis: ſed in hac quæſtio.agitur an verificetur matrimonium ſolutum in caſu religionis, vel alterius mortis ciuilis: & hoc vbique locorum determinari non poteſt, niſi ſecundum ius ca-
36 nonicum. Præterea,† illa concluſio damnatur communiter: vt dixit conſulendo Dec. in conſili.clv. vbi in ſpecie reprobat illam diſtinctionem volens, quòd qualiſcunque ſpurius legitimetur, per ſubſequens matrimonium, & vbiq; ſuccedat in hæreditatibus ſuorum, ſicut cæteri legitimi.idem tradit Nicolaus de Vbal.in tract. de ſucceſsio.ab inteſtato,nume.62.verſicu.tum de iure canonico. vbi dicit communiter ita teneri,reprobata diſtinctione Accur.ante dicta, & Lup.vbi ſuprà,Bald.in cap.vt clericorum.extrà de vit.& honeſt.Ioan.Ban.in tracta.de ſpon.

& ma

& matr.in iiij.declar. nume.14. vſque ad nume. 18. in ſecunda concluſio. Abb.in cap. innotuit. nume.17.de elect.Gofr.in ſumma, de filiis preſbyte. Bal.in addit.ad Spec.in titu.de ſucceſsi.ab inteſta.Iaſo.in conſi.ccxxxiiij.ſolennis.libro ij. per totum:Præpoſi.in cap.tanta.qui filij ſint legiti.Andr.Tiraq.in tracta.de Nobil.cap.xv. nume. 23. & capi. xx. nume. 172.& Paul.de Caſt.in conſil.ccccxxvj. præſuppoſito,quòd iſte pater: in colum.ij.Sard.in tracta.de naturali.libe.§. de legitimis per verum matrimonium. in fin. & §. ſubſequ.nume.7.& Caſſad. in deciſio.j. de ſpon. & matrimo. tenet, omnes indifferenter legiti-
37 mari : quia† inter opera charitatis computatur ducere meretricem in vxorem,vel aliam quantumuis viliſsimam mulierem. & non ſolùm per verum matrimonium legitimari, ſed etiam per putatiuum voluit Caſſad.in dicta deciſio. j. Vnde ex tot Doctoribus hoc firmantibus patet hanc opinionem eſſe communem : quam etiam ſimpliciter ſequitur Rip. in dicta l. ſi vnquam. nume.55. quæſtio.xxiij. C. de reuocan. donatio. Cagn. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. Et concluſio hæc procedit, niſi filij eſſent incerti, an, ſcilicet eſſent ſuſcepti, & procreati ab eo, qui meretricem in vxorem duxiſſet, ſecundum Iaſ. in dicto conſilio ccxxxiiij. & Sarda. & Nicola. de Vbal.in locis præalleg.tunc eis non ſuffragaretur, ius matrimonij ſubſequuti, ſi contractum eſſe, cum eorum patre non conſtiterit.
38 Quid autem, ſi † vterque coniunx in monaſte-

rio profiteantur aliquam religionem? an erit locus ſtatuto de lucro dotis? & Ancha. conſuluit, quòd, ſi eodem tempore profiteantur, ſtatutum, quod loquitur, ſi vxor prædeceſſerit, non habebit locum, quia non dicitur præmori perſona, quæ ſimul & eodem tempore moritur cum alio.l.cum hic ſtatus.§.ſi ambo.ff.de donatio.inter virum, ita dicit Ancha, in dicto conſil. cclxxiij. & conſil. ccccxxxviij. & ſequitur Lup. in dicta rubri.§.ſeptuageſimoquarto, & allegat Præpoſi.in capi. fina.eod.titu. de donatio.inter virum & vxor. Iſte caſus in matrimonio non conſummato vltra iſtam difficultatem, habet & aliam iam dictam, quòd non ſufficit mors ciuilis, licet matrimonium diſſoluatur. in matrimonio autem conſummato concurrunt plura, ne maritus lucrum faciat, & præter alias, quòd matrimonium huiuſmodi nõ dicitur ſolutum: ideo conditio ſtatuti, non verificatur.& ſuperueniente morte naturali mulieris, ſicut maritus ſi manſiſſet in ſeculo excluderetur ab hoc lucro, ſecundum dicta ſuperius, ita monaſterium veniens ex eius perſona, excludi debet, & maximè, quia hinc & inde par fauor militat;& in pari cauſa potior eſt pars poſsidentis.capi.in pari. de reg.iur.in vj.& quoniam diximus matrimonium ſolui poſt copulam carnalem non poſſe,
39 quæro, an † ſi ſponſa per verba de præſenti per vim, à marito cognoſcatur, poſsit eo inuito re-
40 ligionem profiteri. quid † etiam, ſi poſtquam eſt ingreſſa, opprimatur à viro in monaſterio? an

poterit

poterit eam inuitam, à religione reuocare? & vtranque quæſtionem Ioan. Brunel. in tracta. de matrimonio, in xxx conclusione. in v. declaratio. in primo caſu tenet, ne illa profiteatur, impediri poſſe: ſecùs in ſecũdo caſu, & ad vtrũque adducit rationes & iura, de quibus ibi per eum. Archidiac. in c. j. xxxiij. quæſtio. v. primum caſum decidit prout per Brun. ſed Barthol. Brixien. in quæſtio. lxxx. aliquis. in quæſt. domin. tenet contrarium: ſed ego reſideo cum opinione Brunel. in vtroque caſu: ſcilicet quod deflorans extra monaſterium eam queat impedire, ne profiteatur, ſecùs ſi in monaſterio, in ſui pœnam: non tamen negarem, quin per huiuſmodi copulam effecti eſſent vna caro: & quô ad vinculum, matrimonium eſſet factum indiſſo-
41 lubile: quia † per quãcunque copulam carnalem, ſeu vtcunque ſequutam efficiuntur coniuges vna caro. c. ſi Paulus. xxxij. quæſt. v. & aliis per Brunel. citatis: vbi ſuprà, an ſponſus, vel maritus poſsit vxorem inuitam comprimere, vel quando, vide latiſsimè per Tiraq. in legib. connub. in glo. ij. nume. 23.

f LIberis [f] non extantibus. Iſta declarabuntur in textu ſeq.

g STAT

VERBA STATVTI.

STatuimus, quòd si qua mulier nupta in matrimonio superuiuente marito sine liberis decesserit, siue dictum matrimonium fuerit primum, siue secūdum, seue vlterius, si decesserit infra annum, à die, quo cum viro ceperit habitare, proximè computandum, vir lucretur medietatem dotis & corredorum ipsius mulieris. Et si post annum decesserit, vir lucretur duas partes, de tribus partibus dotis, & corredorum ipsius mulieris. Et aliam medietatem, in casu in quo decesserit infra annum. Et tertiam partem in casu quo decessisset post annum, maritus, & eius hæredes restituant, & restituere teneantnr hæredibus ipsius mulieris, ex testamento, vel ab intestato succedentibus: vel alijs quibus deberet de iure restitui. Expensæ autem funeris, & sepulturæ, ante omnia de toto cumulo dotis, & corredorum deducantur. De parte verò dotis, & corredorum, hæredibus mulieris restituenda, possit dicta mulier testari, & disponere, prout voluerit, si aliud iuris, vel statutorum non obstet impedimentum: dum tamen illi, qui dictæ mulieri succedere debuissent ab intestato, si testamentum non fecisset, habeant quartam partem dictæ dotis, videlicet partis dotis & corredorum restituendæ. Legata verò, & relicta facta pro anima ipsius mulieris, pauperibus, & pijs locis, soluantur de parte, quæ restituenda veniret, detracta prima dicta quarta parte debita venientibus ab intestato. Sed si dicta legata fuerint facta de consensu viri, vel

saltem

ſaltem ipſo præſente, non contradicente, dicto caſu de toto cumulo detrahantur: dummodo dicta quarta pars debita dictis venientibus ab inteſtato non diminuatur. Volumus enim quòd in præiudicium dicti lucri deferendi viro, talis vxor teſtari, vel diſponere nequeat, niſi ipſius mariti conſenſus expreſſus, vel, vt dictum eſt, præſumptus accedat. Sed de bonis paraphernalibus, & de alijs quibuſcunque bonis ipſius mulieris, teſtari, & diſponere valeat, prout voluerit: ſi aliud iuris vel ſtatutorum, non obſtet impedimentum, dum tamen illi qui eidem mulieri ſuccedere debuiſſent ab inteſtato, ſi teſtamentum non feciſſet, habeant quartam partem dictorum bonorum ipſius mulieris. Et ſi aliquis qui de iure, vel ex forma ſtatuti teneretur ad dotandum aliquam mulierem, ipſam dotem ſoluerit, & pactum adiecerit, de dote ſibi vel ſuis hæredibus reſtituenda, tale pactum non valeat ipſo iure, & pro non facto habeatur. Sed ipſa dos, & actio dotis, ad dictam mulierem pertineat, & ad hæredes dictæ mulieris. Si autem dos daretur ab eo qui ad ipſam dotem nullatenus ſoluendam teneretur, ſi pactum adiecerit de dote ſibi reſtituenda, vel ſuis hæredibus, tale pactum valeat. Et hoc in præiudicium mulieris, & eius hæredum, ſed in præiudicium lucri deferendi marito, ipſo iure non valeat, & pro non appoſito penitus habeatur.

GLOS. I.

In textu, Statuimus.

SVMMAE.

1 *Statutum hoc tanquàm honeſtum valet.*
2 *An hoc ſtatutum ſit odioſum, vel fauorabile.*
3 *Idem in conſuetudine diſponente circa dotis lucrum.*
4 *Statutum & conſuetudo differunt tantùm penes modum.*

1 STatutum hoc,† tanquam honeſtum dixit valere, Franciſc. Crem. in ſingulari cliiij. ſtatuto cauetur.& Caſſan.in conſuet. Burg.in rubr. iiij.in §. vj.in principio, vbi allegat Barto. Iaſ.& alios de quibus ibi per eum. Paris in conſilio lxij. volumi. iij. numero 16. & quemadmodum valet pactum de dote lucranda ſi vxor præmoriatur liberis non extantibus, ſecundũ Imol. & Alex. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolu. matrimon. gloſ. & Bartol.in l. j. de do. præleg. ita ſtatutum, vel conſuetudinem dotem lucrandi nulli dubium eſt valere. Nico. Boër. in deciſio. ccxliiij.& diffusè proſequitur Roland. à valle. de lucro do.
2 in quæſtio.j. Verum an † hoc ſtatutum ſit odioſum, vel fauorabile, latè vel ſtricte interpretandum, dubitatio ſatis eſt probabilis. Nam plurimi dixerunt, tanquam iuris communis correctorium, eſſe odioſum. Angel. in conſil. clviij. viſo puncto. Andr. Barba. conſilio xvij.

Deum

Deum.volumine iij. Iaso. in consilio cxv. & in consilio cxxxv. volumine j. Lap.consilio lxxiij. cum visis. Curt. Iun. in consilio cxxix. & Curt. Seni.in consilio lxxviij. & alij ferè omnes consulentes, sic solent exordiri in hac materia. & plurib. hoc deducit Roland. vbi suprà, in q. ij. Non pauci etiam ex aduerso, voluerunt esse fauorabile, & ob id extendendum quatenus allicit homines ad matrimonium cōtrahendum, quod omni fauore est dignum.l.j.ff. solu.matrimo.hoc voluit Deci. in consilio ccclij.col. ij.& refert etiam Paris in consil. lxij. volumi. iiij.& Bart. Cassan. vbi suprà, nu.10. & Bald.in consil. ccccxcv.quædā domina.nu.5.in vol.v. & Corn. in consilio cxxvij.quamuis.vol.iij.& plenè Soci. Iun. in consil.viij.nu.7. in ij.lib.Et hoc quod di-
3 cimus statuto, idem † dicas de simili consuetudine vigente, quòd maritus lucretur dotem, vxore præmoriente sine filiis: quia procedunt, à pari statutum & cōsuetudo. l. Magistratus. ad municipal. l. semper. ff. de iure immuni.§.con-
4 stat.institutio. de iur.natur.† nam statutum & consuetudo differunt tantùm penes modum,& formam: non autem penes causam efficientem, vel eius potestatem: vt inquit Baldus,in l. consuetudinis.C. quæ sit long.consuet.& Rui.consil.xcix.volu.j.& Ioan.de ami. in consil.xj. consuetudo.col.ij.cum multis ibi ad hoc citatis per eum. His adde, quòd statutum de lucro dotis vsu non receptum non attenditur.Roland.plenissi.in quæstio. xcix. Item statutum de lucro

non ligat ipsum principem: vt Rolan. in quæst. lxxxiiij. Item nec filias eius in ciuitate illi subdita obstringit statutum illic conditum: vt per eundem in quæstio. lxxxiij. sed bene statutum principis habet locum in castris vasallorum, & locis subditorum. Roland. infrà quæstio. lxxxv.

GLOS. II.

In textu ibi, Nupta.

SVMMAE.

1 *Statutum hoc non procedit in sponsa.*

2 *Maritus, & sponsus: uxor, & sponsa: matrimonium & sponsalia inter se differunt.*

3 *Appellatione nuptiarũ non veniũt sponsalia. & nu. 4.*

5 *Statutum aliud de lucro faciendo in casu sponsæ, declaratur.*

6 *Ætas non est signum determinatum ad matrimonium, sed sola potentia.*

7 *Sponsa pubes ex eius traductione ad domum non efficitur vxor.*

8 *Verba sponsalium dubia declarantur ex traductione importare matrimonium, & numero sequenti.*

10 *Oscula, amplexus, munera, absque copula carnali non faciunt sponsalia de futuro transire in matrimonium, imò nec nixus ad copulam.*

11 *Virginis defloratio, si non sit subsequuta commixtio sanguinis, non facit sponsalia trãsire in matrimoniũ.*

12 *Sponsalia de præsenti cum impubere contracta, quæ propter ætatis defectum iuris interpretatione intelliguntur esse de futuro, quando superueniente legitima*

tima ætate declarantur pro sponsalibus de præsenti.

13 *Dãnatur dictũ Parisij, quod voluit matrimonio inter impuberes contracto per superuenientẽ ætatẽ legitimam cõprobato locum nõ esse statuto de lucro dotis.*

14 *Quando verba importent sponsalia de futuro, vel de præsenti, & plures ponuntur casus.* 15.16.17.18.20.21. 22.23.24.25.26.

29 *Dictio nisi ponit id, quod in alia parte orationis negatur.*

27 *Hoc statutum procedit in matrimonio putatiuo, & præsumpto, vel in qualibet alia specie matrimonij.*

28 *Ecclesia non iudicat de occultis.*

29 *An statutum de lucro dotis loquens de nupta, procedat in casu nuptæ, quæ à marito nec carnaliter cognita, nec ad domum traducta fuit, & nu.*30.

31 *Statutũ, maritus nõ possit relinquere vxori, nõ habet locum in casu, in quo vxor nõ fuit traducta ad domũ.*

32 *Statutum quòd filia nupta non sucedat, non procedit in desponsata tantùm pro verba de præsenti.*

33 *Statutum imponens pœnã filiæ contrahenti matrimonium absque parentum consensu, non procedit aduersum illam, quæ contraxit, sed nõ consumauit matrimonium.*

34 *L. assiduis. C. qui potio. nõ procedit in desponsata tantùm per verba de præsenti.*

35 *Pœna nubentis infra annum luctus, non incurritur, si matrimonium non fuit consummatum.*

36 *Verbum nuptiæ multifariam accipitur.*

37 *Verbũ coniugiũ, vel matrimoniũ capitur dupliciter.*

38 *Verbum maritus & vxor variè accipitur.*

39 *Ex communi vsu loquendi sponsa appellatur, quæ*

nondum fuerit carnaliter cognita.

40 *Etymologia verbi vxoris, & mariti.*

41 *Respectu effectus matrimonij, scilicet traditionis ad virum sponsa de praesenti potest dici verè sponsa.*

42 *Dictio in, significat intrinsicitatem.*

43 *Ratio statuti cõcedẽtis lucrũ dotis, est propter onera.*

44 *Matrimonium non consummatũ quò ad proprium significatum, non dicitur matrimonium.*

45 *Matrimonium ante carnis commixtionem dicitur imperfectum.*

46 *Cõditio si sine liberis, &c. praesupponit matrimoniũ carnaliter consummatum.*

47 *Si carnalis copula interuenit, non requiritur traductio ad domum.*

48 *Limita quando de proximo erat carnaliter cognoscenda de quo & numero 52.*

49 *De proximo traducenda habetur pro traducta.*

59 *Vxore moriente in itinere, dum vadit ad maritum, fit locus statuto de lucro dotis.*

51 *Sublimita, quando iuisset causa visitandi virum tantum non habetur pro traducta.*

53 *Secundò limitatur, quando per mulierem stetit, quominus fuerit carnaliter cognita.*

54 *Minor potest iustè differre consummationem matrimonij in aetatem habilem.*

55 *Tertiò limitatur, quando maritus fecisset multas expensas.*

56 *Opinio contraria, quod imò statutum de lucro dotis procedat in casu, etiam quando matrimonium nondum fuit consummatum, nec mulier ducta, communiter per doctores probatur.*

Cond

57 *Conditio nuptiarum adimpletur per sola sponsalia de præsenti contracta.*

58 *Dispositio l.j.C.vnde vir & vxor.habet locum in desponsata per verba de præsenti.& nume.59.& 60.*

61 *Matrimonium institutum in paradiso terrestri ante peccatum parentum.*

62 *Sponsa etiam dicitur quæ fuit carnaliter cognita.*

63 *Nuptiæ durant per annum.*

64 *Ratio statuti propter onera matrimonij fuit impulsiua,& non finalis.*

65 *Matrimonium potest contrahi propter seipsum, quia sacramentum, absque contemplatione carnalis copulæ.*

66 *Glos.in l.Centurio. reprobatur per omnes,quòd imò conditio si sine liberis decesserit. verificatur etiam in ea,quæ liberos parere non potuit.*

67 *Amplia,quòd si matrimonium momento durauit, nihilominus hoc dotis lucrum debetur.*

68 *Substitutio si decesserit sine liberis,euanescit, si moriatur habens filium licet statim ille moriatur.*

69 *Quod dicitur momentum remissiuè.*

70 *Limitatio prima ad communem conclusionem.*

71 *Quando maritus differt matrimoniũ consummare, remedium est ad Papam recurrere petendo licentiam alteri nubendi.*

72 *Limitatio secunda dictæ conclusionis.*

73 *Limitatio tertia.*

74 *Copulata dicitur etiam mulier non carnaliter cognita.*

75 *Copulã matrimonij multipliciter intelligit Baldus.*

76 *Sublimitatio eiusdem prædictæ conclusionis.*

77 *Statutum de coniugato intelligitur de copulato per carnalem copulam.*

78 *Statutum dans lucrum in casu matrimonij consummati procedit vbique matrimonio consummato.*

79 *Quando dicatur matrimonium carnaliter consummatum, & quomodo probetur. & nume. 80.*

81 *Per deflorationem virginis immaturæ non consummatur matrimonium.*

82 *Deflorans immaturam non punitur pœna capitis, quæ venit ex statuto imponenda stupranti virginem.*

83 *Maritus non emittens semen, licet claustra pudoris reserauerit, non dicitur matrimonium consummasse.*

84 *Ad matrimonij consummationem requiritur etiã ex parte mulieris emissio seminis, secundum aliquos.*

85 *Si virgo à marito deflorata probatur, quo ad ecclesiam, matrimonium habetur pro consummato, quia præsumit emissionem seminis contigisse.*

86 *Casus occursus in Francia de marito, qui vxorem impragnauit per pollutionem circum claustra pudoris, quæ tempore partus fuit incisa.*

87 *Per nuncium, vel procuratorem non potest matrimonium aliquis consummare.*

88 *Mandans adulterium non tenetur de adulterio.*

89 *Consumatio matrimonij primò probatur per coniugum confessionem. & quibus deinceps modis probetur. & nume. 90. 91. 92. 93. 95. 96. 97. 98. 99. & 100.*

94 *Peccatum est matrimonium cõsummare ante benedictionem sacerdotis, & missam coniugij.*

101 *Si statutum dicat, quòd vir lucretur dotem, si vxor ducta præmoriatur, habebitne locum in desponsata per*

per verba de præſenti.

102 *Quid ſi dicat, quòd ducens vxorem lucretur dotem, an requiratur traductio ad domum viri?*

103 *Idem in caſu, in quo ſtatutum loquitur de eo, qui vxorem duxiſſet, & matrimonium conſummaſſet.*

104 *An genus reſtringatur per ſpeciem.*

105 *Statutum requirens traductionem ad domum viri, intelligitur etiam quando maritus iuit ad commorandum cum vxore.*

106 *Minor an reſtituatur in integrum ſi omiſit vxorem ad domum ſuam traducere, vel matrimonium conſummare ſtatuto hoc requirente, vt maritus dotem lucretur. & nume. 107 & 108.*

109 *Statutum dicens, quòd muliere præmoriente in domo mariti dotem vir lucretur, procedit etiam, ſi moriatur in domo aliena conductitia.*

110 *Statutum requirens traductionem ad domum, non procedit in nobilibus.*

IN ſponſa. ergo hoc ſtatutum non procedit: nam ſponſa ſcilicet de futuro non dicitur nupta, ſed nubenda. quod enim futurum eſt, non poteſt dici adhuc eſſe. l. quæ nondum. ff. de pigno. Nam in hac re duæ ſolent interuenire obligationes, vna eſt, quæ vocatur nexus matrimonij, & iſta eſt effectiua & realis iuris inductiua, quia ex ea reſultat ipſum matrimonium. Alia eſt obligatio perſonalis ad contrahendum, & in iſta conſiſtunt ſponſalia: ita tradit Baldus, in conſil. cxciiij. incipi. volumi. iij. & aliud ſponſalia non ſunt, niſi obligatio de futuris nuptiis contra

contrahendis: vt dicit Archidi. in c. j. de sponsa. in vj. siquidem spondent, mulier, & vir, vel alij nomine eorum, quod matrimonium contrahent, & forma antiqua stipulationum & sponsionum pro matrimonio celebrando, recensetur ab Aulo Gellio. cap. iiij. lib. iiij. nocti. Attic. & Brunel. in tract. de sponsa. & matr. in iij. conclu. in princi. & de his loquitur totus titulus. ff. de spon. & in Cod. & in Decretal. ext. & in vj. & sponsalia sunt præambulum matrimonij, & desinunt esse matrimonio contracto: & nomen sponsi: sponsæque, euanescit de iure, eo ipso quòd matrimonium contrahitur: quandoquidem, per adimplementum sponsionis, & promissionis, ipso iure tollitur omnis obligatio. §. j. institu. quib. mod. tol. obli. & concord. & plenè tradunt Abb. Fely. & alij in rubri. extrà, de sponsa. & matrim. & Mod. in tracta. de sponsa. & matr. Non igitur potest hoc statutum loquens in nupta, verificari in sponsa vel sponso, qui non dicitur maritus. l. j. §. j. ff. pro dot. l. pen. ff. quod fals. tut. ita in terminis huius statuti tenuit Signo. de Homo. in consi. cxliiij. in quæstione, quæ Bald. in dicto consi. cxciiij. incipiam. & in consi. clxxxiiij. si qua. & in consi. cc. in causa ista. lib. iij. & tenuit Cast. Bald. Corne. Cyn. in l. non sine. C. de bonis quæ libe. Bald. & Cast. in l. vxores. ff. de his qui notan. infam. Bald. Nouel. in tracta. dot. in xj. parte. in tertio memb. sexto. differ. Barto. in tractat. diffe. int. ius cano. & ciui. col. vj. versi. & nota quod statutum: vbi dicit sic

ten-

tenere dato.allegando Pet.Cyn.Bald. in dicta l. non sine.& Paul.de Cast. in dicta l.de diuisione. nume.15.versicu.ex quibus apparet.solu.matri. & Deci. in l. prima. nume.6. versicu. & regula quæ ponitur C. vnde vir & vxor. Bald. in dicta l.si donaturus.§.primo.ff.de condic. ob causam. & ibi Iaso.in fin.idem Bald. in dicta l.pen. quod fals. tuto. & in l. si ante nuptias. solu.matrimo. Paul.de Castro in l.si marito.§.primo.eod.titu. Boër.in decisi.xxij.nume.37.versicu. limita prædictum. Fely. in dicto capi. tertio loco. de præsumpt. & in dicta rubri. de sponsa. post Abb. & alios ibi:Petr.Ancha.in dicto capi.primo. colũ. tertia.versicu. quarto.nota. de sponsa.in sexto. Lup.in rub.in §.quinquagesimoquinto.in quarta illatio.extrà de donatio.inter virum & vxorem. Paris latè in consi.lxij.nume.6.volum.iiij.
2 † quia maritus & sponsus, vxor & sponsa, matrimonium & sponsalia, inter se differunt (inquit ipse) & quàm plurima allegat in terminis huius quæstionis. Idem firmant in successione delata à iure, ex capite vnde vir & vxor: Glos. Barto.Bald.Alexã.Ias.Saly.Rimin.& cæteri omnes in dicta l.prima.C. vnde vir & vxor. si ergo illa successio non defertur in casu sponsalium: nec hoc dotis lucrum deferetur,quod fortè strictiùs, quàm illa successio debet accipi. vnde
3 †cum sub appellatione nuptiarum non veniant sponsalia.glos.in clemen.prima.in versicu.contrahere.de consangui.& affinita.quam sequitur Brunel. in dicto tracta. spon. & matr. in prima

concl

conclusio.in quarta declaratio. nume. 25.& appellatione vxoris non veniat sponsa: vt dicit Aret.in consi.cvij.elegantissime.colum.penult. nullo modo comprehendi posse sponsam sub hoc statuto indubitatum est.& istam resolutionem quæstio.nostræ firmat pluribus Roland.in quæstio.xij. Amplia hanc conclusionem etiam
4 procedere,† quando esset ad domum traducta, & cepisset sponsus onera sustinere:vt dixit Bal. in dicta l.penulti.quod fal.tut.in l.vxores. ff. de his qui notan.infam. & Cast. videtur id velle in dicta l. de diuisione. nume. 14. atque de lucro faciendo in casu sponsalium, quando scilicet præmoritur sponsa, loquitur aliud statutum
5 †nostrum sub rubri.præcedenti.volens in effectu, quòd si sponsa infra annum, à die traductionis ad domum sponsi factæ de ea, moriatur in ætate pupillari, sponsus lucretur sextam partem dotis,& corredorum.post annum verò moriente in ætate pupillari, sponsus lucretur quartam partem dotis, & corredorum. Si autem moriatur extra ætatem pupillarem, infra annum, à die traductionis, lucretur medietatem: post annum liberis non extantibus, vir lucretur duas partes de tribus. Hoc statutum non caret difficultate,dum restringit se ad morientem in pupillari ætate. Quid si quæ traducta fuit impubes sponsa infra annum, vel post moriatur in pupillari ætate, carnaliter tamen cognita à sponso, in quo casu efficitur vxor, & desinit esse sponsa, secundum iuris disposition

tionem, vt in locis infrà allegandis, quid debebitur in isto casu? an sexta, vel quarta pars dotis? an potius dimidium, vel duæ tertiæ partes, secundum formam huius statuti loquentis, in casu vxoris præmorientis? Quid è conuerso si quæ sponsa impubes, vel etiam pubes, traducta fuit ad domum, & demum post pupillarem infrà vel post annum à die traductionis moritur, sed non effecta vxor, sed merè sponsa: an debebitur dimidium, vel duæ partes de tribus dotis, quas mariti lucrari solent, ex forma huius statuti? an verò id, quod de sponsa sponsus lucratur ex dicto statuto præcedenti? Quid dicemus? & ego opinor, statutum in ea parte, in qua, defert quartam, vel sextam partem dotis, non ita absolutè ad ætatem se restringere, quin & aliud, quod videtur præsupponere, requirat, quòd scilicet, sit sponsa, vt eius dispositio de sexta, & quarta lucranda procedat, ne in contrarias dispositiones, circa idem incidamus iuxta vulg. quemadmodum incideremus intelligendo, quòd etiam procederet in casu, in quo mulier non sponsa, sed effecta vxor moreretur infra dicta tempora: quandoquidem hæc, loquens de vxore moriente, plus lucrari velit. Nec obstat ibi, verbum maritus, seu sponsus: quia quod meminit de marito, statim corrigitur ibi, seu sponsus. capi. primo. de stat. reg. in sexto. In altera etiam parte statuti, dum moriente post pupillarem ætatem, muliere infra, vel extra annum à die traductionis, vult esse

lucrum

lucrum de dimidia, vel duabus partibus dotis, præsupponitur, quòd illa moriatur effecta vxor, & non vt sponsa, dum virum appellat, qui illas partes lucrari debet, & non sponsum & dum meminit de conditione liberorum, ex qua liberorum mentione præsupponitur, matrimonium inter eos contractum, vt ex infrà allegandis in proxima quæstione. Si ergo infra dicta tempora moreretur sponsa illa, dimidia, vel duę partes dotis non deberentur, sed id tantùm, quod sponso defertur in præcedẽtis statuti parte. Cæterùm quòd posſibile sit aliquam in pupillari ætate mori effectam vxorem, est
6 iuris certi: † quoniam ætas non est signum determinatum ad matrimonium, sed sola potentia, & habilitudo corporis absque & legitima ætate, si de ea constare potest, sufficit: vt dicit post Gemi.Franc.in capi.primo.§.primo.versic. in glo.in verbo supplebat.de desponsa. impub. in sexto.& ætas in matrimonio non statuitur propter se simpliciter, sed respectu potentiæ, quæ si adsit, frustrà enumerantur anni; vt dicit Brunel.in dicto tract.de sponsa.& matr. in conclusio.iiij. in fin. nam illa ætas duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in masculo, statuta est, quia vt plurimum in ea ætate pubescunt, & ad coëundum, seu generandum incipiunt habiles esse. Sed non propterea negatur, quin prius habiles ad matrimonium inueniri queant, & inter eos existentes habiles & potentes, consistat matrimonium: vt tradunt omnes

omnes post gloss. in capitulo, puberes. per illum textum extrà de despons. impub. Ancha. Franc. & alij in capitulo j. §. j. eodem. in 6. Abb. in c. de illis. & in capitulo, continebatur. extrà eodem titulo. Gemi. in consil. xxiiij. & Gram. Loquens de puella x. annorum in consilio xxj. in ciuili. & Tiraq. in legib. connub. in l. vj. num. 37. refert mulierem in nono anno peperisse. & de ætate ad matrimonium apta tractat à numero 40. vsque ad nume. 48. Potest ergo impubes, cum qua contractum sit matrimonium, seu sponsalia per verba de præsenti, si carnaliter cognoscatur, & comperiatur viripotens, sic effici vxor, & sic decedere vt vxor, & non vt sponsa in pupillari ætate.
7 Vice versa † si mulier, vel pubes, cum qua contracta sint sponsalia per verba de futuro, ad domum traducatur, & diu maneat, non idcirco effecta erit vxor ex illa traductione, nec illa sponsalia transiisse in matrimonium iudicabuntur. ita opinione Ioan. And. damnata, communiter teneri, dicit Aret. in consi. cxlij. ex facto. col. vj. versiculo prima ergo conclusio, Castren. in dicta l. de diuisione. Abb. in cap. fin. de spons. Corn. in consi. cxvj. col. ij. volum. iij. Gemi. in d. c. j. §. j. nu. 11. de despons. imp. & sic canonistas communiter tenere ait Bald. nouel. in tract. de dot. in xj. par. in j. combin. Gozad. in consil. ij. in causa. numero 3. & Brunel. vbi suprà in xij. conclusio.
8 num. 4. Est verum † quòd si verba spōsalium sunt dubia, an sint de futuro, vel de præsenti matrimonio, traductio ad domum facit, vt esse sponsalia

de presenti intelligantur; per Lup. in dicta rubr.
9 §. lvij. vel † quando sponsalia de futuro fuerunt cum iuramento contracta & subsequitur traductio ad domum cum celebritate, quæ in nuptiis celebrandis solet contingere, secundum Lup. vbi suprà. Sola igitur traductio ad domum sponsalia de futuro non facit transire in matrimo-
10 nium † sicuti nec amplexus, vel oscula, seu munera absq; carnali copula vim habent hãc trãsferendi sponsalia in matrimonium, quinimo nec nixus ad copulam id operatur: vt per Dec. in consi. ccclxviij. in causa. nume. j. Cald. consilio. ij. de spons. Doctores in capitulo finali de sponsa. & in capitulo, attestationes, de despon. impub. Aret. in dicto consilio cxlij. ex facti. col. vj. versi. prima ergo cõclusio. Lud. Gozad. in consilio ij. in causa. numero tertio. Rui. in consi. cciij. ad cognitionem. col. prima, versi. quarta est. volu. primo. Dec. in consil. cccccv. viso nu. v. & in consil. cccccclxxxj. Corn. in d. cons. cxvj. col. ij. vol. iij. Et hæc conclusio profectò procedit multò magis in sponsalibus de futuro contractis cum impubere: nam etiam legitima ætate superueniente per cohabitationẽ, oscula, amplexus & nixus ad copulam, sponsalia prædicta non transibunt in matrimonium: vt per Rui. in dicto consilio cciij ad cognitionem. in princip. Hent. Bohic in d. c. atte-
11 stationes. de despon. impub. Quin etiam si † virginem sponsus deflorasset, & commixtio seminis non fuisset subsequuta, sponsalia de futuro, non transeunt in matrimonium. Abb. in c. finali,

nu.tertio.de ſponſ.Brunel.in dict. tract.de ſponſ. & mat. in conſilio xij. Card. in clemen.j. de conſang. & affin. xiij. quæſt. Lup. vbi ſuprà. §. lvj. quia ſine ſanguinis commixtione nõ dicitur ſubſequuta carnalis copula ſecundum præallegatos,
12 & dicam infrà. Si † autem cum impubere, quæ traducta fuit ad domũ viri fuerint ſponſalia de præſenti contracta, quæ propter ætatem, ſeu inhabilitatem reſoluuntur in ſponſalia de futuro, iuxta tex.& ibi tradita per omnes in c.j.§. j.de deſponſ. impub.in ſexto.poterit etiam tunc contingere, quòd etiam moriens poſt pupillarem ætatem decedat vt ſponſa de futuro, non autem vt vxor: nam quamuis hæc ſponſalia incohabitantibus, ſi ſuperueniat legitima ætas, & aliquis eorum non contradicat, ex huiuſmodi perſeuerantia conſenſus, declarentur pro ſponſalibus de pręſenti & inter eos matrimonium intelligatur eſſe, ſecũdum Arch. Gem.in d.c.j.§.j.& ibi Anch.in iij. not.& Philip. Franc. in col.ij. ver.in glo. in verſi. per alium modũ.Paul.de Caſt. in l.quod Seruius. ff.de condict.ob cau.& glo.in c.literas.de deſpon. impub. volens quòd, quando cohabitant, ex eo ipſo quòd ſuperueniente ętate non contradicunt, videantur matrimonium, iam cõtractum in tempore inhabili, ratificare. idem vult Henr. in dicto cap. de illis. de deſponſatione impub.dicens, quòd ſi impubes tempere quo pubeſsit, vel incontinenti poſt non reclamauerit, ſed tacuerit, ſponſalia de præſenti confirmabuntur in matrimonium.ad quod facit tex.in d.l.minoré.ff.

de rit. nupt. ponderatus ad hoc per Doct. vbi ſuprà. Item quamuis ex aliis ſignis vt per oſcula, munera, amplexus, literas, viſitationes, & ſimilia, quæ interuenerint poſt ætatem legitimam: inferatur perſeuerantia conſenſus in matrimonio iam contracto, vt exinde cenſeatur per partes confirmatum, & ratificatũ ſecundũ Aretin. in d. conſil. cxlij. & Gozod. in conſ. ij. Paris in cõſi. lxij. vol. iiij. Dec. Rui. in pręal. cõſiliis. Gem. Anch. Philip. Franc. & alios in dicto capit. j. §. j. Bald. nouel. in dicto tract. Doct. in par. xj. in prima combin. Cor. in d. conſi. cxvj. deueneram. vol. iij. Henr. in d. cap. atteſtationes. Afferentes rationem diuerſitatis inter hæc ſponſalia ex iuris interpretatione de futuro, Sed de præſenti ex mente, & verbis, & alia ſponſalia, quæ ex verbis, & mente ſunt à futuro: vt ibi per eos. Nihilominus poterit eſſe, quòd interuenerit in dictis ſponſalibus aliqua condictio, vel quòd aliqua proteſtatio facta fuerit, quod ex dictis ſignis, vel aliquo eorum non intendit matrimonium confirmare, ſeu ratificare: vnde fiet, quòd per prædicta, ſponſalia non tranſibunt in matrimonium: vt tradunt Ludo. Gozad. in conſilio ij. numero 29. & Aretin. in dicto conſilio cxlij. ex facto. columna ſexta. & ſic interim moriens mulier, decedet vt ſponſa, & non vt vxor. Quod etiam continget, ſi ſeorſum ſponſis cohabitantibus non apparuerit adueniente legitima ætate aliquod ſignum noui conſenſus & perſeuerantiæ in vtraque pro matrimonio: vt

de

deducit Bald. in consilio cxciiij. incipiam. volumine tertio. & Hostiensis in dicta summa de despons. impuber. numero decimotertio, versiculo quid si impubes. & numero nono, versiculo quid ergo si desponsat. & Capel. Tolosan. in decisione clx. item quidam minor: vbi determinauit, quòd matrimonium cum secundo viro contractum, post duodecimum annum mulieris teneret non obstante alio matrimonio prius contracto cum alio, tempore, quo erat impubes. Vel si de matrimonio contracto in pupillari ætate impuberes non habuissent scientiam, vel illud non intellexissent fortè, in infantili ætate contractum vt per Philip. Franc. Gemi. Archid. ń dicto capitul o j. §. j. de despons. impub. in vj. & Brun. in dicto tractat. de matr. vj. conclusio. Cum ergo in vtroque casu vel quando decedit in pupillari ætate, vel quando decedit post, possibile sit vtrunque contingere. quod scilicet decedat sponsa, item quod decedat vxor, erit aduertendum, an mortua sit sponsa, an verò mortua sit vxor. Si vt sponsa lucrum dotis deferetur vt de sponsa, prout in statuto præcedenti: vel nihil lucrabitur illo vel simili statuto non vrgenti, quia de iure communi, nihil debetur prout dicimus superius. Si verò mulier moriatur vxor: huic statuto fiet locus. Mihíque
13 † non placet idcirco dictum Paris in consilio lxij. numero nono, in volumine quarto, dum dixit, quòd sponsalia de præsenti inter impuberes, licet ætate superueniente transeant

in matrimonium ex ſignis importantibus voluntatis perſeuerantiam: non tamen tranſeunt quò ad effectum lucrandi, ſi traducta, vel carnaliter cognita mulier non fuerit allegando Bal. in conſiliis præallegatis. nam præſuppoſito quod ſtatutum huiuſmodi habeat locum in ſponſa per verba de præſenti, etiam quæ non fuerit carnaliter cognita, vel traducta: idem dicendum eſt in iſta, nec Bald. contradicit, neque Pariſi. ibi aliquam rationem differentiæ aſsignat. Qua de cauſa,
14 †multùm expediet in iſta materia perpendere etiam, an verba ſponſalium importent matrimoniũ, an non: an fuerint de matrimonio contrahendo, an verò de præſenti contracto: quod pro fectò interdum penes multos eſt dubium, ſeu obſcurum. Ideo ſcias quòd ſi dictum fuerit, Placet te deſponſare, & matrimonium contrahere cum M. & ille reſpondeat, Sic, non erit matrimonium per verba de præſenti, ſed de futuro: ſecus ſi dixerit, Te in vxorem accipio, & ſimilia, vt per Ruin. in conſi. cxxx. matrimonium. vol. iiij. Ioa. Andr. & alios. in ca. ex literis, el. ij. de ſponſa. &
15 matrimo. Idem † ſi dictum fuerit mulieri, Te marito tali, es contenta? & illa conſentiat, cenſetur matrimonio de præſenti conſentire propter illud verbum, maritare, quod ſponſæ non couuenit: vt conſuluit Fely. in conſilio xxxix. nu.
16 11. Sed ſi † frater dixit alicui, Vis ſororem, meam in vxorem? & ille reſpondeat, Volo, ſi ipſa me vult, & illa præſens exiſtens reſpondeat ſe velle, quòd fratri ſuo placebit, in hoc caſu non eſſe con

contracta ſponſalia de præſenti, tenet Baldus in conſil. clxv. caſus. libro ſecuudo. quia ſoror reſpondit per verbum de futuro placebit. Aliud putat idem Bald. in conſilio lxxviij. & videtur primo, libro quinto quod, ſi † pater dicat, Filiam
17 meam tibi promitto in vxorem, vel vt nuberet, & ille acceptauit eam, quæ, hæc ſciens, acceptauit munera, paſſáq; eſt ab eo ſe amplexari, & oſculari. nam putat eam, intelligi ratificare matrimonium: quaſi voluerit patrem ab obligatione dandi ſe in vxorem liberare. Secùs ſi promiſerit illam nupturam, quaſi pater non promiſerit niſi ſponſalia de futuro, quæ ſolùm per illos actus cenſeantur à filia ratificata. Sed de hoc ego valde dubito, & relinquo cogitandum.
18 Verùm † per hæc verba, Non habebo vxorem niſi te, inducitur matrimonium de præſenti, vt probat Ioan. Crot. in capitulo ſecundo de conſtitutionibus. in ſexto. Alexander in conſilio clij. num. tertio. & in conſilio cliij. numero tertio, in volum. v. & ibi Apoſtillat. & in conſilio clvj. numero 21. eodem libro quinto. Barba. in conſi. vj. nu. 15. vol. j. Et quidam Doctor de Heno. Mod.
19 in conſil. quodam. quia † dictio iſta, niſi: habet vim ponendi, & cenſetur ponere quod eſt negatum, in ſecunda ſui parte. videlicet ſi nego aliam habere vxorem: pono, quod te volo in vxorem: & hæc eſt doctrina Bar. in l. ſi eũ. §. iniuriarũ. & ibi Iaſ. dicit cõmunẽ. ff. ſi quis cau. Alex. Cur. Iu. Dec. in l. j. ff. de offic. eius, cui. mand. Dec. in conſil. ccccxxxij. Alex. in conſi. lxxvij. vol. primo. Pariſ.

consilio xcvj. volumine j. Corn. consilio iij. volumine iiij. Alciat. libro quinto paradox. capitulo quarto, & in l. actione vbi omnes. C. de trans.
20 Item † illa verba, Non dimittam te, quamdiu vixero recepta, & acceptata à muliere, licet videantur causa libidinis magis quàm matrimonij prolata, tamen inducunt matrimonium. gl. in capitulo primo xxx. quæstionis quintæ. & ita fuit iudicatum in Rota in vna Coloniensi coram Pisaureri in decisione Cresentij. in decisione xcviij. & in simili consuluit And. Barb. in dicto consilio vj. volumine primo. quòd matrimonium
21 importent verba † mulieris dicentis erga virum volentem cum ea iacere, & ancillas testes: Non habebit copiam meę personę, nisi quantum honoris est: & viri respondentis testibus, Creditis quod ita sim fatuus, quod petam res non honestas à domina vestra: & erga dominam, Domina mi, nihil volo tibi facere. Et hæc interpretatio secũdum Barb. ibi fit, vt illa copula carnalis subsequuta post dicta verba intelligatur interuenisse ex causa honesta potiùs, quàm ex inhonesta,
22 scilicet ex fornicaria. vnde Gozad. † in cõs. lxxvij. consuluit in casu cuiusdam, qui, cùm, carnaliter cognouisset pluries mulierem, ab ea rogatus, vt sponsalia promitteret, respondit, Promittas tu mihi priùs: & illa promittente tacuit, & derisit, & postea eam carnaliter cognouit iterum. Disputando de his verbis, & aliis, quæ mulier non intellexerat priùs prolata, concludit ista verba, non inferre nec matrimonium: nec sponsalia de futuro

ro

ro: quia per iocum, & deludendo mulierem dicta, nec vult copulam carnalem trahi ad causam matrimonij honestam: quia priùs consuetudinem
23 fornicariam cum ea habebat. Item† non sufficit etiam, verba importare matrimonium, si ex præcendenti actu declarantur esse de futuro: vt consuluit Alexand. in consilio cliij. visis. columna j. volumine quinto. vbi cũ pater promisisset filiam vni, & sic sponsalia de futuro præcederent & alia die interrogasset filiam dicens ei, Ego dedi tibi in maritum hunc, & volo, quod tu habeas perpetuò viuere cum eo, vt decet vxorem cum marito. es contenta? & illa respondisset, quod sic: & similia verba erga virum, fuissent dicta, & responsa: concludit importasse sponsalia de futuro: quia illa verba erant de præterito, & de præterito non reperiebantur sponsalia nisi de futuro, ad quæ sic videbatur ille pater se retulisse per
24 huiusmodi verba. Item nota, † quòd verbum desponsare, potest sponsalia, de futuro, & de præsenti importare vt per Alexand. in consilio clj. repetitus. columna finali. volumine quinto.
25 Item aduerte, † quòd verba, Volo accipere in vxorem, vel in maritum, prolata ad interrogationem tertij, per masculum, & fœminam, possunt importare matrimonium & sponsalia de futuro, & ex circunstantiis declaratur, an sponsalia de præsenti, vel de futuro contracta intelligantur: vt plenè per Cornelium in consilio nonagesimoprimo. licet in hac. volumine
26 tertio. Item† si statutum dicat, virum dotem

lucrari contracto matrimonio per instrumentum publicum, vel per verba de præsenti, vel saltem per annuli subarrhationem, viro lucrum hoc non debebitur, si matrimonium clàm contractum fuerit, & aliquo exprædictis modis non constet, vt plenè deducit Paris. in consilio xxxiiij. statutum, volum. iij. Quoniam (ait) omnia requisita, & qualitates statuti oportet verificari, vt eius dispositioni sit locus, & præsertim quando conditionaliter videntur requiri, prout ipse intelligit in illo casu, resoluendo ablatiuum absolutum in conditionem, ibi scilicet, contracto matrimonio: iuxta l. à testatore. ff. de conditionibus & demõstrationibus. Et tradita per moder. in rubrica, soluto mattimonio. Subiiciens, quòd, vbi de matrimonio non constat aliquo ex prædictis modis per statutum requisitis: non iudicatur matrimonium verum, sed putatiuum. & in casu matrimonij putatiui, lucrum dotis, quod solent statuta pro matrimonio contracto deferre, nõ debetur. l. prima. C. de condict. ob causam. Et nos dicemus infrà & quoniam non habet locum in matrimonio imperfecto, & illicito, Fely. in cap. iurauit. de probat. Aduerte quod Parisius rectè loquitur in casu suo statuti requirentis constare de matrimonio per aliquem ex dictis mo-
27 dis. Secùs † in terminis statuti simpliciter loquentis de matrimonio, vt voluit Soc. in d. consil. ccxxiij. dicens d. stat. de lucro comprehendere matrimonium verum, præsumptum, & quamlibet eius speciem. Nec obstat illud de dicta l. prima C. de

C. de condict. ob cau. quia intelligitur de matrimonio putatiuo, quod detectum est non valuisse nec valere, & quod cõstat fuisse nullum: secus est de matrimonio putatiuo, quod adhuc non est detectum inualidum, sed putatur adhuc verum, licet de eo non constet per veras probationes: quia istud non differt, à vero, & habet omnes effectus, quos habet verum matrimonium. Ita diffusè etiam in terminis huius statuti dicit Soc. Iun. in consilio xxxix. volumine tertio. & præsertim numero 63. versic. sed vltrà respondetur. cuius dicta mihi videntur huic quæstioni quadrare, quòd, dum stant homines in figura matrimonij, debeãt censeri veri coniuges & verũ
28 matrimonium, & idem ius sortiri: quoniam † ecclesiæ, quæ non iudicat de ocultis. c. tua nos. de simo. sufficit ista apparẽtia matrimonij, & in contrarium aliquid non detegatur. Et licet Soc. Iun. nu. 65. aliud videatur in ista quæstione dicere: id tamen multipliciter in casu suo per modum respondendi ad contraria certè dicit: non vt à prædicta doctrina recedere intelligat. Atqui dubita-
29 tum extat † an statutum de lucro dotis loquens de nupta procedat in casu nuptæ: quæ à marito nec carnaliter cognita, nec traducta fuit. Quàmplurimi tenuerunt de carnaliter cognita vel de traducta ad domũ intelligi oportere: vt maritus dotem lucrari queat ex dispositione huiusmodi statuti.
30 In † hac opinione fuit Sal. in l. cũ te. C. de do. prop. nup. Fely. in rub. de spon. in col. iij. in fi. & in c. iij. loco. col. ij. in fi. de pręsu. vbi multa deducit Ab. in

con

consilio primo facti contingentia. libro primo & Corneus in consilio ccxl viij. in præsenti. columna tertia. his tamen minimè refragantibus, volumine tertio. Abba. in dicto capitulo, tertio loco. columna finali. Decius in consilio lxvij. circa propositum. columna finali. Bald. in l. non sine. C. de bonis, quæ liberis, & in authent. dos data. C. de don. an. nupt. Brun. in dicto tractatu, de spons. & matrimo. conclusi. j. numero 23. vbi disputat hanc conclusionem, & dicit istam communem: & idem attestatur Sapi. in appo. ad Abb. in dicta rubrica, de spons. & Bald. consuluit pro ista in consilio cc. in causa. volumine tertio. & Socinus in l. cum fuerit. de conditionibus & demonstrationib. defendendo istam, negat verum esse quòd pro altera parte sit communis. & Dec. in consi. ccccclxxvij. in col. j. dicit plerosque tenere hoc statutum non procedere in desponsata per verba de præsenti, cum qua non fuerit matrimonium consummatum. Anch. in c. j. col. 2. versi. quartò nota quòd dicit sponsalia. de sponsal. in vj. Sal. in l. minorem. ff. de rit. nup. & in l. Deo nobis. C. de epi. & cler. Soc. in d. l. cùm fuerit. citat Ang. in l. j. C. de impo. lucr. descr. lib. x. qui ibi hoc non dicit & citat Cum. in d. l. de diuisione. & pleniùs in l. si cum dotem. §. trãsgrediamur. solut. mat. qui ab Aret. in §. fuerat. nu. 24. ver. quæro de alia quæst. instit. de actio. allegatur partem affirmatiuam tenere: vbi tamen Aret. dicit sibi videri istam de iure veriorem, licet alia opinio seruetur in practica. & tu dicas, quòd pro ista

ista fuit etiam iudicatum, vt refert Cassan. in consue. Burg. in rub. iiij. §. vj. in ij. cons. in fi. Et sequitur Hipp. Mars. in sing. cvj. qui de proximo. dicens, istam esse communem. idem in l. j. nu. 11. de sicar. Pet. de Vbal in ca. Raynutius. col. xlviij. de testam. Paris in consi. lxij. num. 19. volumine quarto, vbi istam opinionem dicit æquam, & magis communem esse, quàmplures citando. & Barb. idem tenuit in consi. xxvj. col. vij. in iiij. lib. & quàmplurima in confuso more suo allegat Tiraq. in legi. connub. in glo. ij. nu. 18. 19. 20. & 21. Roland. in q. cvj. hanc rem ad partes disputat, & tandem fœdere distinctionis se opiniones dicit concordare: affirmatiuam scilicet procedere, vel quando de proximo mulier erat cognoscēda, vel ducenda, vel quando per eam stetisset, vel quando vir multas expensas fecisset quod tu not. pro distinctione: sed pro limitatione velim consideres, vt infrà dicam in ista materia. Et pro ista parte faciunt aliquæ similes decisiones: namque
31 † si statutum, quòd maritus non posit relinquere vxori & c. non habet locũ in casu in quo vxor non fuit carnaliter cognita, vel traducta, vt consuluit Dec. in cons. cccccxl. quæritur. Item statu-
32 tutum † quod filia nupta vel maritata non succedat &c. non procedit in desponsata tantùm per verba de præsenti, secundum Anch. in c. j. versic. quæro de ista quęst. quę mihi occurrit. col. lxxxv. de const. vbi requirit ad verificationem statuti quòd sit cum ea matrimonium consummatum. & sequitur eum Abb. in cons. cvij. quatuor sunt.

in

33 in fi.in ij. libro. Item † statutum imponens pœnam filiæ contrahenti matrimonium sine patris vel matris consensu, non procedit aduersum illam, quæ contraxisset, sed non consummasset matrimonium. Anch. consil. xix. pro solutione.
34 Item † dispositio l. asiduis. C. qui pot. in pign. hab. non habet locum, in desponsata tantum per verba de præsenti, secundum gloss. ibi & Docto.
35 pariter † nec pœna nubentis infra annum luctus imponitur nuptæ: quæ matrimonium non consummasset. l. solent. §. quæ virum. gloss. Ang. & alij ibi. ff. de his qui not. infam. & multa ex his & alia quoque refert Fely. in locis præallegatis. His præterea rationibus nititur. Primo: quoniam
36 cùm multifariam † verbum nuptiæ accipiatur, quandoque scilicet, pro ipsa mera essentia matrimonij & coniugij, consistente in solo consensu partium de præsenti præstito. d. l. cum fuerit. l. nuptias. de reg. iur. c. omnes. xxvij. q. ij. & quandoque pro matrimonio carnaliter cõsummato. c. quod autẽ. c. quidã c. genuit. ead. causa & q. & ibi Archid. ca. ex publico. de conu. coniug. Et interdum pro ipsa festiuitate, & celebritate nuptiarum. c. nostrates. c. fœminæ. xxx. q. v. Bal. in l. sancimus. C. de nup. & sic capitur in euãgelio, vbi dicitur, Nuptiæ factæ sunt in Cana Gallileæ. Vbi
72 Christus fecit de aqua vinum. Item † cũ verbum coniugium, vel matrimonium capiatur dupliciter, vno modo pro matrimonio consummato. d. c. ex publico. c. debitum. de bigam. & alio pro matrimonio non cõsummato, conueniens est vt ver

verbum nupta, vel verbum matrimonium accipiatur in casu carnalis copulæ subsequutæ, quia sumus in materia stricta: vt suprà in prima glo. diximus: & pluribus modis exaggerat Soci. in dicta l. cum fuerit. ff. de cond. & demon. & verbum plura significans debet intelligi in potentiori significatu, & in pleniori sensu. l. prima. ff. si ager vectigal. l. quæritur. ff. de statu homin. hoc argumentum facit Abb. in dicto consi. primo, & in dicto capitulo, tertio loco, & in dicto capitulo, ex publico, decidendo hunc casum per illum textum, quòd intelligatur de vxore carnaliter cognita. idem dicit Fely. vbi suprà. Et Abb. in consi. lxxix. videtur primo. col. j. volum. ij. vbi considerat
38 quòd † verbum maritus, & vxor, vanè accipitur, quandoque intelliguntur illi duntaxat, qui matrimonium consummauerunt, quandoque illi, qui per verba de præsenti contraxerunt citra carnis copulam, quandoque etiam sponsi de futuro. primo modo accipiatur strictè, secundo largè, tertio lagissimè ex quadã benignitate. Concludit idcirco intelligi secũdum strictam de matrimonio consummato. Secundò, quia ex communi vsu loquendi, spõsa de præsenti non amittit nomẽ sponsæ nisi post matrimonium consummatum, dicit Abb. in d. c. ex publi. & Dec. in d. cõsi. ccccxl. que
39 ritur. in col. ij. inferens ꝙ quia † vxor, & maritus, secundũ cõmunẽ vsum loquẽdi, intelligũtur matrimonio cõsummato & ante appellantur spõsus & sponsa, & statutũ debet intelligi secũdũ cõmunẽ vsum loquendi per multa, quæ ibi allegat non

virificabitur huiusmodi statutū in casu matrimonij non consummati. hoc argumentum etiam facit Abbas in dicto consilio j. facti, col. iij. Et Pet. de Vbal. & Fely. vbi suprà & Brunel. vbi suprà.
40 Tertiò arguendo† ab etymologia vocabuli, quia antequam traducatur, est quasi sine iugo,& sine viro: vt dicebat Abb. in dicto capitulo, tertio loco. colum. fina. vel vt dicebat Saly. in dicta l. cum Titius. & in dicta l. mulierem. & Brunel. Aret. Dec. & Fely. in locis præallegatis. quia vxor dicitur, ab vngo vngis, quia vngebatur quando viro tradebatur: non potest dici vxor, antequam tradatur vel etiam si dicatur secundum eos, ab vsu, quia in vsum viri tradatur, non conueniet etymologia huic, quæ tantum per verba de præsenti est nupta. hæc latè deducit And. Barb. in consil. xxvj. volumi. quarto. volens quòd mulier ante copulam carnalē nō dicatur vxor, sed sponsa.
41 Quartò: quia† quodammodo respectu effectus matrimonij, scilicet traditionis ad virum, sponsa de præsenti, potest verè dici sponsa, id est promissa ad eum effectum. & dicit Abb. in d. cap. tertio loco. & Fely. in dicta rub. col. ij. versi. item aduerte diffinitionem. & Brun. vbi suprà. sed statutum debet intelligi in ea, quæ nullo modo sponsa, idest promissa dici queat. Quintò ponderát, Saly. Soc. Aret. Fel. & alij post eum illud verbum
42 matrimonio,† ꝙ dictio in significat intrinsecitatē. l. j. §. in flumine. & ibi Bart. ff. de flum. l. j. §. j. ff. de cloa. inferentes ad quæstionem statuti punientis insultantem in domo aliquem, quòd non com

compræhẽdit insultantem in porta, vel in porticu domus. Bald. in rubr. solu. matrimo. & in l. Gallus. §. ille casus. de liberis & posthumis. concludunt idcirco statutum sentire per ista verba, quòd sit ducta & cognita à viro. Sex-
43 tò, quia † ratio statuti concedentis hoc dotis lucrum, est propter onera matrimonij, & in aliquibus statutis, vt in statuto Ferarriæ hoc inuenitur expressum. Sed hæc ratio cessat in casu mulieris viro nondum traditæ: ergo in eo casu statutum non debet procedere, arguendo à cessante ratione iuxta vulgaria. ita arguit Bald. in consil. cc. in causa ista. & in consil. cxciiij. incipiam. volumi. iij. & Salyce. Socin. Brun. Felyn. vbi suprà, sicut & fructus dotis, qui dantur pro oneribus matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dot. l. dotis fructus. ff. eod. non lucratur is, qui ea non sustinet: vt not. in l. si ante nuptias. ff. sol. matrimo. faciunt in argument. l. iiij. §. fin. cum l. sequen. ff. de adimẽ. leg. l. Pamphilo. §. fina. de leg. iij. l. cum tale. §. falsam. ff. de condi. & dem. l. Seio. de vin. & tri. leg. l. j. ver. siue autẽ. de condit. sin. cau. per quæ iura dici solet, quòd cessante causa lucri, cessat ipsum quoque lucrũ.
44 Septimò, stringunt † quòd matrimonium non consummatum (aiunt) quò ad proprium significatum matrimonium non dici, glo. in d. c. ex publico. c. cũ initiat. vbi gl. xxvij. quęst. ij. in §. iuxta hæc. vnde teste diuo Ambrosio secundũ Theologos matrimoniũ inter Beatissimã, & immaculatam virginẽ Mariam, & sanctũ Ioseph cõtra-

 ctum

ctum,cũ aliquis carnalis effectus, vel motus inter eos non fuerit, quò ad sanctificationem fuit perfectum matrimoniũ, sed non quò ad significationem: vt refert Fely.in d.rub.col.iij. versi.& matrimoniũ de præsenti. & in d. c. tertio loco. Host.in sum.de spons.& matrimo.nu.32. appellat matrimonium significatiuè,quod est copula carnali consummatũ:sed ante non nisi sanctificatione.& Corn.in consi.ccxlviij.col.iij.volu.ij.
45 †imperfectũ dicebat esse ante carnis cõmixtionem,& Afflict.in cõsti.Reg. prout refert Cassa. vbi.s̃.§.vj.nu.26.dicebat ante copulã carnalem esse habitu, sed non actu, pro quo videtur illud Vlpiani,in l.j. §.hinc.ff.de iust.& iur.dum ibi dicit matrimoniũ esse maris & fœminæ coniugationẽ. statutũ ergo quod in materia stricta debet strictissimè intelligi,secundũ vulg.loquens de matrimonio carnali copula consummato. Postremò Bal.in consil.cxcij. quod vir, in vol.j. & refert Ias.in l. si donaturus.§.j. in fin. de condic.ob cau.Abb.in d.consil.j.Felyn.Pet.de Vbal. & Salyc.argumẽtantur de vxore carnaliter hoc
46 statutum loqui:†dum apposuit illam conditionẽ,si sine liberis,&c. quoniam qui ponit priuationem,presupponit habitum.l.decem.de verb. oblig.in l.manumissiones.ff.de iusti.& iu.vt dicitur intestatus ille decedere, qui potuit, & tamen nõ fecit testamentũ:non autẽ ille,qui si voluisset nõ potuisset testari,vt pupillus.iuxta doctrinã Bar.in l.j.ff.de suis & leg.sed mulier quæ non fuit carnaliter cognita, non potest filios

relinq

relinquere: ergo decedens, non poteſt dici decedere ſine liberis, & ſic ſtatutum non videtur de ea loqui: ſicut nec ſtatutum loquẽs de decedentibus ab inteſtato, poteſt de pupillo & ſimili intelligi, iuxta præallegatã doctrinam. Ex his multi hanc oppoſitionem tenerũt tanquam
47 veriorẽ, ſecundum quos aduertendũ eſt, † quòd ſi carnalis copula interuenit, non eſt neceſſaria traductio ad domum, vt locus ſit ſtatuto de lucro dotis. ita aduertit Soci. in d. cõſ. ccxxiij verſ. & ideo. lib. ij. & poſt eum Rub. Alex. in conſilio xix. col. ij. & ſecũdum eos ſufficit alterutrũ, vel carnalis copula, vel traductio ad domum. Et te-
48 nendo iſtam concluſionẽ † limita eam non procedere in aliquibus caſibus. Primò quando de proximo erat cognoſcenda, & copulanda: quoniã tunc haberi debet pro copulata, & cognita, per regulã, ꝙ de proximo accingẽdus habetur pro accincto. l pen. ff. de mili. teſt. Iaſ. in l. admonendi: in prima lect. nu. 53. de iureiur. Felyn. in c. j. eã te. nu. 1 nu. 16. de reſcript. & in c. cum adeo. nu. 2. eod. ti. Abb. in c. eccleſiæ. extrà, de immun. eccle. ita eam limitant in terminis ſtatuti de lucro Salyc. in d. l. cum te. Fely. in d. rubr. & in d. c. tertio loco. Soci. in d. l. cum fuerit. ad fin. Abb. in d. conſilio lxxix. in ij. lib. Marſ. in d. ſing. cvj. qui de proximo. Brun. in d. tracta. in j. concluſio. ad fin. Dec. in conſil. cccclxxvij viſo. nume. 5. & in d. cõſi. cccccxl. quæritur. Caſſan. vbi ſuprà, nu. 7. Ioan. Igne. in l. j. §. ſerui. ff. ad Silan. & Iaſ. in d. l. admonendi. nume. 58. Marſ. in conſil. xciiij.

nume.10. Iaſ.in l. diuortio. §. interdum. ſoluto matrimo. Alex.in conſil. cxxix.in 7. Hip.Marſ. in cõſil.lvj.nu.7.Lup.in rubr.de donat, inter virum & vxo.§.lv.col. iiij. ad fin. Andr. Tiraq. in leg.connub.in glo.ij.nu.13.verſic.& quod dicit. in ſimili quàmplura cõgerens,qui quidem Doctores ſic concludunt eſſe locum huic ſtatuto de lucro dotis,quando mulier erat de proximo
49 carnali copulæ ſubiicienda.Idem dicas†quò ad caſum traductionis,quod quæ de proximo erat traducenda, habetur pro traducta ad effectum lucrandi dotem vigore huiuſmodi ſtatuti: vt conſuluit Paul.de Caſtr.in conſi.clv. ſuper primo quæſito.col.ij.verſicu.ſed certè.Quinetiam
50 ſi† mulier, quæ de vna ciuitate ad aliam mittebatur,ſeu traducebatur ad virum, vt interdum contingit,moriatur in itinere,antequam matrimonium conſummetur,nihilominus habebitur pro conſummato, & mulier pro traducta, ad effectum lucrandi dotem, ex forma huius ſtatuti: vt voluit Alex. in conſil. cxxix. ſuper primo,nume.8. num.9.volumi.vij. & ſequitur Decius in d. conſi.ccccclxxvij. viſo.nu.8.Geminia. & Philip.Francus in c. in præſenti. §. final. de præben.vbi inferunt ad quæſtionem clerici morientis, dum vadit & reuertitur ad curiam,quòd dicatur mortuus in curia,& eius beneficium vacare in curia. Ad hoc facit dictum Alex. in conſilio x.ex inſpectione,numero 13.verſiculo prætereà.volu.iij. quòd ſi vxor mittatur ad viſitandum conſanguineos in vnam ciuitatẽ reuerſura

ad virum, & moriatur, iudicatur perinde, ac si mortua fuisset penes maritum. l. quæsitum. in principio.& §. final.l.si ita legatum.de legat.iij. l. debitor.de pign.& allegatis ibi per eum.Sub-
51 limita † præfatã conclusionem, quando mulier iuisset ad domum mariti, non vt illi coniungeretur, sed vt eum visitaret, quia forte erat infirmus, in hoc casu non censebitur, quòd fuerit de proximo cognoscenda, & quod esse debeat locus statuto de lucro dotis, secundum Alexã. in d.cõsi. cxxix.& Dec. in d.consil.cccccxl.quæritur.nume. 13.& facit illud præallegati consil.
52 100.Alexandri. Nolo † tamen prætermittere, ꝙ limitatio prædicta Salyc.in l.cum re. tametsi ab omnibus ferè probetur, mihi videtur dubitabilis: quia illa regula quòd de proximo accingendus, &c. non videtur in odiosis procedere. Item quia hoc nõ est nisi per modum fictionis, qui in statuto comprehenditur.l.iij.§.hæc verba.ff.de negot.gest.cum vulg.ideo ab ea.Sal. ce. limitatione recessit Socin. quam dixerat aliàs tenuisse, vt in eius consilio viij. viso. xiij.volu.
53 iij. Secundò † limita, quando stetisset, per mulierem, quominus matrimonium consummatum fuerit, vt voluit Soci.in d consil. viij. viso. volumi.iij. licet quò ad casum suum ibi aliter concludat, ex aliis, defendendo hæredes mulieris: quia in eo casu vir nũquam matrimonium voluerat consummare, & ducere vxorem: sed cùm videret eam ægrotantem ad mortẽ, cœpit eam reqrere, ac protestari, per se non stare. quo-

minus duceretur,& matrimonium conſumma
retur. Socin.eam excuſat, & malitiam viri redarguit: quia tempore minimè congruo huiuſmodi requiſitionem fecit, cauſa lucrãdi dotem per illius mortem,& iſtam limitationem quando vxor fuit in culpa, & in cauſa ne matrimonium vir conſummauerit, quòd habeatur pro conſummato, tenuit Bald. in conſilio cx.conſuetudo.lib. ij. diſtinguendo, quando ſtetit per alterum eorum, vel per caſum. Idem Bald. in l. ſi donaturus. §. j. ad fin. ff.de condi.ob cau.Caſſan.vbi ſuprà.nume.41. Bald.in d.conſilio cc.in cauſa iſta.volumi.iij. & in conſilio liij. quædam domina Riccabella. volu. v. & in l. non ſine.C. de bon.quæ liber.Bald.Nou.in tracta.de dot.in parte xj. in differ.vj. Ioan. Lup. vbi ſuprà verſi. quinimo quod plus eſt. & Pariſ.in conſilio lxij. numero 28.volum. iiij. vbi dicit, probationem
54 requiri, quòd mulier recuſauerit; & † quòd minor potuit iuſtè copulam recuſare, differen-
55 do in ætatem habilẽ. Tertiò † limitatur, quando maritus iam feciſſet multas expenſas, tunc dotem iuxta diſpoſitionem ſtatuti lucrari debet: vt per Socin.in d. l.cum fuerit.in fin.Brun. vbi ſuprà Felyn.in d. c. tertio loco.verſic. & retenta hac parte.col.iij. Tomas Parp. in l. j.colũ. ix. verſicu.de eo autem.ff. ſoluto matrimo. Ioã. Lup.in d. tracta. dot. in parte v. prout refert & ſequitur Andr. Tiraq. in l. ſi vnquam.in verſic. donatione.nu.184. verſic.ſed & quod,de reuoc. don.Abb. in conſil.lxxix. videtur primò.vol.ij.

&

&Rub Alexandrinus in consil. xix.numero 4. Alexan.in d.consil cxxix.Ias.in d.consil. cxxxv. lib.ij. Paris.in consil. lxij. in iiij. volumi. & Bal. Nouel.in loco mox allegato.& Lup. vbi suprà.

56 Altera†autem conclusio supradictæ contraria, quòd imò statutum disponens,quòd vir certam dotis partem lucretur,si mulier nupta sine liberis decesserit, habeat locum in casu, quãdo matrimonium nõ fuit consummatum, nec mulier ducta,communiter per Doctores probatur, vt dicit Bal.Nouel.in d.tract.par.vj.priuil. xxxvij. in fin.Bart. in l.nihil.ff.rerũ amot.Bal. in l.Sancimus.C.de nupt.& in l. Deo nobis. C.de episc. & cler.& in l.vxores.& in l.sequen.ff.de his qui not.infam.Mattesil.in notab.lxxv. Ioan.Bosch. in tractat.de leg.nupt.nume.52. Ias. in d l si donaturus.§.j nume.18.vsque ad fin.de condict.ob cau.Paul.de Castr.in l.j.C.vnde vir & vx.in l.de diuisione.nume.16.& in l. si marito.§.j.ff.solut. matrimo.& meminit de Salyce. contrarium tenente,quòd licet eius rationes demulceant aures,non sunt tamen concludentes, & de illis quasi grãmaticalibus parum est curandũ. Idem tenendo plenè dicit Ioan. Lup. in d. rubr. §. lv. colum.iij. Cur. Iun. attestando de communi. in autent.præterea. C. vnde vir & vxor. nu. 10. & longè plenius Stepha.Bertran.in consilio xxiiij. viso.in col.j.in lib.j.vbi dicit ita se habere communem,de qua etiã attestatur Castr. in d.l.cum fuerit.de cõdi.& demonst. dicens pluries se vidisse cõsultum,& quod ipse consuluit. vt patet

in consil.clv.super primo quæsito.& in consilio ccccxxxij.visis omnibus scripturis,in col.j.in antiquis,secundum meum lib.& Abb.in d. consil. lxxix.Bal.Nouel.vbi s̃.Ioan.de Amic. in consil. lxiiij.quoniá in processu. col.iij.Cassa. vbi s̃. attestando hanc esse communem. Dec. Bal. Rimi. in l.j C.vnde vir & vxor. Bal.in d.l.non sine ,& in d. consil.cx.consuetudo.lib.ij.Corne.in consilio cxlix. licet. lib.j.Bald.in consilio ccccIxvij. factum dignoscitur. lib.iiij. Areti.in §.j.nume.5. institut.de pat.pot.& in d.§.fuerat.nu. 23. instit. de actio.dicit hanc seruari in practica. Deci. in cõs.cclx.in col.fi.Rui.in cõs.lviij.nume.4.lib.iij. vbi refert hanc esse cõmunẽ & Rub.Alexá. in d. d.cõs.xix.Ias.in l.non tantùm. C de lega.Soci in cõs.ccxxiij.in ij lib.& in d.cõsil.viij.viso.vol.iij. Castr.in d.l.si donaturus.§.j.nu.4.Ias.in d. cõsil. cxxxv.& in cõs.lviij.& in cõs.cxv.vol. j.dicẽs rationes Saly. esse grammaticales nõ releuãtes.& Soc.in cõs.xxvi.visis instrumẽtis.col.j.volu iiij. & hãc in practica seruãdã esse dixit.Io.Camp.in trac.de statu.de dot.lucr.q.xiij.ad fi.& gl.in §.ad nup.in autẽt.de nup.& Tiraq.vbi s̃. citat Purp. Bertia.Raph.Fulg.& alios, de quibus ibi per eũ.
57 Et † ꝙ cõditio nuptiarũ adimpleatur ex eo solo, ꝙ spõsalia per verba de præsenti contrahũtur, tenuit Alex.in cõs.xlij.cõsideratis.col.ij.vol.vij. vbi apostil.Afflict.in decis.lxj.quamuis.Et hanc cõclusionẽ tã in consulẽdo;quã in iudicando omnino sequẽdã esse existimo:qa,quicq̃d dixerit Paris.in d.cõs.lxij.vol.iiij. vel alius:lõgè plures
Doct

Doctores ſtãt pro ea:& eſt in iure probabilior. Primo:quia, vt dicebat poſt Caſt. Iaſ. in d.conſ. cxxxv. tria requirit ſtatutum, vt dotis lucrum debeatur: Primum quòd ſit nupta, ſeu quòd ſint vxor, & maritus, & hoc efficitur per deſponſationem, per verba de præſenti factam.§. nuptias.de regu. iuris. l. quod pupillæ. ff. quan. di leg.ced.l.ſancimus.C.de nupt.l.denique cum l.ſequen.ff.de rit.nupti.§.ad nuptias. in autenti. cod.dicta l.cum fuerit.Secundum quòd ſit mortua ante virum: & hoc in facto præſupponitur contigiſſe.Tertium quòd ſine liberis deceſſerit: & hoc quoque præſupponitur. ergo verificatis omnibus ſtatuti requiſitis diſpoſitio ſtatuti debet locum ſibi vendicare: ergo quòd mulier fuerit carnaliter cognita, vel ad domum traducta, eſt ſuper ſtatuti requiſita: quandoquidem neutrum iſtorum ſtatutum dicat, & vtique ſi hæc ſtatutum requiſiuiſſet, expreſsiſſet, & exprimere ſciuiſſet, ſicut expreſsit illa tria: argu. capi.ſecundi.de tranſla.epi.l.prima.§.ſinautem deficientis. C. de cadu. tollen. Secundò pro iſta faciunt plura ſimilia, de quibus per Lup. in dicta rubr.§.quinquageſimoquinto.colum.ij.pri-
58 mò quòd † diſpoſitio l.j.C.vnde vir & vxor.id eſt illa ſucceſsio,& diſpoſitio dictæ autent.præterea. habet locum in ſponſa de præſenti, licet nondum traducta, vel carnaliter cognita, ſecundum Bald.Alexan.Iaſo.Rimin.Deci.& alios in d.l.j.Sic mater, tutelam, qua priuatur per legem tráſeundo ad ſecunda vota,amittit, eo ipſo

quod contrahit ſponſalia per verba de præſenti,licet nondum cõſummauerit matrimonium, vel iuerit ad virum, ſecundum Barto. Rom. & alios allegatos per Lup.Sic ex ſolis ſponſalibus de præſenti contractis vacant beneficia clerici. Rot.deciſio.xxvj.in no.de cler.coniug.ſic condi
59 tio nuptiarum exiſtit per prædicta.Item † donatio inter virum & vxorem, ſtatim prohibetur illis ſponſalibus de præſenti contractis, quicquid dixerit aliquis in contrarium. & per Lup. vbi ſ̃.l.Seia.l.cum hic ſtatus.§. penul.de donati. inter virum & vxorem. Item lex amotarum.l. nihil.ff.rerum amo.Item de domicilio.l.ea quæ. l.ij.ff.ad municip.Item l.Iulia. de adulteriis.l.ſi vxor.ff.de adulte.glo.in §.paritur.inſti.de iniur. glo.in l.eum qui duas.C.de adult.glo.in cap. diſtrictionum. de eo, qui cogno. conſangui. vxo. Tertiò per tex.in d.l.Deo nobis,quæ loquens de muliere ad religionem tranſeunte,diſponit etiã in caſu matrimonij non conſummati, quòd ſcilicet maritus dotem lucretur:ſecundum omnes ibi.Quartò quia non debet referre,quòd copula carnalis interuenerit,vel non, quãdoquidem poſt ſponſalia de præſenti contracta, cenſeatur illi debita,& facilis vt dicebat Aret.& Soc.in d. conſi.viij.cap.j.extrà de coniug. lepr.vbi Hoſti. Henr. Boich.& alij. & mulier in id deſtinata videatur.Et res deſtinata in locum, haberi debet, perinde ac ſi in loco deſtinato eſſet.l.fundi.§. fi.
60 l.granaria.ff.de act.emp.Pro quo † nec id omittam,ſimile per Cardi.in conſil.xiiij.ſtatuto Tri-
geſci

gesci quod sequitur Fely. in dicto c. tertio loco. quod statutum disponens debita, contracta post matrimonium intelligi communia, viro, & vxori: procedit in desponsata per verba de præsenti. Nec obstant pro altera opinione deducta: quoniam vel improbantur, vt consi. Dec. cccccxl. & decisio. Archi. in dicto cap. primo. Sicut improbatur suprà scripta conclusio cõtraria, vel ea non firmatur: vt Ancha. conclusi. xix. pro solutione vel alia ratione procedunt. vt dicta l. assiduis. quæ propter præcipuam rationẽ ibi expressam, scilicet ærumnarum, & dolorum partus, secundum illos qui dictam conclusionẽ fecerunt, procedit, vt illius priuilegium, non detur mulieri carnaliter non cognitæ, quæ ad illa pericula se non obiecit: ergo secùs vbi huiusmodi ratio non esset expressa simililiter pœna dictæ legis, non solent, ideò imponitur, ne sanguinis perturbatio, & confusio prolis contingat, vt post alios aduertit Paul. de Cast. in l. vxores. ff. de infam. adeo quòd si mulier erat sterilis, vel senex, vel cum ea maritus, longè antè non concubuerat, fortè absentia, vel infirmitate, cessat illa legis dispositio: vt per Neuiz. in silua nub. §. ampliant primo. nume. 48. quæ specialis ratio tantùm militat, in carnaliter cognita, ergo secùs in aliis casibus specialem rationem non habentibus: vt dispositio luctus, quæ procedit etiam in nupta adhuc virgine. l. denique. cum l. sequen. ff. de rit. nupt. Quo etiam ad reliqua argumenta patet responsio: & ad primum

dura

dum considerabatur, verbum nupta, vel vxor, maritus, matrimonium, coniugium & similia, multiplici modo accipi,& accipiendo in potentiori significatu,intelligi in casu carnalis copulæ subsequutę:respondeo,quòd verè & propriè matrimonium dicitur,etiam ante carnalem copulam: iuxta præallegata. alioquin matrimo-
61 nium, quod † fuit in paradiso terrestri institutum à Deo omnipotenti, antequam parētes nostri peccarent,vt cap.sicut.§.his autem.xxij.q.ij. Brun.in d.tracta.in princ.Abb.in c.fin.de frig.& malef.Bald.in consi.ccxxviij.ad euidentiam.lib. iij.c.j. de voto. in vj. non fuisset verè & propriè matrimonium, defectu copulæ carnalis, quod est falsum,secundum omnes: & quò ad sui substantiam & formam, est perfectum in solo consensu: & fuit perfectum, inter sanctissimam, & purissimam, nec vnquam satis laudatam virginem Mariam, & sanctum Ioseph, vt in locis superius allegatis dicunt omnes.& hoc sufficit, vt sub statuto comprehendatur.Sic verbum vxor verificatur in sponsa de præsenti:vt per Fely.in consil.xxxix.nu.11.& sic verbum maritus,vt per Lup.vbi s.col.ij.in princ.Nec quoniam aliud sit coniugium, & matrimonium pleniùs, scilicet per copulam carnalem cōsummatum, istud excludi debet quod ex proprietate sermonis potest sub statuto comprehendi,quoniam dispositio statuti locum habet, quotiescunque verba statuti, attenta eorum proprietate, possunt occurrentem casum compræhendere iuxta nota.
per

per Barto.& alios,in l.omnes populi.ff. de iusti. & iure.& alibi passim. Nec etiam,quia carnalis copula habeat suos præcipuos effectus, cùm de illis nõ agatur,debet matrimoniũ,nõ cõsumma tũ,à dispõne statuti excludi.Traductio quoq; ad domũ habet certos & particulares effectus:vt latissimè per Lup. in d. rubri. in pluribus §§.seq. quid tamẽ ad rhombum? quòd excludat casum vxoris non traductæ,cum de aliquo traductionis effectu non diceptetur.Ad secundum de cõmuni vsu loquendi, respondetur quòd reperi-
62 tur varius:†quoniam & sponsam de futuro homines appellant aliquando,vxorem,sicut & viceuersa mulierem, cum qua consummatum sit matrimonium,appellant sponsam infra annum nuptiarum,& tamen omni respectu est vxor,vt
63 aduertit Corne.in consi.cxvj.volu.iij.†quia per annum nuptiæ durant.Alexã.in consi.cxxxv. & quidem.nume.7.lib.iiij.& Cast.in consi.clv. super primo: secundum communem vsum dicit appellari maritum & vxorem,statim ex eo solo, quod sponsalia per verba de præsenti contrahuntur.Sicuti ex communi vsu loquendi sponsum,& virum idem significare adnotat Ange.in consi.cclj.domina Massina. Ad tertium de etymologia dicitur,quod friuolum est vt per Alci. in l.tabernæ.de verbo.signi. & Doct.in l.ij.§.appellata.ff.si certũ petat.& potiùs est gramaticale quàm legale, & disputatio nominis relinquenda est pertinacibus, vt dicit in hoc proposito Lup.vbi s.per glo.in l.ij.C.de consti.pec.in vers.
voca

vocabula. Ad quartum quod non sufficit aliquo respectu dici sponsa, vt, à statuto excludatur, quia illud est non simpliciter, sed secundũ quid: quod à statuto non consideratur. Barto. in l. hoc legatũ. de leg. iij. at accipiendo nuptam vel vxorem in suo proprio significatu intelligetur ista desponsata per verba de pręsenti, vt antea diximus. Ad quintum quòd satis verificatur, intra matrimoniũ mori, ex quo moritur post desponsationem per verba de præsenti, quę nihil aliud est quàm matrimonium. Ad septimum de ratio-
64 ne statuti cessante, negatur, † quia illa ratio est impulsiua, & non finalis: nam statuentes moti quidem sunt propter onera matrimonij sed cõcesserunt ad hunc finem lucrum dotis, vt homines allicerentur ad matrimonia cõtrahenda, & sic propter ipsum fœdus matrimonij contracti voluerunt virum dotem lucrari. nam propter ipsa onera maritus percipit fructus dotis, vt dicit Ange. in §. adscriptio. in autent. de nup. & sequitur Ias. in consi. lviij. col. ij. & in consil. cxv. in col. ij. vol. j. & in d. autent. præterea. col. viij. Dec. in l si qua mulier. nu. 17. nu. 18. C. de secũ. nupt. & in consi. ccccclxxvij. viso. col. fin. & in consi. cccliij. in casu. col. ij. Ias. in l. si donaturus. §. j. in fi. de cond. ob cau. & in consi. cclx. quæritur. nume. 4. ver. non obst. quod illud lucrum. Paris. in consi. xcj. vol. ij. Dec. in consi. cclxxxiij. col. j. Rui. consi. lxj. nu. 12. vol. iij. Bal. in consil. cclxxiij. in ij. volu. Nic. Boë. in decisi. cxiij. nu. 4. Soci. in cõsi. ccxxiij. circa præsentem. col. fi. versi. confirmatur. vol. ij.

Soci

Soci.Iun.in d.rub.ſol.mat.nu.52.& ita Rota voluit:vt in deciſi. Achil.de Graſ.cxviij.& Lup.vbi ſ.& probatur per tex.in l.cum quis vxori.§.j.ibi propter fœdus matrimonij.de dot.præle.& iſta eſt veritas,quicquid alij dixerint,vnde illud argumētum quia eſt à ceſſante impulſiua ratione, non poteſt procedere:iuxta not. per tex.in l.j.§. ſecundo loco.ff.de poſtul.& aliæ rationes illius ſtatuti,vbi non eſt expreſſa,poſſunt afferri,ideo non concludit vt dicit Caſſan.vbi ſ. in j.conſil. Rub.in d.conſi.xix.Addit,& quamuis Rola.vbi ſ.in q.iiij.diſputans de ratione huius ſtatuti,dicat rationem eſſe onera matrimonij,aliis rationib.reprobatis dicens ſic eſſe tenēdum, quia eſt communis per plurimos citatos ibi per eum:tamē adhuc à mea opinione nō moueor,quia pro veritate finis, & intentio principalis ſtatuentiū fuit mediāte hoc lucro efficere,vt homines matrimonium contrahant,non autem fuit, curandi res eorum familiares: eſt verum, quod viderunt propter onera, matrimonium euitari, & ob id moti ſunt ſeu impulſi ad ſic ſtatuendum, & eſt id,quod dicunt Doct. allegati à Rolando: ſed iſte motus, ſeu impulſus ad certum alium finem nihil aliud eſt,niſi cauſa impulſiua,vt iam diximus, Nec iura illa in argumentum citata refragantur:quoniam ſi lucrum dotis conceditur, vt quis matrimonium contrahat, & matrimonium contraxit cauſa lucri eſt adimpleta,& ſic ea non ceſſat.ergo nec ipſum lucrum ſecundum prædicta iura.Et fatuum eſſet dicere,quòd

non

non,quia cõtrahit.ſed quia eſt illi graue matrimonium, ſtatutũ deferat illud lucrũ, nam quibuſdam eſt leue,& ſuaue,& tamen nemo negat quin & ipſis illud debeatur. Ad ſeptimum patet reſpõſio ś.& illud Vlpi.quòd ſit maris & fœminę cõiugatio: vel eſt intelligendũ de cõiunctione animorũ,& non corporũ:vel quòd nõ ſit diffinitio ſecundum proprietatẽ, vel demõſtratio ſecundũ aliquẽ effectum: verbi gratia,vt homo eſt,qui artibus pollet,quã diffinitionis ſpeciem Alcia.ποιότητα,appellat in lib.xj.parerg.cap.xxj. alioquin conueniret belluis.non cõcludit:ergo ſine corporũ coniunctione,quin eſſe poſsit ma-
65 trimoniũ.& aliàs traditũ eſt † matrimoniũ poſſe contrahi propter ſeipſum,quia eſt ſacramentum,abſq; contemplatione carnalis copulæ,vel prolis ſuſcipiẽdæ:vt per Pariſ.in cõſi.xxix.nu.2. & nu.69.vol.ij.Ang.Bal.Saly.in d.l.ſancimus.& no.in l.ſi maior.C.de legi.hære.c.in pręſentiarũ. vbi gl.in ver.quibuſdam.xx vij.q.j.Prępo.& alij. in c.ij.de frig.& mal.Iaſ.in l.ij.C.de indi.vid.tol. Ad vltimum dicitur primò,quòd ſatis potentia præſupponitur in hoc caſu,ex quo matrimoniũ eſt contractũ,cum muliere apta ad procreandũ filios,licet adhuc ipſa nõ ſit carnaliter cognita, nam carnalis copula,potius ponit actũ,quã potentiã procreãdi:ita reſpõdit Iaſ. in d.cõſi. lviij. & in d.cõſi.cxv.& in d.cõſi.cxxxv.in col.fi.vo.ij. reſpõdetur negando ſecundum Iaſ. quia inquit
66 illud † dictũ gl.reprobari per omnes in l.centurio.ff.de vulg.& pup.& dixi Pau.de Caſt.in cõſi.
clv.ſu

clv.ſuper primo.per text.in c.ſi pater.extrà, de teſta. & Aug.Bero.in c. in præſentia.nu. 341. de prob.& vide in gl. ſeq.nu.2. Dicit quòd cõditio ſi ſine liberis &c. verificatur, ſiue habuerit, & mortui ſint, ſiue non habuerit, ſiue etiã potuerit habere, ſiue non: vt per plura quæ ibi allegat, ex quibus remanet cõfirmata cõmunis concluſio.
67 quam † quidẽ amplia procedere etiã ſi per momentũ duraſſet matrimoniũ, quod nihilominus marito debeatur hoc dotis lucrum: Deci.in cõſi. ccccclxxvij.viſo.col.ij. Arno.in ſoliloqui. xviij. Bal.Ang.Alex.in l.nõ tantum.C.de lega. Ang.in conſ.clxxx.præmitto.Lau.Calcan.in conſ. xxxj. Iaſ.in d.l.ſi donaturus.§.j.Soci.in d.conſ.ccxxiij. circa præſentẽ.vol.ij.Paul.de Caſtr.in d. l.ſi donaturus.§.j.Iaſ.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram. nu. 23.verſi.iij.matrimoniũ.de verb.oblig.Aret. in l.ij.& in l.ſi ante nuptias.ſol.mat.Iaſ.in d.cõſ. cxxxv.Franciſ.Rep.in d.auten. præterea.col.xl. verſi.& cõſequẽter quaſi Deci.in c.de cauſis.nu. 6.verſi.& prædicta cõcluſio ampliatur, de offic. deleg. Pariſ.in conſil. cxxvij.in lib.ij. & Catell. Cotta in memo.incip.momentũ. Flori.Corn.& Iaſ.in d l.nõ tantùm.vbi tamen Iaſ.aliquãtiſper ſubſiſtit, ex aliquibus argumentis hinc & inde per eũ deductis. Primò, argumẽtatur pro ea per tex.in l.ij.C.de poſthu.hære.inſti. quatenus diſponitur ibi, ſufficere poſthumum momẽto vixiſſe, ad hoc, vt tanquã pręteritus rumpat teſtamẽtũ. Itẽ ex eo, quod dixit Bal. in c.j.§.quinetiã.
68 in tit.epiſc.vel Abb.in vſi.feud.quòd † ſubſtitu-

tio,ſi deceſſerit ſine liberis: euaneſcit, ſi moriatur habẽs filiũ, licet ſtatim ille moriatur, qui fecit cõditionẽ deficere.l.ex facto.§.fi. ff.ad Treb. l.quod de pariter.de reb.dub. cũ quo concedat ſimilis deciſio de trãſmiſsione hæreditatis, ratione ſuitatis.l.ſi infanti.C.de iure delib. Secundò, pro cõtraria parte dicit rationẽ ſtatuti ceſſare, quia videtur hoc lucrũ deferri ꝓpter onera: quæ eſſe nõ potuerũt in momẽtaneo matrimonio. Item pro cõfirmatione negatiuę, allegat tex in l.fi.§.fi.C.de bon.quæ lib. vbi vſusfructus rei acquiſitæ momẽto, per filiũfam. patri nõ acquiritur: & ſic nõ eſt in cõſideratione caſus, qui momento durauit: vt ꝑ Bal.in l. ſi pater.C.de inſtit.& ſubſtitu.l.ſi quis ita legauerit: de condi.& demon. Et ad doctrinã Bar.in l.nihil.ff.rer.amo. reſpõdit Iaſ.vel ꝙ non ſit vera, vel ſi eſt vera, ꝙ nõ procedat, quãdo aliquo tẽpore matrimoniũ durauit, & potuit vir aliquas expẽſas facere: licet ad domũ vxorem nõ duxerit, vel matrimoniũ nõ conſummauerit, & ad tex.in d.l.nõ tãtũ: reſpõdit, quod loquitur, quãdo matrimoniũ durauit duobus menſibus, vel maiori tẽpore: & de his relinquit cogitandũ. Tu iſtã partem tenẽdo, quæ eſt cõis: vt patet ex numero pręallegatorũ, & per And.Tiraq.in l.ſi vnq̃.in verſ.donatione. nu.177.verſi.quæ ſentẽtia.C.de reuo.don.replica.illud de ratione ceſſante non eſſe verũ, vt diximus ſ.Ad tex.in d.l.fi.§. quòd ille tex. procedit in vſufructu, qui habet tractũ ſucceſsiuũ, eatenus, quatenus durat ius filij. ideo nimirũ eſt, ſi

ſi ibi momentaneus non conſideratur: quia nec illa acquiſitio filij momentanea, eſt in conſideratione. Secùs in his, quæ tractum ſucceſsiuum non requirunt ad ſui eſſe, ſed momento in eſſe deducuntur, vt conditio, quæ momento accipit ſuum eſſe, ſeu exiſtentiam, & dicitur verificata in momento, quo exiſtit, iuxta ſuperius allega. & hanc cõcluſionem pluribus firmat Ro-
69 land. vbi s̃. in q. xlix. Quod † autem dicatur momentum, tradit glo. in l. ij. in verſic. mométo. C. quæ ſit long. conſue. Bar. in l. ſi fundus. §. ſi duo. in fin. de pign. Item amplia, quãdo nigrum loqueretur de vxore cognita, ſi rubr. eſt generalis, procedet noſtra concluſio ſecundũ Roland.
70 in q. ix. num. 4. Limita † autem cõmunem concluſionem, Primò, quando maritus cõtemnendo vxorem noluiſſet cum ea matrimoniũ conſummare, vel ad domum traducere, aliáue matrimonij onera ſuſtinere: tunc ea præmoriente, tãquam indignus ab hoc lucro, debet excludi: vt probat Bald. in conſil. liij. domina Riccabella, volum. v. Soci. in conſil. viij. viſo. volu. iij. Bald. in conſi. cx. conſuetudo. lib. ij. & in conſil. cc. in cauſa iſta. volum. iij. & ad hoc faciunt, quæ notantur in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. matrimo. & dicemus ſuo loco, & in caſu iſto prædictas Bald. deciſiones allegat Lup. vbi s̃. Et no.
71 ꝓ † quando maritus diu differt matrimonium contractum conſummare, remedium eſt ad Papam confugere, ſupplicando, quòd illud matrimonium dirimat dando licentiam nubendi al-

teri,ſi infra certum tempus conſummare illud diſtulerit, vt conſuluit Ancha.in conſil.cxxxix.
72 parum. Secundò, † limita ſecundum Soci. in d. l.cum fuerit.de condi.& demonſt. quando probaretur communis vſus, & conſuetudo, quòd non appellatur niſi ſponſa,quæ adhuc traducta non eſt,vel carnaliter cognita,& ſtatutũ loqueretur de vxore;quoniam ſtatutum debet intelligi,ſecundũ communem vſum loquendi. Deci. latè dicit in hoc propoſito in conſil. cccccxliiij.
73 quæritur. Tertiò, † limita quando ſtatutum loqueretur de copulata viro, tunc intelligeretur de carnaliter cognita: vt illud verbum, copulata,operetur aliquid:tunc nõ niſi matrimonio conſummato maritus dotem lucrabitur. Bal.in d.l.nõ ſine.C.de bon.quæ lib.quem ibi ſequitur. Paul.de Caſt.& Fulg.& Iaſ.in d.conſ.lviij.idem Bal.in c. capellanus.in fi.de feriis.& eum refert, & ſequitur Lup.vbi ſ.& Fely.in d.c.tertio loco. in ij.col.in princ.& in d.rub.de ſponſ.in iij.col. in princip.& Soci.in d.conſil.viij. viſo. num.4. volum.iij.Bald.in conſil clxxxiiij.ſi qua mulier. volu.iij.Alexand.in conſil.cxxix.ſuper.nume.2. in lib.vij.Pau de Caſt.in d.cõſ.clv. ſuper primo. ad fin. Pariſ.in conſ. lxij.in volu. iiij.Verùm aduerte,ꝙ Andr.Tiraq.in d.l.ſi vnquã. in verſ. donatione largitus.num.179.dicit vim non eſſe fa-
74 ciendã,in hoc verbo copulata,† quia mulier copulata viro,dicitur etiã antequam fuerit ab eo carnaliter cognita, & allegat c.fi.de frig.& maleſ.& in c.j. & ij.de matrim. contract.contra.in-

terd

terdictũ.quod dicit ab aliquo hucuſq; nõ fuiſſe animaduerſum. Sed decipitur qa,animaduertit id Bald. in d.l.nõ ſine: dum de copula actuali, & non habituali, voluit huiuſmodi ſtatutum eſſe intelligendũ : ſed plenius illud explicat in con-
75 ſil.ccxxviij.ad euidentiam.lib.iij. † dũ copulam matrimonij multipliciter intelligi dixit : ſcilicet,quòd alia ſit ciuilis,ſeu canonica, quæ conſenſu perficitur inter habiles ad matrimonium, & eſt nexus, ſeu vinculum mattimonij : & iſta dupliciter contingit, vel verbis expreſsis, vel interpretatiuæ aliquo facto: iuxta not.in c.j. de deſponſal.impub.in vj.Secunda eſt copula, quæ vocatur vſus matrimonij,vera, & præſumpta: vera,quia patet carnaliter conſummaſſe matrimonium:præſumpta quia cõiuges ſimul diu cohabitarunt. c.literis, de præſumpt.& ĩ.dicetur. vnde Bal.infert ibi ad caſum prædicti ſtatuti,an reſtringatur ad copulam carnaliter, & concludit ratione prędicta reſtringi.Rolan.hoc firmat in q.cviij.dicẽs copulam accipi pro actuali car-
76 nis coniunctione.Sublimita † iſtud dictum:niſi ſuſtinuiſſet maritus onera matrimonij ſecundũ Fulg.quem refert, & ſequitur Alex.in d. conſil. xxix.ſuper primo.nume.9. colũ.iij. volumi. vij. vel ſi per mulierem ſtetiſſet, quominus matrimonium conſummaretur,ſecundum Caſt.in d. conſi.clv.ſuper primo,in fi.vel ſi fuiſſet de proximo copulanda ſeu cognoſcenda, prout limi-
77 tauimus ſuper cõcluſionẽ negatiuã.Scias † quoque,ꝙ,ſi ſtatutũ per verbum coniugatus loqua-

k 3 tur

tur,de copulato per carnalẽ copulam intelligetur,secundũ Andr.Barb.in conſ.xxvj. col. vij.in iiij.lib.loquens in terminis de lucro dotis. Ve-
78 rũ enimuero caſus ſtatuti clarus eſt,†quãdo requiritur expreſsim matrimoniũ eſſe carnaliter conſummatũ:vt in caſu Socin.in d.conſ.ccxxiij. circa præſentẽ.lib.ij.& Dec.in conſ.ccccclxxvij. in quo caſu exiſtimarẽ illud ſtatutũ etiã procedere,quãdo mulier fuiſſet cognita in domo patris,vel ſuorũ, antequã traduceretur à viro,& benediceretur ſecundũ morem eccleſiæ:vt contingit in ciuitatibus Lombardiæ,vbi ſolent mariti,poſt cõtracta ſponſalia de præſenti, ſtatim conuerſari incipere in domo deſpõſatæ,& antequã traducant, eas carnaliter cognoſcere: vt dicit Gram.in conſ.clxviij.nu. 12. & Lup. vbi ſ.
79 §.lv.At dubitari poteſt,† quãdo dicatur matrimoniũ carnaliter cõſummari:& quomodo probetur. Quò ad primum dicas,tũc conſummari,
80 quãdo maris & fœminæ coëuntis †cõmixtio fit ſanguinis, ſeu ſeminis in vaſe generationis, ſeu cõceptionis.Et abſque huiuſmodi ſanguinis cõmixtione matrimoniũ dici nequit cõſummatũ: vt eſt doctrina Abb.in c.adoleſcẽs.de ſpõſ.& matrim. Archid.in c.j.nu.4. de ſponſ.in vj. & in c.j. col.ij.nu.3.de deſponſa.impub.in vj.Abb.Henr. Boich.Inno.& cæteri in c. fraternitati.extrà,de eo qui cogn.cõſang.Card.in clem.j.q. xiij.de cõſang.& affi.Brun.in d.tract.de ſpõſ.& matr.concluſ.xij.in princi.gl.in c.extraordinaria:per illũ
81 tex.xxxv.q.iij.inferẽtes† ad caſum puellæ nõdũ

viri

viripotentis quæ fuiſſet immaturè deflorata,& cognita carnaliter:ꝙ tunc nõ dicatur matrimoniũ cõſummatũ:quia actus actiuorũ ſunt in patiente bene diſpoſito.ita in hoc propoſito dicit Lup.vbi ſ.§.lvj.volens,quod potiùs dicatur matrimoniũ attentatũ, quã perfectũ,& cõſumma-
82 tũ.&† ꝙ ideo immaturã virginem deflorans nõ puniatur pœna capitis, ſicut ſi maturã ſtupraſſet:per ea quæ ibi allegat,& cõſuluit Signor. in conſ.ccvij.nu.10.Carre.in pract.crim.in §.homicidij ſpecies.nu.16.Gramma.in deciſ.xxij.Guid. Pape in deci.ccccclv.Hinc etiã inferunt Abb.&
83 Card.& Henr.ad caſum,†ꝙ maritus virginẽ ſuã deflorans reſerando clauſtra pudoris,ſi ſanguinis cõmixtio nõ fuit ſubſequuta,ꝑ ſeminis emiſſionem,non dicetur matrimonium conſummare, & Cardin.in d.clem.j quæſtio.xiiij.refert de quodam, qui cum iacuiſſet cum muliere quam pluribus noctibus,licet defloraſſet,nũquam ta-
64 men emiſit ſemen. Et † non ſolùm ex parte mariti neceſſaria eſt ad matrimonij conſummationẽ emiſsio ſeminis, verùm etiã ex parte mulieris,vt per Archid.in c.fi. de ſpõſ.nu.3.in vj.& in d.c.j.col.ij.& nõnullos alios hoc dixiſſe refert Hen.Boich.in c.fraternitati.extrà de eo qui cogno.cõſang.Sed Abb.ibi in fi.id negat, qm̃ ſecũdum cõmunem medicorũ opinionem, in cõceptione hominis ſemen mulieris non concurrit, vnde(inquit Abb.)dari poſſet,caſus imprægnationis vxoris, abque eo, ꝙ diceretur matrimoniũ cõſummatũ.& allegat hęc cõſideraſſe Fede.

de Sen.in consilio ccxc. quem ego reperio hoc dicere in cons.cccj magister noueritis.fortè Archid.& Henr. intellexerunt de ea corruptione quæ in actu venereo cõtingit etiã mulieri, qualiscunque sit ea corruptio,seu emissio in illo veneris delectamẽto cõtingens. Quidquid autem sit circa hanc quæstionẽ,est præterea aduertendum,
85 †quòd si cõperiatur virgo deflorata, quò ad ecclesiam habetur matrimoniũ pro consummato: quia præsumit seminis emissionem, seu sanguinis commixtionem esse factã.& quia contrarium probari non potest,quò ad forum fori, probatio dicitur deficere, & nõ ius. Subicit Archid.& quòd aliter iudicabitur in foro poli: vt inquit Cardin.in d.clement. j. vbi nume.12. ponit vice versa casum contrarium occursum in
86 Francia: † quòd maritus nunquam potuit virginem arctam reserare, sed circum claustra pudoris,eam sæpe poluens, sparsit semen, & eam imprægnauit:adueniente partus tempore,opus fuit eam aperire ferro, & incidere: in quo quidem casu (ait Card.)ecclesia, nisi de partu cõstitisset, illud matrimonium non iudicasset fuisse consummatum: sed illum actum veneris habuisset pro extraordinaria pollutione.Item infertur,ad illud Anchar.in c. ratum.col. iiij.versicu.quarto oppono.de regul. iur. in vj. vbi di-
87 xit, † quod si sponsus mandat alteri, vt cognoscat carnaliter sponsam suam, non confirmatur, nec consummatur matrimonium, nec filius ille inde natus,potest dici filius illius
man

mandantis ratione mandati:quia copula carnalis non poteſt fieri per alium, cùm exigat illam ſanguinis proprij commixtionem, quam dixi-
88 mus. Vnde ibi dicit Anchar.†quòd adulterium mandans, non tenetur de adulterio, quod non committitur inter corpora ſeparata:& quòd ſic intelligitur illud Apoſtoli, Nemo poteſt niſi in proprio corpore fornicari.ex quo nullum iuris effectum videtur habere,quod quandoq; maximos principes cõſueuiſſe audiui in cõſummando matrimonio obſeruare: quòd ad cõſummãdum matrimonium mittunt nuncium, qui totus armatus præterquam vno crure;quo tangat ſponſám prope lectum eius in alio ſtrato ponitur per aliquot horas ad iacendũ: nam iſte actus præter quãdam animi enixam deliberationem, in matrimonium conſummandum nihil habet. Nũc videamus quonammodo probetur matrimonium fuiſſe inter coniuges conſummatum.
89 Primus†probandi modus eſt,per dictum,& cõfeſsionem cõiugum, cui ſtatur in hoc: vt in terminis huius ſtatuti dixerunt Deci. in d.conſilio clxxvij. viſo.col.ij.& Soci. in d.conſi.ccxxiij.circa præſentem.col.j.nu.3.lib.ij vbi allegat Anto. de Butr.Abb.Henr.Bonh. in locis de quibus ibi per eum. Nec obſt.(ait Soci.)ſi dicatur,quòd iſta eſt inualida,tanquam ſuſpecta in fraudem prohibitæ donationis emanata:quoniã ſcilicet maritus aliàs matrimonio cõſummato non lucraretur dotem, ex ſtatuti diſpoſitione, argu.l.qui teſtamentum.ff.de prob.l.cum quis decedens.§.

Titia.de leg.iij.nam respondit,quòd talis cõfessio operatur,vt maritus lucretur dotẽ post mortem mulieris , & sic post solutum matrimoniũ, in quod tempus collata donatio inter eos non prohibetur,quasi in tempus habile.l.quod spósæ.C.de don.ant.nup.l.in tempus.ff.de hær.inst. Secundò,quia directè nõ sonat in donationem, sed factum copulæ carnalis manifestat.Secũdus
90 modus†est per præsumptiones,si coniuges post auditam missam de more coniugij, se nudos in lecto concubuisse simul probetur: vt diffusè deducit Deci.in d.cõsi.cccccIxxvij.viso.nu.3.ponderans factum audiendæ illius missæ vt præparatorium ad cõsummationem.Item ex eo quòd nudus, cum nuda, in eodẽ lecto iacuit inter habiles ad coitum resultat violenta præsumptio, quòd carnaliter se miscuerint.capi.literis.& ibi no.per omnes.extrà de præsum.Fely.post alios. in c.preterea.col.j.extrà de testib.Hen.Boich.in c.is qui fidem.nu.3.de sponsa.& matr.Deci.in d. consi.cccccIxxvij.col.ij.nume.10.Alex.in consi. cxxix.super primo.col.pen.ver.non aggredior. vol.vij.& Rui.in consi.cxxx.col.ij.vol.iiij. And.
91 Barb.in consi.xxvj.vol.iiij.vbi dicit,†quòd non creditur viro dicenti illam carnaliter non co-
92 gnouisse,sed si†testes non deponant,quòd in lecto nudos viderint,vel simul iacuisse:ex eo solo quòd viderint in thalamo clauso, vel etiam sedere super lecto, nõ probatur præsumptiuè copula carnalis inter eos fuisse.Alexan.in d.consi. cxxix.super primo.& in consil.clvj.viso.ad fin.

volu

volu.v.vbi voluit ſecundum Doct.tex.in d.c.literis procedere,quando nudus cum nuda in lecto viſus eſt,& non aliter:vt inducatur illa præſumptio : Idem vult Rui.in conſi.liij.ex plurib.
93 nu.10.vol.v.dicens†quòd non ſufficit teſtes dicere, quòd viderint eos clauſos in camera, & deinde ſe commiſcere audiuiſſe:quia non auditu,ſed viſu probatur copula carnalis(ait ipſe) & ideo in hoc caſu alia argumenta ſunt neceſſaria ad illam probandam,ſecundũ eos vbi ſ.& Abb. Imo.Fel.& alios.in d.c.præterea. Quod mihi videtur in iſta materia matrimonij potiſsimè admittendum:quando non fuiſſet inter coniuges, celebrata miſſa coniugij, & benedictio nuptiarum habita, ne præſumamus crimen & delictũ.
94 l.merito.ff.pro ſocio.†nam peccatum eſt matrimonium cõſummare,abſq; benedictione eccleſiæ:vt per Henr.Boich.in d.c.is qui fidem. col.fi. de ſpon.& matr.& in c.fi.de cland.deſpo.& plenè per Gram.in conſi.clxviij.col.fin.& aduerte,
95 †quòd in hac materia depoſitio teſtium probat: tametſi dicant,quòd vnus poſt alium ſucceſsiuè per foramẽ fortè oſtij cameræ,in qua erãt clauſi, vidit eos carnaliter commiſceri:vt dicit Rui.in d.cõſi.cxxx.nu.4.in lib.iiij.gl.in c. nihilominus. iij.q.ix.Fel.poſt Abb. Imo. Inno.& alios.nu.2.in d.c.præterea.de teſti.Bal.poſt Cyn.in l.teſtium. C.de teſti.Caſſan.in cõſue.Burg. in rub.iiij.§.vj. verſi. *ſera tenue*.nu.3.vbi alleg.Bar.Bal.Ang.& alios.vt ibi per eum Abb.in c.cum non ab homine.de iud.Io.de Ana.in c.cum oporteat.de accu.

Ioan.And.in addi. ad Spec. in.tit.de teste.§.iam de interrogatoriis.col.antepe.ver.quod si onus.
96 Tertius est † casus, quando directò deponerent super ipso coitu dicentes se vidisse vnum super aliũ, vel (vt Vlpia.refert) in l.quod ait. ff.ad leg. Iul.de adul. ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα, id est turpia, in turpibus: vel articulos in articulis habentes, vt legitur Phinees virum Israëlitam coëuntem cũ Madianita, vidisse, & vno ictu vtrunq; simul cõfodisse, ca.25.Numeri.& Henr.Boich.in d.c.prę terea.refert quod Hostiẽ.dixit adeo clarè fuisse coram se copulam carnalem probatam, vt recẽsere puderet.& licet possibile sit, quod etiam in isto casu non fuerit carnalis copula, vel cõsummatio matrimonij subsequuta: quia semen non emiserit, nec sanguinis commixtio inter eos interuenerit, vel propter frigiditatem, vel maleficium: tamen habetur pro directo probata, alio non constito: cùm ferè impossibile sit negatiuã istam de non facta seminis emissione probare,
97 vt superius dixi. Quartus est † modus probandi in totum præsumptus à iure, quãdo vir & vxor diu cohabitarunt: tunc lex præsumit inter eos copulam carnalẽ interuenisse, si mulier adhuc non apparet virgo: quia, à communiter accidẽtibus homines ad eam habiles præsumuntur, & vix vnus impotẽs inuenitur, & quia natura sunt procliues ad libidinem, creduntur ad eam deuenisse. Iuxta illud Ouidij, *A iuuente & cupido, credatur reddita virgo?* vt has rationes referendo dixit glos.in capi.si quis acceperit.xxxiij.
quæstio

quæstio.prima.quam ſequuntur.D.Alc.in tract. præſump.in j.reg. præſump.xlj. Pariſi.in conſil. xij.nume.2,7.in volumi.ij.& melius in conſil.x. nume.33.eod.volumi.& in conſil.clxx.nume.13. volumi.iiij.Paul.de Caſt.in conſil.cclxxiiij.quia per Egidium. colum. iiij. verſicu. nam duo ſunt neceſſaria.in antiquis.Socin.in d.conſil.ccxxiij. circa.nume.4.colum.ij.Dec.in dicto cōſi.ccccc-lxxvij.nume.2.Bald.in d.l.Deo nobis.verſic. ſed ponamus.col.penul.C.de epiſco.& cleri. Gemi. in capi.primo.nume.11.de deſpon impube.in vj. Pariſi.in conſil.lxij.in volumi.iiij.& Gemi. in d. conſi.xxiiij.quia diffusè.colum.iij.& per Hamo. Grau.in conſi.xxxij.vbi latiſsimè de probatione copulæ carnalis dicit.& Soc.Iuni.in conſi.xxxij.
98 & in conſi.xxxix.lib.ij.†quod intellige(vt dixi) niſi mulier adhuc comperiatur virgo,quoniam præſumptio cedit veritati apparenti.& ſic probatur negatiua, quòd carnaliter non fuerit cognita,ſecundum Deci.in dicto cōſi. cccccl xxvij. & Bald.in dicta l.Deo nobis.& contingit hoc in caſu,in quo conſuluit Iaſ.in dicto conſi. cxxxv.
99 †Item niſi maritus fuiſſet impubes,minor quatuordecim annis,quia coniectura hæc reſultans ex natura vincit præſumptionem legis ex cohabitatione reſultantem. ita tenet Caſt.in dicto conſilio cclxxiiij. quia per Egidium.colum. iiij. concludens fortiùs in caſu ſuo,quòd cohabitatio,item quòd vxor reperiatur corrupta & deflorata, ac etiam probatio, quòd conatus fuerit matrimonium conſummare, non ſufficiunt ad

proba

probationem præſumptiuam matrimonij conſummati, ſtante ex aduerſo ætate minore, ex qua prẹſumitur ſecundum communem curſum hominum, fuiſſe impotens ad copulam carnalem: per quam vult omnes prædictas elidi, ſeu tolli. nam ſtante minori ætate qui dicit malitiã ſupplere ætatem, & impuberem eſſe habilem ad copulam carnis, id probari debet. Steph. Ber. in conſi. ciij. libro j. & quod præſumatur ab alio cognita, idem conſulendo tenuit Gemi. in dicto conſi. xxiiij. quia diffusè. col. v. verſi. ſed iſta pro-
100 batio: † vbi dicit conſilium eſſe, quòd mulier ſequeſtretur, & cuſtodiatur, ne faciat ab alio ſe cognoſci, & deflorari, & negans, ſeu repugnans huiuſmodi ſequeſtro, aduerſum eam oritur ſiniſtra ſuſpicio. Idem dicit Caſt. in dicto conſilio cclxxiiij. colum. fina. quod eſt notandum in hac materia. Diximus ſecundum opinionem communem ſtatutum loquens de nupta comprehẽdere etiam eam, cum qua matrimonium nõ fuit conſummatum, item & illam, quæ ad domum viri nondum eſt deducta: & de conſummatione matrimonij aliqua deduximus. Nunc quæro,
101 † quid ſi ſtatutum dicat, quod vir dotem lucretur, ſi vxor ducta præmoriatur, &c. habebítne locum in deſponſata per verba de præſenti? an requiratur, quòd fuerit traducta? Soci. in conſilio octauo, viſo. libro tertio, dicit id requiri, & in hoc caſu ceſſare diſputationem Doctorum, de qua per nos ſuperiùs. & fortè Socin. rectè lo-
102 quitur. Secùs † ſi alio modo, vt putà, quòd

ducens vxorem lucretur dotem:nam in isto casu,cùm dicatur quis vxorem ducere,qui matrimonium per verba de pręsenti contrahit.l.cum fuerit.de conditio.& demonstra.& ibi post glo. not.Cast.& alij,Bald.in l.sancimus.C.de donat. & probatur in cap.primo & secundo,xxxj.quæstio.j.& rubro, & nigro, de eo qui dux. in vx. quam poluit.§.ergo non omnes.institu. de nup. statutum verificabitur, etiam in casu mulieris ad domum non traductæ,vt determinant Soci. in dicto consi.ccxxiij.circa pręsentem.colum.ij. & consulendo Rui.in consi.cxcix.lib.j.vbi allegat dictum consilium Soci. ccxxiij. & alios, & concludit: Rui.& Soci.quòd,aut statutum simpliciter loquens vult quòd vxorem ducens lucretur dotem, & tunc maritus lucrabitur etiã, quòd eam ad domum non traduxerit:aut statutum non loquitur simpliciter, sed de traducta ad domum,& tunc secùs:qui etiam Soc.in dicto
103 consil.ccxxiij.circa.consuluit,†idem esse in casu,in quo statutum loquitur de eo, qui vxorem duxisset, & matrimonium consummasset. Nec obstat,secundum eum, quòd nisi illud verbum ducere vxorem, intelligatur respectu traductionis ad domum, superfluum videatur: quasi si loquitur statutum de matrimonio consummato,iam satis ex hoc supponat matrimonium esse contractum, absque eo, quòd fuerit necessarium illud dicere sub illis verbis. Nam respondet, quod illa verba fuerunt apposita, vt genus, importantia omnem matrimonij speciem

ciem, & deinde ſpecialiter expreſſum fuit de matrimonio conſummato, ad tollendam Doctorum dubitationem, an ex ſolis ſponſalibus per verba de pręſenti contractis maritus lucretur dotē, vel an etiam requiratur fuiſſe matri-
104 monium conſummatum. Vnde † quando species poſt genus ſubiungitur, cadit illa quæſtio Doctorum, an genus reſtringatur per ſpeciem: vt per gloſ.& Barto. in l.quæſitum.§. fina.& l. ſi cum fundum.ff.de fundo inſtructo.l.ſupellectili.ff.de ſupel.lega. l.nam quod liquidæ.§. ſi cui. ff.de penu.lega.l.fina.§.cui dulcia.ff.de vin.l.g.l. pediculis.§.Labeo.ff.de auro & argen. lega.Docto.in capi.primo.de reſcrip.Dyn.in capi. generi.de regu.iuris in ſexto.& vtriuſque modo intelligas, idem reſultat in caſu iſto: quia reſtringendo diſpoſitionem ſtatuti certè non reſtringis, niſi quo ad ſpeciem expreſſam: remanet ergo caſus vxoris non traductæ ſub diſpoſitione
105 ſtatuti. † vbi autem diſpoſitio ſtatuti requirit traductionem vxoris ad domum viri, caue ne id Iudaicè intelligas ad literam, quoniam oportet id intelligere etiam, quando maritus iuit ad commorandum cum vxore, quòd nihilominus dotem lucrari debeat: vt per Lup. in dicta rubrica, de donatione inter virum & vxorem.§.quinquageſimoquinto.verſiculo traductam autem intelligo. & quis ſit effectus traductionis vxoris diffuſiſsimè per plures paginas tradit Lup.vbi ſuprá. Non præteribo hîc
106 tangere difficultatem illam, † an, ſi minor, omiſſa

omiſerit vxorem traducere, vel cum ea matrimonium conſummare, pro vt requiritur à ſtatuto ad hoc, vt dotem vir lucretur: & mortua ſit vxor, in integrum reſtituatur, habēdo ipſum perinde, ac ſi prædicta adimpleuiſſet requiſita, ita vt lucrum dotis facere queat, ex forma prædicti ſtatuti. Et videtur dicendum, quòd non: ex his quæ conſulendo dicit Raph. Fulg. in conſi. lxj. domina Catharina. col. fin. verſ. quod autem nouiſsimè, vbi dicit puellā minorem, quæ ſi nuberet alicui non oriundo ex Tridenti loco in minori parte inſtituebatur hæres, & nupſerat vni de non dicto loco, in integrū non eſſe reſtituendam aduerſum omiſſum implementum huiuſmodi conditionis, tum quia conditioni prædictæ, cui nō paruit, ampliùs parere nequit: nec ætatis priuilegium debet iuri alieno derogare. l. impuberi ff. de adminiſtratione tutorum. & durum eſt ratione ætatis minores teſtamentarias voluntates deludere. & textum in l. prima, & ſecunda. C. de inſtit. & ſubſtitut. reſtringere ad maiores tantùm. tum
107 etiam quia † minor reſtituitur ne damnum patiatur, ſed vt lucrum faciat, & par ratio non eſt vtriuſque. l. finali. C. de codicillis. & l. finali. §. licentia. C. de iur. deliber. & ſic concludit reſpondēdo ad l. planè. §. ſi ex cauſa de leg. j. ſic in iſto caſu videtur dicendum, quia illa conditio ſtatuti, de conducendo ad domum, vel conſummando matrimonium, amplius adimpleri non poteſt, cùm mulier ſit mortua: item agitur de lucro. Contrarium conſuluit Rui in conſil. cxcix. viſo ſtatuto.

108 vol. j. † quòd imò debeat in integrum restitui, etiam in hoc casu : & pluribus legibus probat minori dari in integrum restitutionem aduersum omissum implementum conditionis, etiam quòd amplius conditio adimpleri nequeat, & non tantùm vt euitet damnum, sed etiam vt lucrum consequatur, & allegat consil. Aretin. lxvij. in quarto dubio. vbi Aretinus diffusissimè mouens prædictas difficultates, & resoluens, tenet q conditio, si nõ nuberet infra xv. annum, in testamento apposita puellæ, quæ ante nupsit, & sic eam conditionem non adimpleuit, haberi debeat pro adimpleta per remedium restitutionum in integrum, ne etiam puella lucrum relicti sed conditione huiusmodi sibi facti amittat, & esset longum rationes Areti. hîc recensere: vide per eum ibi, & adde in casu nostro restitutionem in integrum facilius concedendam, quoniam magis de damno euitando, quàm de lucro captando minor videtur agere: quãdoquidem tale lucrum deferatur ex causa onerosa matrimonij: hoc est propter onera matrimonij: gloss. & Doctor. in l. si donaturus. §. primo. de condict. ob cau. l. prima. §. lucratiuas. vbi gloss. C. de impo. lucr. descrip. libro x. & dicemus suo loco: ita concludit Ruin. in d. cons. cxcix, col. fi. aliqua etiam addẽs pro excusatione illius minoris de nõ traducta vxore ad domum suam: vt ibi per eum. Quid si statutũ di-
109 cat, † quòd muliere præmoriẽte in domo viri lucretur, &c. an si maritus eam duxerit in domum alienam, & vxor moriatur, hoc dotis lucrum de-

bea

beatur? Campeg. in tract.de dot.lucra.in q.xvij. mouit istam dubitationē: quia genitiuus importat dominium.l.ij.ff.de relig.& sump.fun. & not. in rub.de oper.no.nunc. contrarium determinat ex communi vsu loquendi, secūdum quē domus accipitur pro habitatione, & se remittit ad dicta per eum in dicta rubrica & procul omni dubio mihi videtur tex.in l.lex Cornelia.§.domum.vbi glo. & Doct.ff.de iniur.& alioqui, si ita non accipiatur, pauci beneficio huius statuti gaudebunt. cum plerique, & præsertim pauperes omnes incolant domos alienas, seu conductitias, quod esset absurdum tenere. Istum casum disputat Rolan. in q.xcvij.tenens sententiam Campe. & limit.nisi adsit statutum volens statuta intelligi nullo extrinsecus intellectu, quia tunc interpretatio ex communi vsu reiicitur: quod mihi in isto casu nō placet. Quid in statuto nostro loquente de viro, qui cū vxore cœperit cohabitare. Dicemus infrà
110 in gl.in ver. cœperit habitare. Scias † etiā vnam limitationem Rub. Alex. in d. consi.xix. in fine. quòd statutum requirens traductionem ad domum, non procedit in nobilibus, sed ego non video, quónam modo eam probet.

GLOS. III.

In tex. ibi, Matrimonio.

1 *An statutū de lucro dotis procedat in casu matrimonij contracti cum persona impotenti & nu.6.7. & 8,*

2 *Glo. in l. centurio, non reprobatur in materia matrimonij.*

3 *In matrimonij materia videtur cogitatum de potentia procreandi prolem.*

4 *De hoc statuto supponitur potentia procreãdi ad hoc vt maritus dotem lucretur.*

5 *Impedimentum fore perpetuum ecclesia post triennium iudicat.*

9 *Viduitatis conditio legato adiecta pro nulla habetur.*

10 *Minus est sterilitas quàm impotentia.*

11 *Statutum de lucro dotis an habeat locum in matrimonio cum consanguinea vel moniali contracto & numero 12. 13. & 14.*

15 *De matrimonio raptoris.*

16 *De matrimonio tutoris cum pupilla.*

17 *De matrimonio senatoris cum serua.*

18 *Quando matrimonium non datur validum, ibi nec dos est, nec pactum tenetur.*

19 *Statutum de lucro dotis an habeat locũ in putatiuo matrimonio, & qui sint patatiui matrimonij effectus.*

20 *Intellectus c. significauit. extrà, de donat. inter virum & vxorem.*

21 *Argumentum à contrario sumitur strictè ad limites verborum quæ sonant in sensu directo.*

22 *Tacens impedimentum viro malitiosè contrahendo matrimonium tenetur ad interesse eius, quod de dote vir fuisset lucratus, si matrimonium constitisset.*

1 QVæro in primis † an hoc statutũ procedat in matrimonio contracto cum persona impotenti ad copulã carnalem, seu ad suscipiẽdã prolẽ: vel quia sit ex natura frigidus, & impotens, vel aliquo maleficio, Casus iste contingit Ias. vt in consil. lviij. vbi

vbi ſoluit in hoc caſu viro lucrum dotis non deberi, quoniam ſtatutũ requirit potentiã coëundi, & procreandi filios, dum appoſuit illam conditionem, Si ſine liberis &c. præſupponens habilitatẽ, quia loquens de caſu priuationis, intelligitur præſupponere potentiam, & habitum. c. ad diſſoluendum. de deſponſ. impub. l. decem. de verb. oblig. ita de hoc ſtatutō ſentit Bal. in conſi. ccxcj. quòd vir. in volu. j. Corn. in conſi. ccxlviij. in præſenti, vol. ij. Iaſ. in conſil. cxv. & in d. l. ſi donatus. §. j. ad fin. per glo. in l. centurio. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. Abb. Fely. Pet. de Vbal. Salyc. & alij, in locis ſuprà citatis, idem volunt, quòd ſcilicet potentia ſuſcipiendi filios præſupponatur in dicta ſtatuti conditione, Si ſine libe-
2 ris &c. Nec obſtat ſi dicas † glo. in d. l. Centurio. cõmuniter reprobari: vt dicit Iaſ. in conſ. cxxxv. col. fi. & dixi ſuprà in glo. ij. num. 66. vno modo reſpondendo ad argumentum vltimum concluſionis negatiuæ ſuper ſtatuto loquenti de nupta. nam dico rectè reprobari in illa materia ſubſtitutionis, de qua loquitur gloſſa in dicta l. precibus. ſed non in materia matrimonij. In illa enim, cum dico, Titio moriente ſine filiis ſubſtituo, & cætera. nullo modo præſuppono de neceſsitate potentiam in eo ſuſcipiendi filios. ſed duntaxat poſsibilitatem contingibilem. & ideo ſubſtitutio non poteſt reſtringi ad eam. in
3 iſta autem ſecùs, † quia matrimonium conſideratur cauſa procreandi filios, & videtur in matrimonij materia cogitatum de potentia ſu-

ſcipiendi prolem: cùm prolem ſit vnum bonum de tribus ipſius matrimonij. capitulo, omne. xxvij, quæſtione ſecunda.& dicitur ſola cauſa nubendi. capitulo,pudor. xxxij. quæſtione ſecunda. c.ſicut.eadem quæſtione. capitulo finali.de cond. appoſit.capitulo. nuptiarum.xxxv.quæſtione ſecunda.l.prima. ff. ſoluto matrimonio.& iſta proclamatio, Cupio eſſe matrem, mulieri non eſt indecens, vel turpis.capitulo primo & fin.extrà,de frig. & malef. & ideo licet ei inſtare quòd matrimonium declaretur eſſe nullum, quaſi in illud non conſenſerit, niſi quatenus habilis vir ad generandum ſit. capitulo primo. de frig. & malef.iuncto capitulo,quod autẽ interrogaſti. xxvij. quæſtione ſecunda.capitulo,ſi per ſortiarias. cap. requiſiuiſti. xxxij. quæſtione j. Fortiùs dicit Iaſ. in dicto conſilio lviij. & in dicto conſi.cxv. quòd propriè non eſt matrimonium, nec propriè dicitur vxor, & maritus, vbi non eſt ſpes vel potentia aliqua, quòd ex eo procreentur filij. † ſup-
4 ponitur ergo in hoc ſtatuto potentia procreandi ad hoc vt maritus dotem lucretur. Nec idcirco releuat virum onera matrimonij ſuſtinuiſſe vſque ad mortem mulieris, ait Iaſ.in d.conſi.lviij.quoniã nõ propter illa(pro oneribus enim matrimonij cedunt fructus dotis l.pro oneribus,C. de iur. dot. cum concord.)ſed propter ipſum matrimonium:habile tamen ad filios generandos. l. j. ſol. mat.ſtatutum hoc dotis lucrum defert,ſecundum Ang.in §.adſcriptitio. in auten.de nup. & ſic concludit Iaſon, tollens in caſu ſuo aliud motiuum

exaduerso factũ, quòd ibi nõ poterat maleficium censeri perpetuum, quia mulier mortua fuerat
5 ante triennium, & † ecclesia non nisi post triennium iudicat impedimentum fore perpetuum. c. j. c. laudabilẽ. ca. fi. de frig. & malef. Bar. in §. distrahuntur. in aut. de nup. xxxiij. q. j. in summa. nam dicit hoc esse verum quo ad hoc, vt coniũges ante triennium viuẽtes separari nequeãt. sed non vt dicatur non perpetuum. subdit etiam præsumi impedimentum præcessisse matrimonium, quando mulier reperitur virgo, secũdum communem opinionem Abb. in c. fin. extrà, de frig. & malef. decis. Tolosan. in decis. cclxxx. Item fuit quæsitum quidam. col. pen. vers. vtrum in dubio. vbi istam materiam pulchrè tractat. Et hanc Iason. conclusionem tenuit ante eum Bal. in c. iurauit
6 col. j. de prob. † vbi dicit, statutum de lucro, non habere locum in matrimonio quod habet causam prohibitionis perpetuam, vt frigiditatis & affinitatis. Hanc etiam quæstionem determinat distinguendo, sed ieiunè Roland. in quæstio. ciiij. noua. Eandem conclusionem facit Ias. in consi.
7 cxv. † quando inter senes, vel cum aliqua vetula, quæ propter senium procreare liberos nequit, matrimonium fuisset contractum, per rationem præallegatam. nam licet ad solatium inter senes concessum fuerit per legem Iuliam Papiam, matrimonium. lege, si maior. C. de legitimis hæredibus. l. sancimus. C. de nuptiis & ibi Baldus, Salycetus, Angelus, & alij, Paris. in consi. vigesimonono, præallegato. Barpthol. Cassaneus

in consuet. Burg. in rubrica quarta, nume. j. Ias. in l. j. col. xij. soluto matrimonio. tamen videtur potius connubium, quàm matrimonium, quod caret omni spe suscipiendi prolem: vt dicebat Fely. in capitulo, cum sit generale. numero 13. col. sexta. de foro cōpetenti. & refert Neuiz. in Sylua nup. numero 15. col. tertia. versiculo ampliant primo. vbi & numero 7. dicit quòd quando quis propter antiquitatem ad totalem impotentiam coëundi est deductus, matrimonium
8 eius non tenet: quia † matrimonium non valet cum illo, qui generare non potest, vt dicit secundum communem opinionem, Soc. in dicta l. j. columna quarta. soluto matrimonio. Fulg. in consilio ccxiij. quædam mulier. Anton. de Butrio Abb. Anton. de Rosell. Cur. Ias. Ioan. Lup. & alios plures allegat Neuiza. ibi numero 8. & 9. pro quo facit quod legitur apud Valerium Max. in capitulo, de testam. quòd cùm Pub. & Septilia, ita senes matrimonium contraxissent, vt illis nulla esset spes habendæ prolis, fuit iudicatum dotem inter eos non valere, quia nec matrimonium inter eos tenebat. & hoc est verum saltem quòd ea quæ conceduntur matrimonio sobolis procreandę causa contracto, vt olim in l. Iulia
9 Miscella fuit perpensum, quæ † cauit conditionem viduitatis de legato reiici, & mulieri remitti, quando mulier nuberet ad finem procreandi filios: secùs quando propter incontinentiam vel ob aliam causam, vt vetulæ & aliæ mulieres steriles: vt tradit Iason, post alios, in l. ij.

C. de

C.de ind.vid.toll. ſic videtur in hoc ſtatuto,quòd non habeat locum in huiuſmodi matrimonio, propter aliud,quàm propter ſpem aliquam prolis.Rolan.in qua ſt.ciij.pulchra.tenuit lucrum dotis deberi in caſu matrimonij cõtracti cum ſexagenaria:vide eum ibi.& circa hanc quæſtionem de matrimonio contracto cum perſona impotenti,ſentiendum eſſe dixit Curt.in l.j.nume.11.& in autent.præterea.numero 41.C.vnde vir & vxor. ſicut de illa quæſtione, an mulier ſterilis habeat dotis priuilegium,de qua per Bartol.in dicta l.j. ſoluto matr.in qua quidem Bartol.& Doctor.volunt etiam ſterili competere: vt ibi refert Iaſ.numero 42.At mihi non videtur Curt.rectè arguere,

10 † quia minus eſt ſterilitas quàm impotentia. nam ſterilitas etiam poteſt contingere, quamuis coniuges ſint habiles ad procreandum, licet actu non generent:vt legitur cap.ij.lib.j.Regum:ibi donec ſterilis peperit plurimos, &c. Et ideo de vno caſu,non rectè infertur ad alium.quapropter vbi adeſt ſola ſterilitas,abſque impotentia, eſt meo iudicio indubitatum, quin hoc dotis lucrum debeatur:ſicut Doctores dicunt priuilegium dotis mulieri ſterili deberi.in d.l.j.vbi inter alios Soci. conſiderauit ſterilitatem natiuam, & accidentalem.vt per Ioan.ibi,nume.52. & iam nos ſuppo-

11 ſuimus ſuprà.Secundo † quæro, an in matrimonio, quod de iure non tenuit, fortè cum conſanguinea, vel moniali contractum, hoc ſtatutum ſibi locum vendicet: Pone enim, quòd hæredes mulieris id deducant & probent aduerſum ma-

maritum lucrari volentem doté ex forma statuti, nunquid eum excludent ab hoc lucro? & tene siue bona siue mala fide matrimonium fuerit in-
12 ter eos contractũ hoc statutum cessare. Si † enim mala fide contraxerint incestas, vel nefarias nuptias, puniuntur, & publicatur dos, ac omnia lucra cessant. l. qui contra. C. de incestis nuptiis.
13 & ibi not. per omnes. Siue † verò bona fide, tametsi existens in ea excusetur ab illis pœnis, non tamen, inde fit, vt matrimonium valeat, & statutum hoc procedit solùm in matrimonio de iure valido & legitimo. arg. l. iiij. §. condemnato. ff. de iudi. cum concord. & dixit Corn. in consilio iij. in præsenti. volumine tertio non habet ergo locum in putatiuo: vt tenuit Hippo. Mars. in
14 sing. cxxix. dum essem. vbi dicit, † quòd si mulier, quæ professa fuit religionem, de monasterio egressa, nupsit viro, qui illud ignorauit, & bona fide perseuerauit in eo matrimonio vsque ad eius mortem, prætextu bonæ fidei, non poterit bona in dotem data ex dispositione huiusmodi statuti lucrari. & non paucos citat Mars. ad hoc ibi. & idem etiam affirmat Bald. Nouel. in dicto tractatu, dot. in xj. par. in sexta different & Salyce. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nuptia. Angel. in dicto §. adscriptitio. in autentica, de nuptiis. Baldus, Salycetus, post glossam, in l. prima. C. de condict. ob causam datorum. Alexand. Rom. & Paulus Castro in l. si cum dotem. §. finali, soluto matrimonio. Bald. in l. penultima. §. finali. ff. quod fal. tut. & in capitulo, iurauit.

numero ſecundo.& ibi Fely. circa finem.extrà de probationibus. Bar. in l. finali.ff. de condict.ſine cau. & Arno. in epitom. xcviij. ſtante. & Cagn. in l. exigere. in columna tertia & ibi Mand. ad fi. poſt Curt. ff. de iudic. Iaſ. in l. cunctos populos in prima lectura. numero 26. & in ſecunda lect. num.62. C.de ſum.trini. Fely.in capitulo primo, col. pen.de ſponſ. Marſ. in l. fi. nu. 66. ff. de iur. omn. iud. Ioan. Camp. in tract. de dote lucr. in q.viij.& And.Barb. in conſi.lxxj..ſapienter magnus. col. fina. volu. ſecundo, vbi nitens probare

15 †quòd matrimonium raptoris non valuerit, infert, quòd dotem ex hoc ſtatuto maritus lucrari non debeat. Idem conſulendo tenuit Bal. in d.cō. clxxxiiij. ſi qua mulier. vol. iij. & in conſ. cxciiij. incipiam.eod. vol. And. Barb.in conſ.xlvj. nu.15. vol. 2. Pariſ.conſ.xxxiiij.nu.12.vol.iij. & Soc. Iu. in conſ. xxxix.nu.28.vol. iij. Caſſan. vbi ſuprà &

16 Bertac.†idem putat in matrimonio tutoris cum pupilla, quod eſt prohibitū de iure ciuili. vt per eum in reper. in verſ. ſtatuta de vltimis volunta-tibus,ver. lxxij. Contrarium tenet Rolan.in q.cj. quod ſi:quia de iure canonico hoc matrimonium valet,& ideo ſit locus ſtatuto de lucro dotis: & meminit Bert. Brun. Caſtr. aliud dicentibus vt ibi per eum. Et hæc concluſio probatur per text. in l.j.C. de condict. ob cauſ. vbi dicit,quòd quocunque modo matrimonium iuris autoritate impediente, non conſtare apparuerit, pecunia ob dotem accepta reſtituitur, & pactum de ea perinde ac non eſſet appoſitum, haberi opor

17 oportet.itèm ex text.in dicta l.à diuo.† vbi matrimonium senatoris, qui putauit se contrahere cum ingenua, si contractum reperiatur cum libertina, non valet, nec pacta eius causa conuenta: idem dicitur, quando quis comperitur se cum serua contraxisse. in §.si verò ab initio. in auten.
18 de nuptiis. vbi Angel. dicit, † quòd quando matrimonium non datur validum, ibi nec dos vlla dicitur, nec pactum de dote tenet: nimirum est igitur, si statutum de dote lucranda non potest in putatiuo verificari. Nec obstant, quæ plenè
19 deduci † solent de vi, & iure matrimonij putatiui, & dotis putatiuæ. De quibus per Bald. Nouel. in xj. par. per xx. conuenientias, quas considerat inter putatiuam, & veram dotem & Ioan. Lupum in dicta rubrica. §. trigesimosexto. nam aliud est quòd matrimonio putatiuo, vel doti putatiuæ indulgeantur aliqua de competentibus vero matrimonio: quoniam illa propter bonam fidem, tanquam effectus resultantes ex bona fide, præstantur, aliud est, quod ipsum putatiuum habeatur pro vero, & accipiatur illud ius, quod est dispositum in casu vero. Idcirco Bald. in dicto cap. iurauit. & Paulus de Castr. in dicta l. si cum dotem. §. finali. & in dicta l. penultima. & Salyc. in dicta l. j. C. de condict. ob caus. dicit quòd bona fides in casu matrimonij putatiui satis operatur, dum efficit, vt pro eius oneribus vir lucretur dotis fructus, sed non ipsam dotem: quasi effectus bonæ fidei sit in contractibus, vt quis lucretur fructus rei iusto titulo sibi traditæ, sed non ipsam

rem

rem, ſola bona fides hoc non poteſt operari, vt de ſe eſt omnibus notum. Sic quoque quod filij ſint legitimi, qui ex putatiuo oriuntur, eſt fructus & effectus reſultans ex bona fide. Socinus Iun. in dicto conſilio trigeſimonono. numero 47. volumine tertio. cap. primo. cap. tanta. & ibi not. extrà, qui filij ſint legitimi. & cap. ex tenore. eod. titulo. Item quòd amittatur dos propter adulterium etiam in putatiuo. ſecundum gloſſam in capitulo plerunque. extrà de don. int. vir. & vxo. & in l. conſenſu. in verbo, animum. C. de repud. communiter approbatam ſecundum Lupum in dicta rub. §. xxxvj. eſt effectus bonæfidei. Sic etiam quod competant eadem priuilegia, quæ pro vera dote indulgentur, prouenit ex eadem ratione bonæfidei, & ſic de ſingulis, de quibus effectibus nunc non agitur: vnde concluſioni no-
20 ſtræ non refragantur. Nec † etiam vrget tex. in capitulo, ſignificauit. & not. ibi per Abb. de don. inter virum & vxorem. quia quatenus Abb. ibi notat. contra concluſionem noſtram, de eius autoritate in hoc caſu non eſt curandum, cum pro nobis ſtet communis, vt patet ex præallegatis. & quatenus ille textus adducitur contra nos reſpondetur, quòd dum ibi ſummus pontifex mandat mulieri celebrato diuortio dotem reſtitui, ac diuidi inter eos bona, quæ olim inter eos fuerant communia, non explicat quónam iure, vel cauſa mulieri fuiſſent communia, imò papa ſe referendo ad illius querelam, narrat ex titulo contractus communiter illis

obue

obueniſſe: non ergo dicit, quòd vigore alicuius conſuetudinis, vel ſtatuti, quòd diſponeret virum, vel vxorem, lucrari partem bonorum alterius, propter matrimonium, mulieri debe-rentur illa bona ex cauſa matrimonij, quod fuerit declaratum nullum: ſed dicendo, quòd ex titulo contractus communiter fuerant acquiſita, negat ex cauſa alia, ſcilicet huiuſmodi conſuetudinis, vel ſtatuti fuiſſe illi debita. & gloſſa ibi dicit: quòd fuerant communi nomine acquiſita. quod & aduertit Bald. Nouel. ſuprà in penultima conuenientia. vel ſecundò præſuppoſito, quòd vigore alicuius conſuetudinis bona fuiſſent petita, non declaratur qualiter præcisè ſe haberet illa conſuetudo, nam potuit magis propter vitam communem, quàm ipſum matrimonium diſponere, quòd bona communiter acquirerentur: & intelligendo, ſecũdum aliquos, quod loquatur in conſuetudine Hiſpaniæ, quòd acquiſita conſtante matrimonio diuidantur: ſecundum Lup. in dicta rubrica. §. xxxvj. & §. lxij. in principio. & in columna xj. verſi. ampliabis iſta. illa conſuetudo magis propter communem vitam & quandam ſocietatem id diſponit, quàm propter ipſum matrimonium: vt probat idem Lup. §. lxij. columna ſecunda. Sed in hoc noſtro caſu lucrũ fit propter ipſum matrimoniũ & non propter cohabitationem, & vitam communem (vt dixi) ideo ille textus nullo modo contra nos ſtringit. Non obſtat vltimò textus in dicta

l. qui

lege,qui contra,verſiculo, exceptis. dum aliqui inducebant à contrario ſenſu: quòd ſi inceſtis nuptiis ſcienter contractis, confiſcantur dos & lucra omnia nuptialia: ergo ignoranter illis reſeruantur: quoniam reſpondeo illud argumentum procedere quòd non confiſcantur, ſed non quòd reſeruentur, ſeu per eos fieri debeant per-
21 inde ac ſi matrimonium teneret. † quia argumẽtum à contrario ſenſu ſumitur ſtrictè ad limites verborum negatiuè eius, quod ſonat in ſenſu directo, vt per Dec. in conſilio cclxxxvj. Rui. in conſilio ccxxv. in volumine primo. ideo ſenſus eſt, quòd in eo caſu non perdantur, ſed vnuſquiſque eorum ſua repetat, vt per Bald. Nouel. in dicto tractatu dotium. columna quinta. verſiculo, item item in alio reprobat opinionem Ioan. Limitatur iſta concluſio, quando ex parte mulieris dolus, & malitia probaretur: quia quãuis ſciret aliqua ratione matrimonium non valere: vt in caſu Marſ. de moniali profeſſa extra monaſterium egreſſa, & nupta ignoranti, nihilomi-
22 nus illud contrahere voluit, † tacens impedimentum viro: nam in hoc caſu maritus contra illius hæredes agere poterit, non ad illud lucrum dotis huiuſmodi vigore ſtatuti, cùm illud non competat niſi in caſu veri matrimonij, & dotis, vt dixi, ſed ad intereſſe actione de dolo, quaſi dos illa nõ ſit propter eum dolum cõuerſa in lucrum ſuum, quod certè feciſſet, ſi illud matrimonium de iure valuiſſet. ita determinat Bald. Nouel. in dicta xj. par. in ſexta different. ad fin, & Ioan. Camp. in

in dicto tract.de dot.lucra. in quæstione octaua. vbi etiam dicunt, quòd habens bona nomine dotis sibi data, poterit modo prædicto excipere aduersum eius hæredes illa repetentes: idem Bald. Nouel. vbi suprà in iij.casu primi mẽbri.& in xij. membr. num.13.& hoc intelligunt siue ipsa mulier, siue pater eius, vel alius eam sibi maritans sciuisset impedimentum, & per dolum tacuisset vt competat actio, vel exceptio tali marito pro dote putatiua. & potest hoc etiam vtile esse, si fiscus bona mulieris occuparet, vel à viro repeteret: quoniã eodẽ iure se tuebitur maritus aduersum fiscũ. In ista quæstione de matrimonio putatiuo, idem post longam disputationem tenet Rolandus in quæstione xcvij.vbi in fine etiam limitat, vt statim dixi: licet referat aliter de ea limitatione sentire Paul. de Castro ibi per eum allegatum. Pertractat quoque Bald.Nouel.in locis præallegatis quando excusetur mulier, vel pater eius in hoc, vel vtraque pars ab incestis, nuptiis, quod non est necessarium hic discutere. Item & illud quando in vita vtriusque declaretur: ideo me remitto ad dicta per eum ibi.

GLOS. IIII.

In tex.ibi, Superuiuente marito.

SVMMÆ.

1 *Mulierem decedere eodem tempore quo maritus moritur, non sufficit, vt sit locus huic statuto de lucro dotis.*

Ille

2 *Ille, qui nititur prioritate mortis, tenetur eam probare.*

3 *Pactum de lucranda dote per mortem mulieris, an habeat locum, etiam si simul vir & vxor moriantur. & numero 4.*

5 *Mulier an propter sexus fragilitatem in casu, vel ruina prior masculo decedere præsumatur.*

6 *Mulier patitur maiora vulnera, quàm vir.*

7 *Transmissibile est hoc dotis lucrũ ad hæredes, quamuis vir illud non agnouerit.*

8 *In his, quæ iure hæreditario non deferuntur, nunquam agnitio requiritur.*

9 *Lucrum dotis extra hæreditatẽ mulieris, vt æs alienum capitur.*

10 *Lucra dotalia filijs reseruanda, transmittuntur ad hæredes absque aliqua ipsorum agnitione.*

11 *Dos matris filijs per statutum delata capitur iure particulari, & non hæreditario.*

12 *Legitimam filius non potest assequ iextra ius hæreditarium repudiata hæreditate.*

1 NOn ergo † sufficit mulierem decedere eodem tempore, quo maritus moreretur, vel simul cum eo mori, vt locus sit huic statuto, de lucro dotis: ita perpendit Ancha. in consi. cclxxij pro & contra. & in consil. ccccxxxviij. ego autem attenta. in fine, quem allegat, & sequitur Lup. in d. rubr. §. lxxiiij. in fin. citans Præpositum latè hoc tenentem in c. fina. extrà, de donat. inter virum & vxorem. Roland. sequitur in q. lx. nu. 6. Hæredes igitur mariti, si ad hoc lucrum agant,

 non

non solùm mulierem esse mortuam probare tenentur, sed etiam, quòd ante virum mortua sit: alioquin in causa succumbent, ex regula iuris,
2 actore non probante, &c. iuxta vulg. † nam ille qui nititur prioritate mortis, debet eam probare, vt tradit Salyc. in l. cum hic status. §. si ambo. ff. de don. inter virum & vxor. & post gl. no. Bar. Paul. de Cast. Soci. & Cuma. in l. quod de pariter. ff. de reb. dub. & Bal. in cõsil. cxlv. in vol. v. & Paul. de Cast. post glo. & Bart. in l. qui duos. §. si maritus, & in l. inter virum. ff. de reb. dub. dicit, quòd quando requiritur alterum alteri superuiuere, vt stipulatio, vel alia dispositio locũ habeat, non sufficit probare, quod fortè simul in eadem ruina, naufragio, incẽdióue ambo perierint, quoniã non constito quis emiserit prius spiritum non dicitur, alter alteri superuixisse, vt dicit Martianus, in l. sed & in illo. ff. de reb. dub. & text. in l. si ij qui. ff. de donat. cau. mort. & probatur in d. l. quod de pariter. hoc etiam dicit in terminis huius statuti Lup. in d. §. xxiiij. allegando Signo. & Prępositum. in locis de quibus ibi per eum: Contra hanc conclusionem vrget dictũ Bal. in l. pro hæreditariis. nu. viij. vers.
3 scias tamen. C. de hæredita. actio. † vbi dicit ꝙ pactum de lucrãdo dotem per mortem mulieris stantibus liberis habet locum etiam si simul vir & vxor perirent: & licet secundũ iuris subtilitatem ordo morientium (ait ipse) requiratur, tamen in dubio inspicimus quod est fauorabilius, & fauoris priuilegium est prodesse in

duob

duobus casibus.l. qui ex liberis. ff.de secũd.tab. hoc est quòd filij habeant in vtroque casu, scilicet præmoriẽte, vel simul moriente vxore cũ viro:cui responde, quòd si ibi subtilitatem esse remittendam propter filios duxit Bald.hîc nullomodo propter ipsum maritũ videtur remittenda ea subtilitas, quòd marito prædecessisse mulierem oporteat probare, vt huic lucro dotis sit locus: quia valde exorbitans est, vt aliàs dixi. Aliud quidem esset, quando statutum non requireret mulierem prius mortuam esse: sed diceret, si in matrimonio moreretur, & similia, tunc sufficeret probare vtrunque in eodem periculo obiisse: tunc enim eodem momento dicuntur ambo mori, seu alter alteri non prædecedere, & sic vterque cõiunx moritur in matrimonio, & cõmittitur stipulatio in eum casum facta.glo.in d.l.qui duos.§. si maritus. Signo.de Hom. in consi.ix.& in l.si inter. ff. de rebus dubiis.& ibi Bar.& Paul.de Castr. not.per text. in l.quod de pariter. ff.eod.titu.secundũ communem intelligentiam de qua ibi attestatur Socin. quæ vera est; licet eam appellet diuinatiuam: diuinatiua enim esse nequit, si ex responsione, quæ congrua debet esse interrogationi. §. præterea.Institut. de verbor. obligat. l. vt responsum. & ibi nota.C. de transact. coniicere licet, qualis fuerit casus, nam ibi Iureconsultus pro diuersitatis ratione respõdit, quòd mater non superuixit, quasi inferens, quòd stipulatio esset cõcepta in casum, in quo illa mulier superstite,

matre moreretur. tene igitur doctrinam hanc, quòd aut ſtatutum, vel ſtipulatio loquitur in caſu, in quo alter ſit alteri præmortuus, & tunc nõ ſufficit probare mulierem & virum in eodẽ diſcrimine periiſſe, ſeu non apparere quis prius mortuus fuerit: ſed neceſſe eſt docere alterum prius altero exhalaſſe animam. aut hoc non requirit, ſed loquitur de caſu alterius morientis in matrimonio, & tũc ſi in eadem ruina, incendio, naufragio, & ſimili caſu ſimul obiiſſe probentur, erit locus ſtatuto, vel ſtipulationi: quãuis non probetur, quis priùs expirauerit. ita Bart. Cuman. Socin. & Caſt. poſt gloſ. ibi, tenent in dicto §. ſi maritus. & probatur in l. ſi poſſeſſor. & gloſ. ibi. ff. de religio. & ſumpt. fun. ſequitur Tiraq. in dicto tracta. de primoge. in quæſtio. xvij. in opinio. vij. & viij. Idem tradit Roland. in d. quæſtio. lx. numero 2. loquens de ſtatuto dicente, ſi deceſſerit vxor ſine filiis. &c.

4 Sed † ſi in eodem caſu non deceſſerit, ſed diuerſo loco, vel caſu, & non conſtet qui priùs obierit, lex non habet pro ſimul mortuis, & eſt idcirco neceſſarium probare, qui priùs mortuus fuerit: alioquin agens ſuccumbet, ita vult Bald. in conſilio cxlv. volumi. v. Lup. & Socin. vbi ſuprà l. ex facto. §. ſiquis autem. & ibi Doctores. ff. ad Trebellia. quoniam ſicut nulla eſt ratio pręſumendi mulierem prędeceſsiſſe viro, vel econuerſo: ita nihil eſt etiam, vnde poſsit præſumi eodem momento periiſſe, vel haberi

5 pro mortuis eodem tẽpore. Hinc nota, † quòd

tam

tametsi multi dixerint mulierem propter fragilitatem sexus præsumi priùs mori, quàm virum, quando in eundem casum incidunt, vt per Franc. Geminia. in singul. lij. statuto. & Dec. in l. fœminæ. de regu. iur. nume. 47. Fely. in cap. capitulum. nume. 19. de rescript. glos. in d. §. si maritus. & in d. l. si possessor. Roland. in d. quæstio. lx. numero 3. & Bal. Signo. Rom. Aegid. Bellam. Hip. Mars. Cardin. Alexandrinum. Guid. Papæ, allegat Tiraquellus in legi. connub. in l. j. num. 58. versicu. & vt legum. tamen veritas est in contrarium, quòd id minimè pręsumatur: vt tenuit Bar. in d. l. si inter. & in d. l. quod de pariter. & in d. §. si maritus. & Soc. in d. l. si mulier. vbi dicit ita communiter teneri. ff. de rebus dubiis. Andr. Tiraquel. in dicto tract. primog. in quæst. xvij. in opinio. vij. & viij. Alciat. in tractatu. de præsumpt. in prima regula. in præsumpt. xlix. Aretin. in consilio l. in colum. finali, & Signo. de Homod. hoc firmat in consilio ix. quæstio præsupponitur. vbi consuluit in casu statuti lucrū dotis marito deferentis vxore ante ipsum moriente sine liberis, & ibi maritus & vxor perierant in ruina cuiusdam domus, & non apparebat, quis eorum prius decesserat. & concludit, mariti hæredē lucrari dotem non debere, quia non probatur de prioritate mortis, nec illa præsumitur, secundum eum, reprobando glos. contrariam: quæ tamen id non firmat, sed per modum multipliciter soluendi id dicit, & subdit Signorolus, quòd dato, & non

concesso, quod præsumeretur mulier prædecedere viro; tamen, quia secundum veritatem non constat prædecessisse, statuto locus non debuit esse, quia præsumptiones non cadunt in statutis. l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi armat. & nota. in leg. j. ff. de verb. significatio. & ista conclusio negatiua, quod mulier non præsumatur prædecedere masculo: probatur per text. in l. cum pub. ff. de rebus dubiis. dum ibi præsumitur mater antequam filius decedere, ex quadam benignitate, non quia debilior sit fœmina, quàm masculus. ergo non ratione fragilioris sexus præsumitur mulier præmori masculo. Ita arguit Aret. in consilio 50. in colum. final. & benignitas est in hoc, quoniam ex voto parentum est filium superuiuere. l. nam etsi parentibus. ff. de inofficio. testament. & ibi glo. allegans illud epitaphium, ORDINE turbato succedis Bulgare nato. Et est textus in l. si is qui. de donatio. causa mortis. dum vult Iureconsultus reciprocam donationem inter virum & vxorem cõfirmari ambobus simul pereuntibus in eadem ruina, vel discrimine. Cùm tamen si hæc præsumptio fieret, donatio viri facta in vxorem non confirmaretur, quia per mortem donatariæ esset, vel censeretur reuocata. Nec dicatur, quod ille textus loquatur, quando constat vtrunque in eodem puncto expirasse: quoniam hoc esset de casu nunquam contingibili: & lex statuitur pro casu frequenter contingenti. l. nam ad eam. de

leg.

legibus, & ibi nota.& in autentic.vt ſine prohibitione matres deb.& cred. tut. ger. §. j. Et authoritates ex aduerſo citatæ, non omnes contradicunt concluſioni noſtræ: vt illa Signo. & Hip. Marſ. in rub.de probatio. nume. 417. verſicu.ſed ego.vbi dicit,†quòd mulier patitur maiora vulnera, quàm vir: ſecundum gloſ. in l. intereſt. de adulter. Erit igitur opus probare de prioritate mortis in iſto caſu huiuſmodi præſumptione ceſſante. Lup. vbi ſuprà. §.lxxv. Bartolus in lege, ſi inter. Alexandrinus in conſilio cxl. circa principiũ in columna prima, volumine quinto. Curtius in l. admonendi. Ioannes de Imol. in d. lege, ex facto. §. ſi quis autem. Non tamen nego, quin ex aliquibus aliis poſſit induci præſumptio, quòd mulier prædeceſſerit: vt dixit Socin. in dicta lege, cum pubere. Patruum ſuum conſuluiſſe, & Aretin. arguit in dicto conſilio 50. colum. finali. & vult gloſ. in dicta leg. ſi ij qui. Et ne putes hanc diſputationem in quæſtione ſtatuti noſtri nos ocioſè feciſſe, vtilitas eius reſolutionis eſt, quoniam, ſi debebitur hoc lucrum dotis ex forma ſtatuti, quamuis maritus illud non agnouerit, nec agnoſcere potuerit præuentus morte, ad ſuos hæredes nihilominus tranſmittet, quod quidem ſi tranſmiſsibile abſque agnitione non eſſet, ſuperuacua fuiſſet ſupradicta diſputatio: vt dicit Socinus in dicta lege, qui duos. §. ſi maritus. ff. de rebus dub. Quòd † itaque tranſmiſsibile ſit ad hæredes hoc dotis lu-

m 4 crum

crum etiam quòd maritus illud non agnoue-
rit,tenuit Alexand.in l. cum in antiquioribus.
versicu.item sentit ista glos. C. de iure deliber.
& ibi Castr.ad finem.& Ias. numero 6. versicul.
hinc infertur,quod lucrum. Bart. in l.si arroga-
tur.numero 9.versiculo,ex hac sol. ff. de adopt.
Soc.post Bart. in d.l. qui duos.§. si maritus. Bal.
in l. generaliter. §. in his. C. de secũdis nuptiis.
Alexand. in consilio cl. viso themate. in ij. vo-
lumi.vbi damnat Angelum contrarium consu-
lentem,in consilio lxxxj. domina Maria de Ba-
stiariis.quem etiam reprehendit Ias. in d.l.si ar-
rogator. numero 18.& Socin. in dicto §. si ma-
ritus. & Alexand.in l. si vir. ff. ad legem Falcid.
vbi tenet hanc conclusionem,& post eum Her-
cul.ibi.Alber.Brun. in tractatu,de stat.exclud.
fœmi.stant. mascul.in xj.articu.quæst.ix. Franc.
Crem.in sing. xciij. statuto cauetur.Hip. Mars.
in singul.xxxix. pluribus comprobat Rolan. in
tracta. de lucro dotis,in quæstio. xlvij. & in qó.
xc.quæritur. Et hæc conclusio probatur ex his,
8 †quoniã in his,quæ iure hæreditario nõ deferũ-
tur, nunquam agnitio,vt ad hæredes transmit-
tantur requiritur, iuxta tradita in dicta l. cum
in antiquioribus. vbi volunt Doctores agni-
tionem fore necessariam duntaxat in dela-
tis iure hæreditario vniuersali : secùs in his,
quæ aliquo iure particulari deferuntur , vt
legitima , secundum Salycetum, Baldum,Cast.
Alexandrum . & cæteros ibi. Et Alexander in
dicto consilio cl. viso themate.col.final,Bart.in
consi

consi.clvij.super his.colũ.j.glos.in l.j.§.an bona.
9 ff.de iure fisci. † Sed hoc dotis lucrum defertur iure particulari tanquam æs alienum,& non iure hæreditario:quia extra hæreditatem,& bona mulieris esse dicitur:secundum Bal.in l.pro hæreditariis.nume.8.C.de hæredi.actio.& Deci.in consil.xix.in colũ.fina.& probatur per tex.optimum in d.l.si vir. quem ibi ad hoc ponderant Alex.& Vinc.Herc.post glos.& Paul.de Cast.ad leg.Falc.Iaso.in d.l.si arrogator.& tenuit Rota, vt in decisi. Achil.de Gras.decisi.cxx.lucrum.& paret ex se, quia statutum illud non defert sub nomine hæreditatis mulieris, & titulo vniuersali,sed titulo particulari dotis,& pro parte tantùm. Secundò,quoniam hoc lucrum dotis ex causa contractus dotalis, & matrimonij fit statuto id disponente: Sed quæ ex contractu debentur,aliqua agnitione haud egent.§.ex conditionali. institu. de verbo.obliga.l. cum hæredes.ff.de acquiren.posses.& titulo C.vt actio.ab hæred.& cont.hæred.Tertiò arguendo,à simili,
10 quoniam†lucra dotalia reseruanda filiis ex eodem matrimonio,transmittuntur ad hæredes absq; aliqua ipsorũ agnitione,vt dicit Bal. in d. l.generaliter.§.in his autẽ. Itẽ obseruatur in eo, qđ filiis ex dispositione.l.hac edictali.C.de secũ. nupt.vt tradit Soci.in consi.xxxv.visa.nume.12. colum.iij.volumi.quarto.Cast.in consil.ccclxv. pręsupposito quod pręfatum decretum.colum. ij. Idem in eo, quod ratione falcidiæ venit retinendum.l.quanquam.C.de leg.falcid.Ias.in d.l.

ſi arrogator.num.16.& ſimilibus, ſecundum Saly.in autenti.bona damnatorum.C.de bon.præſcri.& alios in locis præallegatis. Nec obſtant quæ conſulendo dicit Ang.in d.conſi.lxxxj.domina Maria.quoniam illud totum conſilium & ſequen. ſubſcrip. fundantur, in hoc vno fundamento, quòd ibi dotem ſtatutum filiis deferret iure hæreditario, ideo eorum agnitio in tranſmittendo requireretur: ſed hoc ceſſat in lucro dotis: vt ex prædictis patet. Illud præterea fundamentum negatur, per Paul.de Caſt.conſulen-
11 do contrarium, †quod imò illa dos non deferatur ibi aliquo iure hæreditario, ſed quodã iure particulari, vt per eum in conſilio cxxix.ſtatuta Piſana. quod & mihi certè videtur eſſe verius. nam præſuppoſito quòd dos iure hæreditario omnino filiis debeatur in eo ſtatuto, ne in matris poteſtate ſit, illud ſtatutum deludere, aliter de dote diſponendo in eorum prçiudicium, aut mulier decedat cum duobus teſtamẽtis, & duobus patrimoniis, ſeu hæreditatibus neceſſe eſt, quòd non reperitur conceſſum, niſi militibus fauore ſpeciali.l. poſthumus.§.fina.ff. de iniuſt. irrit.teſta.& ibi Barto.Bald.Paul.de Caſt.Barto. in l.quærebatur.ff.de milita.teſta.l.miles ita hæredem.§.& quia diximus.eodem titulo. Aut reliqua bona, eiſdem filiis cogatur relinquere, dicendum eſt, quòd eſt abſurdum. Et rationes Angel.ſatis leues ſunt, & prima, quòd dos ſit patrimonium mulieris, vel ius vniuerſale, ſecundum nota.in rubri.ſolu. matrimo. & quòd raro con-
ting

tingat vltra dotem, quicquam aliud in bonis mulierem habere, non concludit, quia ſatis eſt quòd alia bona habere poſsit, licet in actu non habeat. Vel eſto quod non habeat, non ideo ei negatur hæredem habere.l.hæreditas.ff.de peti. hæredi.l.libertus,qui non ſoluendo.ff.de bonis libe.l.tertia.& ibi not.ff.ad leg.Falci.falſum præterea eſt, dotem eſſe ius vniuerſale, vt diximus. ſuprà in rubri.& in vna bonorum ſpecie conſiderare ius vniuerſale alicuius, impoſsibile eſt. Nec ius ceſſat, quia raro caſus contingat. argu. l.ſi pater.ff.de ſolu.l.antiqui.ff. de petitio. hære. cum concordan. Altera quoque ratio, à ſimili
12 non ſtringit, dum arguit,†quòd ſicut legitimã, quam in teſtamento pater reliquiſſet, non poteſt filius extra ius hæreditarium habere repudiata reliqua hæreditate, Bartol.in l.quia poterat.verſicu.quæro an ille.ff.ad Trebel. quod ibi Alexand. dicit verum, & communiter probari. Paul.de Caſt.in rubri.de acquiren.hæredit.Rui. in conſilio lj.nume.13. volumi.iij. Item ſicut legatum certè rei factum iure inſtitutionis capi non poteſt cæteris bonis repudiatis, quæ mortuo hærede accreuiſſent.l.j.§.ſi ex fundo.l.ex facto.ff.de hæredi.inſtitu.ita quoque dotem in caſu dicti ſtatuti capere nequeant filij, niſi agnita matris hæreditate, in qua dos continetur. Nam datur ratio diuerſitatis inter hunc & illos caſus: quoniam in hoc caſu dos eſt debita ex diſpoſitione ſtatuti, extrà, vel etiam contra teſtamentum matris, & per condictionem ex ſtatuto peti

poteſt

poteſt, & ſic non requiritur, quod agnoſcant, vel acceptent hæreditatem matris, ad illam dotem conſequendam, cum abſque actione ex teſtamento conſequi eam poſsint. Legitima verò in teſtamento relicta: Item legatum prędictum, nulla actione debentur, niſi ex teſtamento, ideo nimirum eſt, ſi neceſſaria eſt agnitio hæreditatis, vt debeantur, & cum iure hæreditario deferantur, ea quis habere nequit, niſi totum illud, quod ex eo iure vniuerſali prouenit acceptauerit. l. prima. ff. de acquirenda hæreditate.

G L O S. V.

In textu ibi, Sine liberis.

S V M M Æ.

1 *Statuto lucrum dotis marito deferente ſi vxor ſine liberis præmoriatur, an ijs exiſtentibus locum habeat.*

2 *Statutum huiuſmodi de quibus liberis intelligatur.*

3 *Filiorum alterius tori exiſtentia, vt matrimonij impeditiua, eſt odioſa.*

4 *Aliud eſt dicere, talis quondam, & dici talis ſimpliciter.*

5 *Verbum importans qualitatem per modum demonſtrandi perſonam expreſſam, diſpoſitionem non reſtringit.*

6 *Negatiua plura negat, quàm affirmet affirmatiua.*

7 *Liberorum conditio an vno tantùm ſuperſtite defeciſſe intelligatur.*

Natus

8 *Natus exciso matris vtero an deficere faciat conditionem huius statuti.*

9 *Conceptus in his quæ sibi sunt fauorabilia pro iam nato habetur.*

10 *Mulier sine liberis decessisse non dicitur filio apud hostes captiuo mortis tempore.*

11 *Filius media corporis parte extra vterum moriens, an pro nato habeatur, vt faciat huius statuti conditionem deficere, & an rumpat testamentum.*

12 *Interpretatio l. quod dicitur. de lib. & posthu.*

13 *Partus immaturus an faciat conditionem statuti deficere.*

14 *Filiorum conditio nec in abortiuo nec in monstro nato verificatur.*

15 *Filius tempestiuè quidem post matris mortem natus nec abortiuus, ilico tamen decedens, an faciat conditionem statuti deficere.*

16 *Filio momento ante matrem prædecedente conditionem huius statuti verificari non inconuenit.*

17 *Filius matri superstes non agnoscens vel repudians hæreditatem, aut alio modo de iure ad capiendum incapax, an in hoc casu patrem à lucro dotis excludat.*

18 *Incapax pro mortuo habetur, fitque locus post eum venienti.*

19 *Capax cui alij à lege præferuntur, ijsdem per extranei institutionem exclusis, an testamentum querelare possit.*

20 *Statutum excludens fœminas propter agnatos à successione abintestato an tollat illis ius veniendi contra testamentum.*

Lege

21 *Lege vel ſtatuto quid alicui in defectum alterius perſonæ deferenti ſola eiuſdem perſonæ in conditione poſitæ exiſtentia idem excluditur etiam ſi alius ſuccedere nequeat.*

22 *Conditionis tacitæ tanta vis non eſt ſicut expreſſæ.*

23 *Mulier in monaſterio decedens an dicatur & cenſeatur ſine liberis deceſſiſſe.*

24 *Moriens ante poſſeſſionem an ſit vel habeatur pro religioſa perſona.*

25 *Probationis annus in religioſo & tempus deliberandi in hærede eandem recipiunt interpretationem.*

26 *Liberorum nomen in hoc ſtatuto ſicut in iure omnes deſcendentes complectitur.*

27 *Nepotes an appellatione filiorum ſicut & liberorum in hoc ſtatuto comprehendantur.*

28 *Statuto dicente, ſine liberis amborum, an comprehendat nepotes.*

29 *Statuto dicente ſine filijs ex eis, vel ex proprio corpore, vel ex eodẽ matrimonio, an cõprehendat nepotes tam ex filijs, quã ex filiabus, & ſequẽtibus tribus nũ.*

30 *Dictio ex, quid importet, & nume. 31.*

32 *Maritus exiſtentia liberorum alterius matrimonij non excluditur à lucro huius ſtatuti, modò non plus conſequatur quàm vnus ex illis.*

33 *Legis, hac edictali diſpoſitio an hoc ſtatuto tollatur. & nume. 36. diffuſiſſimè.*

34 *Argumentum de pacto ad ſtatutum negatiuè non procedit.*

35 *Legitima debita filijs in bonis matris an poſſit tolli per hoc ſtatutum de lucro dotis.*

37 *Statutum de gabella ſoluenda de hæreditate, non proce*

procedit in delata filijs à parentibus.

38 Resolutio diffusioris disputationis de abrogatione l. hac edictali per hoc statutum de lucro dotis.

39 Statutum de lucro dotis quibus casibus derogare censeatur, d.l. hac edictali. & quibus non, vsque ad fin.

40 Statuto de lucro dotis, casu quo deroget d. l. hac edictali. filijs forensibus & non subditis, statuentibus non praeiudicatur.

41 Statutum à Baronibus & castrorum dominis merũ & mixtum imperium non habentibus iuri communi derogare non potest.

42 Statutum de lucro dotis nullam faciens mentionem filiorum prioris viri nõ censetur derogare d.l. hac edictali. & est primus casus eorum in quibus d. statutũ non derogat d.l. vsque ad fin.

43 Generalitas admittit interpretationem ne iuri communi deroget.

44 Dotis lucrum ex hoc statuto marito solui debet ante, quàm filij prioris viri legitimam de bonis matris deducant.

45 Filij prioris viri agnita matris hæreditate an gaudeant emolumento d.l. hac edictali.

46 Filij, de quorum consensu mater ad secundas conuolat nuptias, beneficio d.l. hac edictali, non vtuntur. Idem si defuncti mariti consensu conuolarit.

47 Caueri quibus modis possit marito, vt plus consequatur quàm vnus de filijs prioris viri vxoris suæ.

48 Filijs erga matrem ingratis denegatur beneficium d. l. hac edictali.

49 Incapacibus bonorum filijs idem beneficium non conceditur.

Corpo

50 *Corporibus iusto pretio in dotem datis, poterit maritus filijs ex d. l. hac edictali. agentibus portionem in pecunia dare.*

51 *Condictio ex d.l.hac edictali. competit aduersus eum tantùm, qui ex accepta dote locupletior factus est.*

1 SVperstitibus † liberis igitur præmoriente vxore, hęc lucri conditio deficiet, & per consequens maritus defectu conditionis, lucrum dotis facere non poterit, ita respondit Paul. de Cast. in consi. ccclvj. suprascriptus dominus cõsultor. in j. col. vbi etiam negat filios superstites ad lucrum dotis prædictæ vocari. de quo nos dicemus suo loco. quòd liberi superstites faciant deficere conditionem lucri, & sic etiam cessare vocationem mariti ad illud, voluit idem Castr. in consi. cccxlv. viso casu. & allegationibus. in princ. & Rui. in consi. lxiij. quamuis. nu. 2. vol. iij. Sign. in cõsi. lxix. & Ray. inter consilia Signo. in consi. lxviij. nu. 3. & in consi. cclxiij. nu. xxviij. & Rot. nemine discrepante habuit pro indubitato, determinãs in causa quadam Rauennaen. contra maritum de anno 1549. die 15. Ianua. vt in decis. Achil. de Grass. cxviij. dotis lucrum. & moti sunt illi domini, quoniam hoc dotis lucrum videtur, à statuto deferri, vt homines contrahant matrimonium, & sic præmio quodã ad illud inuitentur: satis iure succursum reputantes in casu, in quo filij nõ existerent: quibus extãtibus satis lucratus erat maritus suscipiendo prolem. arg. l. liberorum. de verb. sig. & respondebant illi rationi

Deci

Deci.in consilio xix. & Curt. senioris in consilio lxxviij. quòd, quando habet filios, videtur magis vir releuandus, quia magis grauatus: quã quidem rationem adducit Rui. in consilio viij. nume.1. volumi.ij. quod illa ratio in casu Decij, poterat fortè procedere, quoniam statutum in vtroque casu loquebatur, scilicet, in casu existentium filiorum, volens virum lucrari, ideo de vno poterat meritò ad alium inferri, secundum eum ibi: secùs in hoc, in quo alia mens statuentium videtur fuisse. addunt præterea illud esse correctorium iuris, & ideo non extendendum: maximè quia resultarent in hoc plures absurditates, de quibus ibi per eos. Aliter etiam respondit huic onerum rationi Soci. Iun. in consil. xxvij. volu. j. omnino videndus in hac re. Vbi autem conditio liberorum nulla esset apposita in statuto, tunc, etiam stantibus liberis, maritus dotem lucraretur: vt dicit Alexãd. in l. ij. nu. 4. post Pau. de Cast. ibi, sol. mat. vbi dicunt hoc nõ habere dubiũ. & hoc dictũ refert, & sequitur Rui. in consi. cj. in pręsenti. nu. 4. col. iij. versi. sed præmissis. lib. j. per glo. iuncto text. in l. ij. ff. de pact. dot. & probat hoc Rolan. in quęst. lxxxvij. decreto. & statuta solẽt esse varia in locis; alibi expressum est statutũ, quòd stantibus filiis maritus lucretur, sed illis non stantibus non lucretur dotem, sed ad hæredes mulieris reuertatur: per Ioannẽ de Amic. in consil. v. tenor ergo statutorum erit inspiciẽdus. c. porrò. & ibi nota. extrà, de priuileg. & similibus. Cæ-

terùm ſtante prædicta liberorum conditione
2 † in ſtatuto poteſt dubitari, de quibus liberis intelligatur, an, ſi filij ex primo matrimonio extent ipſius mulieris, dicatur mulier deceſsiſſe ſine filiis, an, non: & ſic, an, dicatur conditio lucri defeciſſe, vel potius extitiſſe, cùm hi nō ſint filij ex eo matrimonio, & Bar. in l. cum vir. ff. de conditio. & demonſtratio. per illum text. ibi, dicit hanc conditionem intelligi de filiis natis ex eis: idem dicit Rui. in cōſil. lxj. nu. 13. & in conſil. lix. nume. 17. vol. iij. & Brun. in tracta. de ſtat. exclu. fœmi. prop. maſ. in vj. artic. q. xxvij. col. iij. & conſulendo tenuit Socin. Iun. in conſil. lxx. placet. nu. 1. & nu. 4. & ferè per totum. volu. ij. vbi quàm plurimos hoc voluiſſe oſtendi, & adducit bonas rationes, & ait id eſſe firmandum: maximè vbi comprobaſſet hoc hominū vſus, qui illam cōditionem de communibus filiis intellexiſſent, & ſecundū hanc delarationem fuiſſent ſoliti dotes reſtituere. Et Dec. vult hoc in conſi. xix. col. ij. & Soc. in con. lij. ſuper hac. nu. 5. col. ij. volu. iij. & Bal. in conſi. ccccxc v. quædam domina. nu. 11. vol. v. dum arguunt, quòd, quando ſtatutū de lucro, loquitur de conditione filiorum addendo verbum, ex eis, vel ex eodem matrimonio, & ſimilia: videtur voluiſſe derrogare l. hac edictali: vt aliquid plus operetur, quia quo ad ſolam verificationē conditionis ſufficit ſimplex cōditio liberorū, quæ de iure intelligitur de liberis natis ex illo matrimonio, abſque eo quòd illa verba addantur: & hæc fuit quæſtio
ſæpius

ſæpius diſputata inter Rayn. de Foroliul. & Signoro.de Homod.conſulētes in caſu occurrenti vt habetur in cōſiliis Signoroli. Primò nanque Sgnorolus in conſil.xxxvij. conſuluit prædictam cōditionem liberorum, eſſe intelligendam non de filiis natis ex priori viro, ſed de natis ex eis, ſcilicet vxore præmortua, & viro ad lucrum agente, vt habes in conſi.xxxvij. factum ſic.col.fin. contrarium conſuluit Rayn. ei reſpondendo: vt in conſilio lxviij. quædam mulier.in ij. & iij.colū,Replicat ei Signoro,longè plenius allegans pro hac parte, vt in conſil. lxix.in j. ij. & iij. column. Triplicat Rayner. in conſil.ccclxiij. ad cōfuſionem cuiuſdam nu. 28. & ſequentibus. & melius in ij. iij & iiij.col. In iſta diſputatione,quam non paucis mutuis conuiciis magiſter & diſcipulus inter ſe habuerūt admodum prolixè, mihi placet opinio Signoroli diſcipuli, quæ ex præallegatis eſt communis, & probatur ex text. in l. ex facto. §. ex facto. ad Trebellian. vbi natus poſt deportationem quaſi ex alio natus non compræhenditur ſub conditione liberorum fideicomiſſo appoſita: ergo multò minus qui penitus ex alio homine oritur. Item & melius in l.ſi vir. cum l.ſequen. ff. de conditio. & demonſtrat.dum in legato conditio de filiis appoſita ibi reſtringitur ad filios natos ex eis, ſcilicet ex teſtatore legante, & vxore legataria.quæ iura & ſimilia allegantur ad hoc, per Signoro.in dicto con ſilio lxix. in quæſtio. Blanditiæ. Nec euitantur

per Rayn.in consi.cclxiij. in col. ij. & sequenti, dum dicit illa procedere, vel vt fideicommiss. sustineatur, & valeat: vel ratione præsumptæ affectionis: quia primum non est verum, cùm magis videatur ibi de existentia conditionis, quàm de validitate fideicommissi quæri. Secũdum verò, non ita procedit in casu legati, quin ad casum etiam statuti huius rectè extendatur: vt Bar. ibi ex dicto casu legati ad statutũ infert. nam quẽadmodum testator in huiusmodi conditione videtur sensisse de filiis natis ex se, & non ex alio, idem videtur in hoc casu, vel si ipsi coniuges paciscãtur de dote lucranda sub conditione filiorum, vel si id per statutum inducatur, quod tacitum pactum dicitur, & in eorum persona id agere censetur. & ratio, quòd quis credatur verisimiliter ita sensisse, quæ sumitur ex text. & not. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. procedit in omni materia, & dispositione, vel hominis, vel legis, seu statuti. Dec. in consi. cccclxxxvj. nume. 3. Calcan. in consilio xj. numero 24. Gramma. in consil. iiij. nume. 3. & in consil. vj. nume. 19. & Doctor. alibi. Stringit Signorol. hoc, quia statutum deferens lucrum marito, id certè agit in eius fauorem, addens mox quòd propter filios excludatur: debet intelligi de filiis, secundum illius personæ exclusæ qualitatem, id est de eius filiis & nõ alterius: iuxta textum, in l. cum vir. ff. de conditio. & demonstratio. qui cùm loquatur in casu, cum ampliatur legatum: multò magis debet procedere, ne

lucrum

lucrũ perdatur. Et quòd dos accipiatur pro cõmunibus filiis, dicit textus in l. dotem. ff. de castr. pecul. ibi, oneribus eius ac communibus filiis. conditio igitur in statuto de lucro dotis, debet intelligi de communibus filiis & non de alienis. Vnde pro ratione statuti in hoc Dec. in consil. cclxxxiij. colum. j. considerauit, quòd marito, minus est graue ab hoc dotis lucro excludi propter filios proprios, quàm propter alienos, & quòd ideo homines, quia propter filios proprios se excludi sciant, non ita à matrimonio contrahendo se abstinebunt, sicuti si propter alienos solito lucro dotis se caritutos esse sciuerint. Accedant aliæ similes rationes
3 Signoro. in dicto consilio lxix. in col. iiij. †quòd existẽtia filiorum alterius matrimonij est odiosa tanquam impeditiua matrimonij contra publicam vtilitatem. l. j. ff. soluto matrimonio, & quòd dos datur propter præsens matrimoniũ. l. final. C. de donatio. ante nuptias, & contemplatione filiorum procreandorum ex eo. l. fina. ff. soluto matrimonio. Item quòd filij præsentis matrimonij, sunt quasi domini rei dotalis, ex quo vnà cum patre, & matre promiscuum vsum dotis habent. l. si quis. §. final. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. dotis. ff. de iur. dot. Item quòd si maritus alterius matrimonij filiis excluderetur ab hoc dotis lucro, multiplici dolore afficeretur, scilicet commodo dotis, & vxoris, & carentia prolis, quod non contingit in altero casu: quia saltem gaudet prole ex ea vxore

ſuſcepta . & quia in dote materna filiorum, habet vſumfructum.l.j.C. de bonis matern.l.fi. C. de bonis liber. & quòd veriſimiliter de his inter coniuges fuerit cogitatum in matrimonio contrahendo, & quodammodo videretur in hoc deceptus maritus, aliter intelligendo, & interpretando ſtatutum prædictum: argument.l.ij.C.de his qui ven.æta.Nec hæ rationes tolluntur reſponſione Raynerij in conſil. cclxiij. columna iiij. dum dicit eas procedere reſpectu temporis, quoſque viuit mater, & in vita eius, ſed non in morte, & reſpectu temporis poſt mortem: de quo tempore, filij primi & ſecundi matrimonij ſunt ſecundum ius commune inter ſe pares; & omnes pariter præferuntur marito in dote, vel aliis bonis eius mulieris. l. fœminæ. l. mater. cum aliis. C. de ſecundis nuptiis. nam replicatur, quòd, cùm non ſimus in terminis iuris communis, ſed ſtatuti lucrum dotis deferentis, prædictæ rationes perſuadent, quòd, quemadmodum ius commune in ſuo caſu, id eſt in caſu mulieris viuentis, intelligebat dotem dari pro filiis communibus, iuxta præallegata: ita ſtatutum in ſuo caſu lucri faciendi poſt mortem mulieris, videtur ſenſiſſe de communibus filiis & non de aliis: & concludunt, quòd maritus ſolito dotis lucro non priuetur propter filios alienos, qui quo ad ipſum ſunt extranei, & par eſt ei prædictum lucrum amittere propter eorum exiſtentiam, ſicuti per quemuis alium pe-

nitus

nitus extraneam, & quòd ideo tam necessarium in hoc casu existentium filiorum ex alio fuerit disponere, quòd vir lucretur nihilominus dotem quàm si nulli existerent filij: vt viduæ maritos, quibus nubere pro sua dignitate queant, facilè inueniant. Et sic responsio Rayne. quod simus in tempore mortis mulieris, & non in vita non tollit rationes prædictas in terminis stantis statuti prædicti. Aliud etiam considerauit in casu suo, in dicto consilio xxxvij. & consilio lxix. quatenus statutum illud Asten. dicebat, Si vxor sine liberis prædecesserit. & cætera. ponderans illud verbum vxor, qualitatem vxorationis importans, quæ qualitas determinabat secundum eum, illud verbum, præmori, & verbum, marito & verba, sine filiis: quòd quatenus determinabat verbum sine filiis, non poterat verificari in filiis ex alio: quoniam hi dicuntur filij quondam vxoris: cum quò ad eorum patrem olim mortuum non est amplius vxor, sed dicitur vxor olim: & quò ad maritum, quem ipsa ad præsens habet, & ille non est eorum pater, dici nequeunt filij vxoris. adeo, quòd quamuis rectè dicatur, Mulier Blandisia decessit superstitibus filiis: tamen rectè non dicitur, Vxor Blandisia decessit filiis relictis: quia illud nomen vxor, ad eos non bene refertur
4 nunc: quandoquidem †aliud sit dici talis quondam, &c. vel talis simpliciter. l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur. & ibi notat. l. cui.

versiculo, affinitates. ff. de postulan. l. viro, cum glo. solu. matrimon. l. diuortio. ff. de negot. gest. quemadmodũ quis non dicitur filius sacerdotis, vel regis, qui natus est antequã pater fieret sacerdos, vel Rex: iuxta not. in l. Imperialis. §. is illud. C. de nupt. l. Senator. C. de dignita. libr. xij. & aliud est dici de familia Potestatis, aliud de familia eius, qui est Potestas. l. j. §. familiæ. ff. de public. cum ergo filij ex alio non dicantur filij vxoris, quæ est hodie vxor, quamuis dicantur filij mulieris vel olim vxoris, non faciunt deficere conditionem statuti, de filiis vxoris loquentem. Hoc pulchrum est argumentum, sed potest euitari, quòd illud verbum, vxor nõ sit dictum determinatiuè ad verbum filiis, sed potiùs ad verbum, marito, ratione necessarij correlatiui: quia vxor & maritus, sunt correlatiua. l. j. ff. rerum amota. l. j. ff. de rit. nupt. Doctor. in l. fina. C. de ind. vid. toll. & rubr. & nigrũ. C. vnde vir & vxor, & ita procedant nota. in d. l. Imperialis. §. is illud: quia filius & pater sunt correlatiui, item familia, & dominus eius, ideo illa qualitas respicit vtrunque correlatiuum: & sic determinat illũ filiũ, vel talem de familia, & relatio potiùs fit ad necessariam, quàm ad contingens. l. nudis. l. natales. C. de probatio. cum vulg. hoc voluit respondere Rayner. in
5 dicto consilio. pro quo facit, † quòd verbum importans qualitatem expressam demonstratiuè seu per modum demonstrãdi personã non restringit dispositionẽ, vt sit necessariũ tempore

exist

existentis conditionis, illam qualitatem verificari, vt est doctrina Bart. & aliorum, secundum Rip. in l. Centurio. num. 141. versi. ij. quæritur. de vulga. & pupil. Alex. in consi. j. num. 5. vol. j. & sic videtur stare in isto casu per modũ, scilicet demonstrandi mulierem. Nisi fortè dicas, quòd cũ possit esse vtrunque, quòd fuerit dictum ad determinationem tantùm verbi, marito: Item ad determinationem quoq; prædictorum omniũ, scilicet verbi mariti, & verbi sine filiis, possumus accipere interpretationem, quòd etiam ad determinationem verbi filiis fuerit expressum, multis rationibus suadentibus quòd statutum voluerit solùm per existentiam filiorum propriorum excludere virum ab hoc lucro, & non propter filios ex alio, & sic defenditur relatio Signoroli, quòd quamuis de se non sit necessaria, nihilominus propter alias rationes accipiatur quasi necessaria. Et opinio Ray. parum videtur mihi probari ex his, quæ latè deducit, quia, quòd censeatur deficere conditionem liberorum, vel quia re vera extent filij mulieris, nihil est cum sint ex alio, & de hoc quæratur, an de filiis ex alio intelligatur, vel quia indefinita oratio æquipoleat vniuersali. l. si pluribus. de leg. ij. l. plures. de legat. iij. & ideo debeat filios ex alio compræhendere, leue quidem est, quandoquidẽ verum id non est data diuersitate rationis compræhensorum sub indefinito secundum Dyn. in rub. de reg. iur. in vj. allegatum per Ray. & Sign. in d. consiliis ad hoc. Et de diuersitate ex prædi-

ctis manifestè iam patet, vt eam nullo modo inficiari quis possit, stantibus præterea deductis superius volentibus, conditionem filiorum in dispositione disponente, præsertim inter virum & vxorem, intelligi de filiis ex eis natis, & non ex alio. Nec releuat Ray. respõsio, quòd eadem, vel maior ratio in eis videatur, quia per secundum matrimonium fit eis iniuria. l. fœminæ. & aliis. C. de secun. nup. & maritus magis excluditur, à filiis prioris matrimonij, quàm à propriis, cũ bonis matrimonialibus deueniẽtib. ad illos, non sit habiturus vsumfructum eorum, secùs si deueniant ad proprios. Nam hoc posset procedere in terminis iuris communis, nullo stante statuto de lucro dotis: sed stante hoc statuto volente virum lucrari dotem, intelligitur etiam in eorum præiudicium: & hoc aliqua lege non prohibetur: nisi certam mensuram excederet: vt in l. hac edictali. de qua dicemus. j. Nam hoc & in cæterorum extraneorum hæredum præiudicium, & iniuriam redundat: & nihilominus lucrum dotis marito debetur, quia de iure cõmuni cæteris omnibus habet ius debilius, & posterius succedendi vxori. §. & primo loco. instit. de bon. pos. Doct. C. vnde vir & vxor. Item & illud
6 Ray. de † negatiua, quod plura neget, quàm affirmatiua affirmet. l. hoc genus. de condi. & demõ. satis concludens nõ est: quoniam speciem filiorum, de qua statutum minimè intellexit, nõ debet comprehendere, ex quibus in summa habes quæ ad discussionem adduci possunt. q. huius,
quam

quàm Signo.& Ray.per plures paginas diffusissimè scripserunt. Nunc quero, † an cõditio liberorum dicatur deficere, vno filio superstite: &
7 dicas, procul omni dubio deficere, secundum Bal.& Cast.in l.j.per illum tex.C.de condi.inser. vbi Bal.decidendo hunc statuti nostri casum, dicit quod dictio sine,& absque, importat omnimodam carentiam,& defectum filiorum, perinde ac si statutum diceret, Si sine aliquo filio,&c. & ad hoc optimè facit quod dicebat & bene Ray.in d.consi.lxviij.& consi.cclxiij.quod negatiua omnia negat:& quod hæc conditio, est conditio negatiua,& in negatiuis,& priuatiuis non plus importat sermo pluralis, quàm singularis. Hanc Bal. & Cast.opinionem in terminis statuti nostri tenent, Alci.in l.non est sine liberis. de verbo.signi.allegans alios,& Ant. Cors. in sing. in versi.statuta Italiæ disponunt.& Arno.in soliloq.lxxix.diximus.Fel.in addit.ad Opus.Abb. impressa post Cõmen.sua in versi.omnes leges. col.ij.Ias.in l.singularia.nu.11.vers.quartò adde. si cer.peta.Fran.in c.si pater.col.xxx.versi. in gl. in verb.liberis.de testam.in vj.vnde Fulg.in cõs. cciij.visis.col.fin.& in consi.lxiij.Blasius. voluit hanc conditionem statuti de lucro dotis deficere, superstite vna filia fœmina.Rolan.vbi s̃.in q. lv.diffusissimè ostendit, quòd stante vno filio, vel filia fœmina debet hoc statutum de lucro dotis cessare. Et no.quòd filia fœmina non facit conditionem nostri deficere statuti, quando excluditur ab hæreditate, secundum Hyero.Grat.

in consi.xxxv.viso.nu.17.vol.j.vbi consuluit super statuto nostro. Et quòd & in aliis dispositio nibus hæc censeatur deficere, vno filio superstite, plenissimè dicit Soci.in consi.lv.visis.vol.iij. & Cagno.in l.si quis prægnantem.de regu.iur.& Aug.Ber.in c.in præsentia.nu.341.extrà de probat.Roma.in consi.cxlviij.visis.qui omnes allegant plures autores, sed omnium plenissimè And. Tiraq.in l.si vnquam.in versi.susceperit.nu.199. versi.tu tamen aduerte. & hoc secundum Cors. & alios. vbi s̄. Confirmatur etiam alia ratione, quia licet pluralis locutio requirat ad sui verificationem, saltem duos.l.vbi numerus.ff.de testib.tamen quando eadem est ratio in vno, quæ est in pluribus, seu in casu plurium (vt in isto casu considerat esse Ful.in prealleg.consiliis: quia, scilicet vnus filius, ita vt plures, debet ab hoc lucro maritum excludere, vt ipse matri succedere queat.) locum sibi vendicat, & verificatur in vno, vt statutum, de producente falsos testes, in vno etiam verificatur. Bar.in l.ij.§.sed si vnus. ff.vi bon.rap.per illum tex. item clausula mandatorum Papæ, si pro aliis non scripserimus: vt per Dom.de san. Gemi.in c.quãuis.el j.de rescr. in vj. Bal.& alios can.in c.mandatum.& in c.capitulum.S.crucis.extrà de rescript.gl.in c.ij.requiris.extrà de appel. Item subscriptio mercatorum, quæ dicebat, Titius & Socij defenditur in vno Socio.Cardi.in consi.clx.& sequitur Ias. multa congerens similia: in auten.si qua mulier. nu.41.C.de sac.san.eccle.Cors.Fely.vbi s̄. multa

quoq;

quoq; citant. Sed Tiraq.diffusissimè vbi s̃.à nu. 185.versi.sed de his satis.vsq; ad nu.ccxxix.vers. denique.quia allegat innumeros autores,in casibus quando numerus pluralis verificetur in vno,& quando non: quos ego transcribere sine pudore,& labore cum nequeam,eos præteribo. Illud verò mihi non videtur silentio inuoluendum, quòd hoc nomen liberis sicut nomen pugillares,& codicilli, solet in nume. plurali proferri,etiam quando volumus de vno dicere, teste Caio Iureconsf.in l.non est sine.de verb. sign. & ibi not.Alci.& Cepol.& plurib.probat And. Tira.vbi s̃,nu.200.versi.nec id quidem mirum. licet aliquando & in singulari numero aliquem expressisse adnotatum est,vt per Cepol.in l.cognoscere.§.liberorum.eod.& Alc.in d.l.non est. Vice versa dicas,si statutum loquatur,in numero singulari,Si decedat sine filio,& decesserit pluribus relictis, quòd maritus ab hoc lucro excludetur,& conditio defecisse censebitur, vt tradit Rip. in l.ex facto.§.si quis rogatus.nu.53. ad Treb.quod probatur tum propter identitatem rationis,tum etiam quia in plurali numero inest singularis,arg.l.cum furti.ff.de in litem iu-
8 rando.Secundò quæro,an †is qui exciso matris ventre in lucem prodiit,conditionem hanc statuti deficere faciat, & quia quò ad matrem non dicitur natus, licet secùs quò ad patrem, qui opus suum quò ad generationem concepit:vt dicit Bald.in l.fina.nume.8.versicu. vidi dubitari. C.de suis & legi.fortè aliquis in casu statuti no-

stri

ſtri, quod videtur reſpicere matrem deceden-tem, ſcilicet ſine liberis, negaret ex eo deficere hanc conditionem. Contrarium tamen, procul omni dubio, eſt tenendum: quia lex interpreta-tur eam etiam habere filios tempore mortis e-ius quæ exciſo ventre edere poſsit. l. etiam ea. ff. de verb. ſig. l. intelligendus eod. ac fingit natum, priuſquam mater deceſſerit. Bal. in conſi. cxxij.

9 verba teſtamenti. volu. j. † quoniam in his, quæ ſunt ſibi fauorabilia ſemper is, qui in vtero eſt, habetur pro nato. l. qui in vtero. & ibi nota. ff. de ſtatu hominum. l. quod dicimus. de verborum ſigni. & hic agitur de fauore eius: quia excluſo patre ab hoc dotis lucro, matri poterit in dote ſuccedere, quippe, qui vocatur ad eius legitimá hęreditatem. l. pater. §. filio. ff. ad Senatuſconſul. Tertul. in l. prima. §. ſed & ſi matris. ad Senatuſ. orficia. qui etiam poteſt teſtamentum rumpere. l. qui dicitur. vbi Angel. Caſt. Franci. Aret. Alex. Et Iaſo. in l. quod dicitur. de liberis & poſthum. vel inofficioſum redarguere. l. poſthumus. ff. de inofficio. teſtamen. Ideo & in emphyteuſi rece-pta pro ſe, & filiis &c. extractus ex vtero matris præmortuæ habetur pro nato. Iaſo. Archid. in ſumma ſua feud. Bal. in dicta l. fin. Caſt. & Alex. & Iaſo. in dicta l. quod dicitur. & licet in caſu quando ſtatutum loqueretur de natis, aliqui Docto. dubitauerint, an compræhenderetur ex-ſectus ex vtero, quia mulier peperiſſe non dici-tur, cui mortuæ ventre exciſo extrahitur filius. l. anniculus. de verborum ſignificatio. l. ſi ego. §.

part

partus.ff.de public.in rem act.tamē iſta dubitatio ceſſat in noſtro ſtatuto, quod non loquitur per verbum de natis. præterea, illa dubitatio procedit quò ad vim verborum, ſecùs attenta diſpoſitionis ratione, ſecundum quam nihilominus exciſum complecti debet in prædicta filiorum conditione, ſecundum Soci.in conſilio cxcvij.circa.colum.prima.volu. ſecundo, Bald. in conſilio cxxviij.ad intelligentiam.volumine primo,& pluribus oſtendit id Tiraq.in dicta l.ſi vnquam.in verſiculo,ſuſceperit liberos. nume-
10 ro 121. † Dicitur quoque mulier deceſsiſſe ſuperſtite filio: ſi apud hoſtes is fuerit tempore mortis mulieris, & demum in patriam reuertatur.l.etiam ea mulier.ff.de verbo. ſignificatio. quod & puto quo ad verificationem huius conditionis, quamuis apud hoſtes ille moriatur. nam prout conſiſtit in facto, ſufficit conditionem verificari.l.qui heredi.l.Mæuius.ff.de conditio.& demonſtra. vt infrà in alia quæſtione
11 dicam. Tertiò, † quid ſi filius medio corpore egreſſus fortè capite, priuſquam totus in mundum prodiret in anguſtiis matris expirauerit, mortuúſque naſcatur, an conditio ſtatuti defeciſſe cenſebitur? Hæc quæſtio etiam determinari poteſt ex his,quæ deducit Andre. Tiraq. in dicta l.ſi vnquam.in verſicu.ſuſceperit liberos. numero 13. verſiculo,verum maius.& numero ſequen. vbi poſtquam dixerat hunc haberi pro nato: & videri teſtamentum rumpere poſſe.dicta l. quod dicitur. & quia poteſt baptizari ſe-

cundum

cundum Hostien.in sum.de baptis.§.quę sit eius forma.Archid.Domi.de San.Gemin.& Card.in c.baptizari.distinct.v.Henr.Boich.in c.maiores.de baptism.Capel.Toloz.plenè in quæstio.clvj. Item fuit quæsitum quidam puer. determina[illegible] hunc haberi pro non nato.per tex.in l.quod certatum.C.de posthu.hæredi.ibi, si viuus perfectè natus est,& ibi,si viuus ad orbem totus processerit. quæ verba designant rem absolutam ex omnibus partibus,& sic satis non est partem,dũ viuebat prodiisse, nisi totus viuus prodierit in mundum, alioquin non rumpit testamentum, nec alia assequitur, quæ ad filios pertinere noscũtur,ita velle Bar.Cor.Aret.& alios,in l.quod certatum.& Bar.& Ange.in d.l.quod dicitur.& Are.in §.posthumi.refert Tiraq.vbi s̃.& d.Alci. in l.qui mortui.de verb.sig.Nec obs.quod is baptismi sacramento donari posit, quia respõdet inde nõ inferri ad ea,quæ sunt iuris ciuilis:nam nedum semiorto, dispensatio salutis æternę indulgetur,verum etiã,Omnipotens,& Benignus Deus indulsit eam interdum exist̃eti penitus in vtero matris,vt de Hieremia,& Ioanne Baptist. legitur in sacra scriptura, & opera Dei non restringuntur humanis constitutionibus. cap.j.de reliq.& venera.sanc.in sexto.cap. quia propter. de electio. Nec etiam obstat text. in dicta lege,
12 quod dicitur: † quoniam ille textus intelligitur, de non integro respectu membrorum, qui oritur carens aliquo membro:totus tamen viuus in lucem podiit, is rumpit testamentum,

quia

quia eſt integer homo, quò ad formam hominis, quamuis mutilatus ſit:ſiquidem homo eſt anima & corpore conſiſtens, in terris viuens. capitulo, in quadam: de celeb. miſſa. vt declarat Soc. in l. cum auus. numero 110. verſ. aliquando & ſecundo naſcitur. ff. de condit. & demonſtra. Quartò quæro de partu immaturo, vt de nato in quinto, ſexto, vel octauo conceptionis ſuæ menſe:& Bal. in conſi.cxxviij.ad intelligentiam.volum.primo. & in cõſi.cxiij.proponitur.lib.quinto.dixit, quod quamuis talis viuere nequeat, tamen ex quo viuus deuolutus eſt in orbem, facit hanc conditionem deficere. ad hoc etiam citatur Bertrand. in conſi. ccxvij. numero 5. lib. j. & Corn. in dicta l. quod certatum. ſed hos duos non vidi. Tu teneas contrarium,quòd imò conditio extitiſſe cenſeatur. nam immaturus partus licet viuus edatur, tanquam abortiuus habetur, qui non rumpit teſtamentum:nec plus iuris habet, ac ſi procreatus non eſſet, vt voluerunt Paul.de Caſt.Alex.Raph. Cum.Chriſtof. Caſtel.Ioa.Bapt. à S. Seuer.& Iaſ. in d. l. quod certatum. quæ eſt l.iij. C. de poſthu. hæred. Soc. in conſ. cclxxv. in cauſa.frum. num. 20. verſi.poſt.abſolutionem lib.ij.quem refert & ſequitur Soc. Iun.in conſ.cvij.nu.18. vol. iij. & in conſ.xxxv. viſa volu.ij.quam plurima deducit de partu octomeſtri,quòd ſit iudicandus abortiuus: & præſertim ſi exciſa matre fuit extractus, & ſua vi in lucẽ non prodiit,de quo ipſe meminit idem tenens in d.l.cum auus.nu.110.& Dec.in l.poſthumo. col. iij.verſi. prædicta autem.C.de bono.poſ.

cont. tab. & Hipp. Marſ. in conſ. x. caſus. nu.36. & d. ſing. cvj. qui de proximo. & in l. vlt. nu.160 ff. de iuriſd. omn. iud. Fely. in c. ſicut. extrà, de homicid. Afflict. in deciſ. Neap. 236. partus: loquens de octimeſtri. Alc. in dicta l. qui mortui. de verb. ſign. Fulgo. in conſi. lxix. punctus talis eſt. Lau. Calcan. in conſi. ciiij. licet abunde. & de octimeſtri, quòd non reputetur inter filios tradit Tomas gram. in conſi. cliiij. in conſiliis ciuilibus. & Haym. Crau. in conſilio ccx. nume. 6. in ij. vol. Cepol. in conſi. quinquageſimo. in conſiliis ciuilibus. Et ad hoc optimè facit illud Pauli Iurecõſ. lib. iiij. ſenten. Quod matres tam ingenuæ, quàm libertinæ ciues Romanæ vt ius liberorum conſequutæ videantur (ait Paulus) ter, & quater, peperiſſe ſufficiat, dummodo viuos, & pleni temporis pariant. & ſic non ſufficit viuum edere, ſi maturus, & tempeſtiuus partus non fuerit. hoc etiam refert And. Tiraq. vbi ſuprà, nu. 167. verſ. eam tamen. Et hæc concluſio defenditur ea ratione, quoniam præſuppoſito, quod partus non ſit vitalis, & maturus, iudicatur de eo, vt de abortiuo imò abortiuus ipſe reputatur. Abortiuus enim partus non ſolùm eſt, quando mortuus eiicitur, ſed etiam ſi viuus, quando eſt immaturus, atque minimè vitalis; vt poſt Alex. & Cuma. declarat Soc. in dicta l. cum auus, num. 110. & ſeq. & Fulgo. in d. conſ. lxix. punctus. in fi. & abortiuus non connumeratur inter filios, ſecundum Doct.
14 vbi ſuprà: † ideo conditio filiorum in eo non verificatur; vt & per Tiraq. vbi ſuprà numero 168.

quic

quicquid dixerit Bald. vbi ſuprà de cuius autoritate in hoc in quo habet communem opinionem contrariam, non eſt curandum: qua ratione partus octimeſtris non ſit vitalis: & de ea materia congeſsit quamplurima Tiraq. vbi ſuprà. Eandem concluſionem facias, ſi quid monſtruoſum non humanæ figuræ ſed animantis magis, naſceretur quod inter liberos lex non connumerat. l. quæret aliquis. ff. de verborum ſignificatione. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu hominum. Soc. in dicta l. cum auus. num. 111. Quintò quæro
15 †de filio poſt matris mortem tempeſtiuè nato, ſuæ conceptionis tempore completo: qui ſtatim, quòd editus fuit, mortuus eſt, an conditio prædicta filiorum eius natiuitate dicatur defeciſſe, vel ſi defecit per eius mortem immediate ſubſequutam, mox exiſtere cœperit. Veritas eſt quòd per exiſtentiam filij conditio ſtatuti ſtatim expirauit, nec per eius mortem illico ſubſequutam potuit reuiuiſcere: vt in ſubſtitutione receptum communiter extat. Rip. poſt alios in l. ex facto. §. ſi quis autem. ad Treb. Aret. in conſ. quinquageſimo. copioſè. col. tertia. Alex. in conſ. cxxxix. circa primum. numero 3. verſic. ſed præmiſsis non obſtat. in lib. vj. vbi addit Bal. in c. j. §. cũ eſſet. in vſibus Feud. titu. Epiſ. vel Abb. & eſt conſ. xxj. Oldr. incip. thema tale. & in cõſi. cxlj. Dec. in cõſ. cxxxix. viſo. col. fi. Bal. in cõſ. lxvj. nobilis miles. volum. iij. Fulgo. conſil. xlvj. Andreas. Iaſ. in l. ſi quis hæredem. C. de inſtitut. & ſubſtitutionib. Ang. in §. quoniam infirmas:

perglo. ibi, in auth.' de nupt. Dec. in consi. xiij. substitutio.& in consil.ccxviij.colum.ij. & Abbas in consil.xl.venio,lib.j.nume. 2.dub.& alij quamplurimi allegati per And.Tiraq.in d.l.si nũquam. in vers.' suscepit nu.153. & nu. 151.& in terminis statuti nostri de lucro dotis, tenuit Alberi. in ij. par. statuti. q.cvij.statuto cauetur.in quibus terminis etiam hoc tenuisse Cyn. & Bald. in d.l. si quis hæredem, refert And. Tiraq. vbi suprà nu. clj.& hæc conclusio confirmari posset penè infinitis similibus decisionibus cõgestis,à Tiraq.vbi suprà nu.clj.versic.in diuersam tamen sentẽtiam vsque ad nu. 167. vers. eam tamen. Nec obstant quamplurimæ decisiones citatæ à Tiraquel. vbi suprà à numero 137. versi. sed & hoc. vsque ad nume. 151. vers.in diuersam tamen.quæ videntur contrarium fortè suadere. quia procedunt, vel quia in illis casibus non contingentia facti, id est existentia filiorum, sed magis perseuerantia seu permanentia requiritur, vel quadam æquitate id sustinetur: vt illud de posthumo præterito moriente in vita testatoris. l. posthumus. ff. de iniust. irrit. test. vel per quandam similitudinem: vt illud Iob capitulo decimo, Fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. vel vt tandem dicam, quando filij ponuntur in dispositione pro causa moderante dispositionem pro tempore eorum existentiæ: secus ergo in casu nostro, in quo stant per modum conditionis, quæ in momento verificatur, & ea verificata statim expirat ius, quod nunquam re-

uiui

uiuiſcit. l. qui res ſuas §. aream. ff. de ſolutioni Rolád. vbi ſuprà in quæſt. 51. firmat hoc plurib. & limitat, niſi ſtatutum dicat, ſi vxor liberos non habuerit: quia tunc ſufficit ad excluſionem mariti vxorē ſemel filios habuiſſe. Ecōtra † ſi filius
16 natus moriatur ante matrem licet momento præ deceſſerit, conditio ſtatuti dicetur extitiſſe, quòd ſcilicet mulier ſit mortua ſine filiis: & lucrum marito debebitur: vt per Alber. in tract. ſtat. in quæſtio. cviij. ſtatuto cauetur quòd mortua. & Cepol. in dicta l. non eſt ſine liberis. de verborum ſigni. & per trad. per Doct. maximè per Rip. in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel.
17 Sextò quæro, † quid ſi filius ſuperſtes maternam hæreditatem non agnouerit, vel quia eam repudiauerit, vel quia erat incapax, & inſucceſsibilis religione fortè, vel aliqua lege ſeu ſtatuto, vt puta excludente fœminas ab hæreditate aliis deferendo, excludetur ne maritus ab hoc lucro? Et ius noſtrum municipale in ſtatuto ſubſeq. cauit id expreſsim, quòd in eo caſu eam lucretur: & ſuper eo conſuluit Hyer. Grat. in conſ. xxxv. viſo. in col. ij. lib. j. Si autem id non expreſsiſſet, aliud eſſet, vt reſpondit Bal. in conſ. ccxciij. præmiſsis duobus. li. j. & mouetur, quoniam illa conditio Si ſine liberis, deficit per ſolā eorum exiſtentiā etiam quòd hæredes non ſint. l. filiusfamil. §. cum quis. & ibi not. de legatis primo. & dicit quòd nos ſtatuto aliquid addere non debemus l. ſi verò. §. de viro ſoluto matrimonio, & quòd ſtatutum ſciuiſſet de filiis hæredibus dicere, ſi

id voluiſſet.l.j.§.Sinautem deficientis. C. de cad. tol. & hoc tenuit Rota. vt per Achil. de Gras.in deciſ. cxviij. dotis lucrum.vbi conſiderarunt domini, quòd ſtatuentes, non habuerunt ad ſucceſsionem conſiderationem aliquam, ſed potiùs ad inuitandum homines ad matrimoniũ contrahendum,deferẽdo illu d lucrum in caſu expreſſo, filiorum non exiſtentiũ, & propterea, quòd ſint ſucceſsibiles vel nó,inſpici nõ oporteat.& ſic ego puto tenendum eſſe. Sed hæc concluſio aliquam difficultatem videtur pati, ex non paucis deductis per Tiraq.vbi ſupra.nume. 85.verſiculo qua etiam ratione. conſiderandi ſunt itaque tres ca-
18 ſus. Et primus, † quando aliquis eſt incapax hæreditatis, vt monachus ordinis minorum, vel deportatus, & ſimiles, & agitur de ſuccedendo alicui, tunc is habetur pro mortuo, & locus fit ei, qui poſt eum ad hæreditatẽ vocabatur: vt per Bart.in l. j.§.qui habebat.ff.de bon.poſſ.cont. tab. l. poſt mortem. §. liberis. ff. eod. l. j. §. ſi pater. ff. de coniung. cum eman. lib. l. qui repudiat. §. vlt. ff. de inof. teſtam. §. ſoluto. in aut. de nup. & iſte caſus eſt indubitabilis. Secundus caſus eſt
19 †quando eſſet quidem capax: ſed lex ei alium præfert, verbi gratia, quando ſtatutum excludit fœminas ſtantibus agnatis, & contingit teſtatorem maſculos vel agnatos excluſiſſe, extraneum protſus hæredem faciendo: & hic caſus, an fœminæ à ſtatuto excluſæ in hoc caſu venire queant, aduerſum teſtamentum, eſt admodum dubitabilis, ſecundum Bart. in l. j. §.

ſi pa

ſi pater. ff. de coniungendis cum emancipato liberis eius. in quo ipſe dicit quòd ſi maſculus filius, propter quem à ſtatuto fœmina excluditur, à teſtatore præteritur, extraneo hærede inſtituto: filia non poteſt dicere teſtamentum nullum: quoniam hoc ius competebat filio, & non filiæ, ſtantè illo ſtatuto, vnde illa inſtituenda neceſſariò non veniebat. ſed ſi vult filia querelam proponere contra teſtamentum, quia illud ius oritur poſt mortem teſtatoris poſt aditam hæreditatem filiæ fœminæ non præfertur maſculus: & ideo maſculo ritè exhæredato, extraneo hærede inſtituto filia fœmina ſuccedet per querelam expugnantem teſtamentum. Vel ſi ſtat aliquod ſtatutum diſponens, quòd filio habenti fratres carnales mater non ſuccedat, & omiſsis fratribus ille inſtituit extraneum, & Bartolus vbi ſuprà, ait videri matrem admittendam, quia frater, qui eam excludebat, præteritus à teſtatore, habetur pro mortuo: mox contrarium determinat, aſsignans differentiam inter hunc caſum, & præcedentem: quia quando actus priuationis alicuius, præcedit actum aſsignationis factæ alteri de eadem portione, qua ille eſt priuatus, vt in ſuperiori caſu, procedit concluſio prædicta: vides enim exhæredationem præcedere actum aſsignationis: ſcilicet inſtitutionis de extraneo factæ. quando autem actus priuationis vnius, & aſsignationis factæ alteri, eſt

vnus & idem actus, secùs est: & resultat, eo ipso, quòd vni dat: quia alter venit eo priuandus: vt in ista quæstione de matre & filio, si mihi licet contra tantum virum os aperire, ista doctrina non habet iuris saporem, & nescio videre quid magis iuris resultet, quòd actus priuationis & assignationis in vno sit vnus & idem, vel separatus in alio. Ego existimo, vim omnem esse huius difficultatis, an scilicet, dum statutum excludit filiam, vel matrem ab hæreditate defuncti, stantibus masculis, tollat ius querelandi, contra tabulandi, vel dicendi nullum testamentum defuncti. si Bart. concedit in casu de filio, & filia censeri sublatum ius contratabulandi, & dicendi nullum, cur non & ius quærelandi? & quid refert, quò ad hoc statutum, quòd ius dicendi nullum oriatur tempore testamenti, ius verò querelandi post mortem testatoris adita hæreditate? nihil certè refert, quoad vim statuti tollētis propter exclusionē, illam potestatem veniendi contra testamentum, nam sequeretur, quod semper filiæ fœmine possent quęrelare testamentum paternum, & sic statutum redderetur delusorium, prout dixerunt non pauci vt infrà. Nec tex. in dict. §. si pater, in quo se fundat Bart. vrget: quia rectè potest in terminis iuris communis procedere. siquidem de iure communi, si filius ritè exhæredatur, non potest dici testamentum nullum per nepotem, cui in eo iure dicendi nullum, præfertur filius, & solum ipse fuerit exheredandus, vel hæres

inst

inſtituendus, non tamen nepos de iure communi impeditur, poſtquam filius ritè exhæredatus tacuit, & extraneus hæreditatem adiit, quominus accuſet teſtamentum inofficioſum: quia hoc ius oriens poſt aditam hæreditatem non cenſetur ei ablatum, nec in eo ſibi obſtat ille, qui habitus eſt propter exhæredationem, aditione hæreditatis, confirmatam, pro mortuo. ſecùs ſi ius commune, excludens nepotem propter filium auferret eidem omne ius veniendi contra teſtamentum: vt videtur ſtatutum in noſtro caſu velle. Ideo conſidero in hac materia, quòd ſi ſtatutum tollit ius veniendi contra teſtamentum per quoduis remedium cùm excludit fœminas propter maſculos, & tũc nec mater, nec filia, poteſt venire contra illud, extraneo etiam hærede inſtituto. aut id non cenſetur per huiuſmodi inducere, & tunc ſecus. Hinc quoque infero quòd cùm aliis fœminis agnatis (quibus non poteſt aliquod remedium de iure communi competere aduerſum teſtamentum) ſit minimè conceſſum impugnare teſtamentum, ſtatuto diſponente, quòd agnati omnes fœminis præferantur, & extraneus hæres factus fuerit, procul omni dubio fœminæ non poterunt aliquid dicere, & extraneus habebit hæreditatem: quoniam ipſæ non habent ius infringendi teſtamentum, nec etiam agnatus. Verumenimuero controuerſum non parum eſt
20 inter Doctores omnes, an † ſtatutum eo ipſo, quòd excludit fœminas proprer agnatos à ſuc-

cesſione ab inteſtato, videatur illis tollere iu veniendi contra teſtamentum. & tres fuerunt in hoc opiniones. Prima fuit prorſus negatiua quòd quiſquis hæres inſtitutus fuerit, illud expugnare fœmina valeat, aliquo remedio iuris communis competenti ſibi, vt tradit Paulus de Caſtro in conſilio cxcvij. in puncto quæritur de quadruplici. ſecũdum impreſsionem antiquam. & Soc. in conſ. cl. & in l. Gallus. §. quid ſi tantùm de lib. & poſtum. & alij multi ibi Alex. & Doct. in l. filiæ. C. de collat. Abber. Brun. plures cumulat in tract. de ſtatu. exclu. fœm. propter maſculos. in x. artic. qualiter & quando in quæſt. quarta. in principio volentes quod ſit quid imputandum teſtatori, ſi huic caſui non prouidit. l. mulier. §. fi. ff. quod metus cauſa. Secunda fuit affirmatiua, quòd videatur ſtatutum velle, quòd talis perſona excluſa venire nequeat contra teſtamentum & deducere teſtatorem ad cauſam inteſtati, ex quo ipſa ſuccedere nequit, vt per Caſtr. in dicto conſilio cxcvij. Anch. in conſi. ccccxxviij. Rui. in conſilio quinquageſimoprimo col. fin. vol. iij. Alex. in conſi. xix. circa. numero quarto, vol. vj. Ang. in conſilio ciiij. & conſilio cv. & Iaſ. conſil. cv. libro quarto. Alb. Brun. alios refert vbi ſuprà. Et eorum qui primam tenuerunt aliqui intelligunt vel quòd poſtquam res redacta eſt ad cauſam inteſtati, illa perſona ſuccedat, vel ſi ſuccedere non poteſt, habeat illud ius rumpendi venale pro aliquo, cui prius ab inteſtato deferretur hæreditas. Tertia fuit opinio, quòd ſi extraneus

repe

reperiatur hæres inſtitutus,non intelligitur tunc ſtatutum velle,quin mulier poſsit aliquo iuris remedio teſtamentũ infringere: & poteſtate impugnãdi cenſeatur in eo caſu priuata à ſtatuto,quãdo agnatus aliquis eſſet inſtitutus hæres : cùm in fauorem agnatorũ illud ſtatutum editum fuerit. ita pleniſsimè conſulẽdo tradit Dec.in conſi.ccclxxxiij.& in conſ.ccclxxviij.& in conſi. ccxcvj. & Paul.de Caſt.in dicto cõſi.cxcvij.&Soc.in cõſil.cl. verſi.& quam confirmo.nu.26. colum.mihi xiiij. vbi dicit ita eſſe communem ſententiam , & per multos vidiſſe conſultum. & Alex. idem atteſtando quàmplurimos congerit.in conſilio xlvij. abunde.numero 9. verſic.ideo totum.& ibi apoſ. vol. ij. Alber. Bun. vbi ſuprà in ij.membro.Doct. in d.§.& quid ſi tantũ.Et ſecundũ hæc iſtũ ſecundum caſum rectè determinari poſſe opinor.Illud eſt clarum,quòd,ſi is qui alteri in ſucceſsione prę fertur, hæreditatem refutauit , ille qui poſt eum vocabatur ad eam admittitur. l. ij.§. ſed ſi ſint. ff. ad Tertul.Bar. in l. prima.§.qui habebat.numero 7. ff. de bon. poſ.cont.tab.& aliis vt ibi per eum.

21 Tertius eſt caſus, quando† aliquis excluditur ab alio,nõ qa ille ſibi præferatur,& ius ſuccedẽdi potius habeat ſe,ſed quia ille eſt poſitus in cõditiõe ſibi ad hoc vt ipſe ſuccedere queat,in euentũ ſcilicet ꝙ ille nõ ſuperſit:& tũc ſufficit pro defectu,& non implemento dictæ conditionis , ꝙ ille exiſtat in rerum natura:quãuis vllo modo ſuccedere nequeat.ita voluit Bar.in j.§.ſi pater col.ij.ver.vt igitur iſta materia.ff.de cõiũ.cũ emã.lib.& in d. l.j.§.

qui

qui habebat. versic. quinto quæro. & in l. filius. familiâs. §. cum quis. per illum textum ibi, de leg. j. & Dec. in d. conf. ccclxxxiij. & conf. ccclxxvij. & Ana. in consi. xxij. ad probandum. vbi dicit rationem esse, quia in conditionibus attenditur nudum, & merum factum. l. Mæuius. l. qui hæredi. ff. de conditio. & demon. & sequitur Raph. Cuma. in conf. cxxj. Gerardus. Corn. in consil. j. num. 27. vers. deueniendo autem. volumine iiij. post glo. in d. l. ex facto. §. fin. Bart. Imo. Castr. ibi Augu. Bero. in capitulo, in præsentia. numero cccxlij. de prob. Cepol. in dicta l. non est sine. glo. in l. j. & ibi Pet. Iac. Aret. Bart. Bal. Castr. Cum. & communiter omnes. C. de cond. inser. Anch. in conf. cccxcvj. in vnum. Bal. in d. cap. in præsentia. num. 38. col. pen. vers. & dicit Bart. de prob. & hic est casus noster, quia filij, in hoc casu stant in conditione quo ad casum, vt maritus ad lucrum posit venire. Modò responde ad ea, quæ ex aduerso deduci possent, & in primis ad illud, quòd is qui non succedit, habeatur pro mortuo. d. l. si pater. l. j. §. sed si patruus. ff. ad Tertul. Soc. in conf. xxxv. viso num. 10. vol. iiij. & aliis multis, vt per Tiraq. ibi suprà. nu. 89. vers. denique paria. inferentem ad plures casus. dicas, quòd allegata procedunt in prædictis casibus, quando ille, qui veniebat excludendus propter alium, excludebatur propter ius potentius alterius qui sibi præferebatur: nimirum igitur erat, si talis factus insuccessibilis non impediebat eũ qui vocatur in defectũ ipsius: secùs in hoc in quo maritus propter

filios

filios non vocatur ad lucrum.cum tantùm in casu in quo, non ſuperſint illi,per ſtatutum vocetur, & ſic dici non poſsit excludi propter ius potentius eorum.Ad ſecundum quòd conditio tacita, de qua in l.cum auus. de cond. & dem. non deficit ſtante filia excluſa per ſtatuum, Item quòd mater excludens aliàs ſubſtitutum ex tacita vulgari contẽta ſub pupillari, tunc non excludat,quando ipſa non poteſt ſuccedere,vt latè per Tiraq. vbi ſuprà. numero 85. & 86.multifariam.
22 Reſpondeo primò quòd † tanta non eſt vis conditionis tacitæ ſicut expræſſæ,vt diſtinguendo poſt Albe.dicebat Soci. in d. l. cum auus. col. ij. verſ. ex quibus infertur vna alia. Ideo de illa ad iſtam non rectè infertur.Secundò quia illa conditio tacita ex mente teſtatoris præſumpta oritur: vt volunt omnes in d. l.cum auus. quæ præſumptio ceſſat, quando illa perſona ſuccedere grauato non poteſt. vnde ſubſtitutus merito admittitur non obſtante tali perſona: ſecùs in iſta expreſſa conditione contingit, vt iſtam differentiam perpendit Corn. in d. conſ. j. nu. 30. in vol. iiij. vbi ad hoc allegat Bal. Ang.Rica. Saly.Rain. Franc.de Ramp.& Imo.Tertio & fortius negando reſpondetur, quòd imò etiam in tacita conditione ſola exiſtentia filiorum faciat, vt ſubſtitutus excludatur, ſecundum magis communem opinionem, de qua atteſtatur Tiraq. vbi ſuprà nu. 100. verſ. ſed ita res ſe habet. Hinc quoque dico: quod dum Bar. in d. l. filiusfamiliàs. §. cum quis.& Raph. Cum in d. conſ.cxxj. Gerardus.col.ij. & nonnulli alij

alij volunt conditionem filiorum in substitutione intelligi, si filij saltem sint capaces, alioquin eam haud faciãt deficere, minus rectè loquuntur & eis quàm plurimi contradicunt, quos citat Tiraq. vbi suprà. nu. 106. vers. imò sunt vel ꝙ aliud est in isto casu, quicquid sit in casu Bart. & Cum. vbi suprà. quia in testamento, cum voluntas & mens testatoris, sit domina & regina. l. in conditionibus. & ibi nota. de cond. & dem. cũ vulg. forte possibile est cõditionem filiorum in substitutione moderari, & interpretari ex mente testatoris ad filios capaces, quòd ipsi tunc duntaxat faciant eam deficere. secùs in statuto, in quo huiusmodi præsumptiò cessat. Septimo quæro: quid
23 †si mulier in monasterio moriatur, an dicatur sine filiis decessisse, ita quod maritus ad lucrum dotis admittatur? & hæc quæstio duplicem dubitationem habet. Prima est, quando moritur post professionem, secunda quãdo ante professionem. Circa primam videtur dicendum, quòd, quamuis monasterium succedat monacho in eius bonis, exclusis cæteris propinquioribus, quasi esset eius filius, tamen verè non est filius, nec etiam fingitur filius esse: vt probat Rip. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 37. col. ix, & Fely. in dicto capitulo, in præsentia. post Abb. & alios ibi. Et plenius Ripa probat in l. si vnquam. numero nonagesimonono, quęstione trigesimaquarta, C. de reuocandis donationi, & post eum ibi plenissimè Tiraquellus numero quadragesimoprimo. versiculo, sed si sunt. Iason in dicta auten. si

qua mulier. numero 20. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi reprehendendo aliquos, qui contrarium dixerant, appellat eos fatuos: enumerátque aliqua abſurda, quæ reſultarent, ſi monaſterium fingeretur abſolutè filius: de quibus ibi per eos & inter alia, quia ſequeretur, quòd omne quod acquireret monaſterium acquireretur religioſo. l. placet. ff. de acq. hære. Et Rip. dicit probari contrarium per text. in §. ſed hoc præſenti, in authē. de ſanct. epiſcop. vnde exemplata fuit autē. niſi rogati. ex quibus iuribus procedit illud vulgare dictum, quod eſt vnus communis eror: nam quatenus ibi dicitur quòd fideicom. iniunctum hæredi, ſi deceſſerit ſine liberis, hærede religionem ingrediente deficit, quia hoc caſu conditio habetur pro non ſcripta, ſequitur, quòd monaſteriū non habetur loco filij, quia ſi monaſterium pro filio haberetur, non deficeret illud fideicom. quia conditio haberetur pro nō ſcripta, Sed quia eſſet adimpleta, quòd grauatus deceſsiſſet relicto filio, ideſt monaſterio. Nec obſtat text. in d. c. in præſentia. Primo quia ibi ea allegatio fuit partis, & non pontificis deciſio, ſecundum Abbat. ibi vel ſecundò habetur quodammodo loco filij in quibuſdam caſibus in iure expreſsis: vt dicunt Bald. Iaſ. Rip. & alij in locis præallegatis: quia in quibuſdam ſortitur ius filiorum: non autem abſolutè fingitur filius eſſe monachi. cū ergo monaſteriū nō ſit verè filius mulieris, nec etiā fingatur, conditio filiorum non videtur in eo verificari vllo modo, vero vel ficto, vt per conſequens

dica

dicatur, quòd conditio ſtatuti de lucro dotis, extiterit in hoc caſu. Nihilominus contrarium tenent Auguſt. Bero. in dicto capitulo, in præſentia & Lap. in allega. cxxix. & hoc poteſt ſuſtineri, non ea certè ratione, quia huiuſmodi conditio verificetur verè, vel fictè, in monaſterio, ſed quia lex tribuit monaſterio fauore religionis id, quod competeret filio ſanguinis, vt conditionem illam deficere queat facere, quemadmodum poſſet filius naturalis, ſeu habet lex ſtatutum pro non ſcripto, quatenus per illam conditionem ipſum implicaret, damnóue afficeret aliquo. quemadmodum illam conditionem, Si ſine liberis ex ſuo corpore deſcendentibus. &c. Palàm eſt non includere monaſterium. & tamen deficit ſtante monaſterio eius qui in eo eſt mortuus, & ſubſtitutus ſub prædicta conditione excluditur: vt tenuerunt plerique. Bart. in conſi. primo. Parmenſis. Ray. Cyn. Ang. Albe. & Paul. de Caſt. in dicta authen. rogati. Dyn. Rica. Malumb. Bart. Fulg. in l. ſi ita quis. §. is cui. de leg. j. Ant. de Butr. Abb. Dec. in d. cap. in præſentia. Imo. in dicta l. fideicom. de cond. & demo. Barb. in conſi. xxix. illud afferam, colum. pen. lib. ſecundo. Alexand. conſi. cxxj. lib. primo. & in conſi. xxv. ſuper contentis. lib. tertio, & in conſilio xcij. lib. quarto. & atteſtatur eſſe communem. Iaſ. in dicta auten. ſi qua mulier. numero 19. Angel. in conſilio lxxx. quæſtio hæc. Rip. in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus numero 37. columna ix. in fi. verſi. & per hanc communem.

& in

& in d. l. si vnquam. numero 92. quæstio. xxxiiij. Vincen. Hercul. qui hanc quæstio. disputauit, in sua disputatio. in vltimo dubio. Stepha. Bertra. in consil. cxxxiij. thema. lib. ij. pleniss. comprobat attestando de cõmuni. vbi refert cõtrarium tenentes, vt ibi per per eum. Ita quoque in casu isto: ꝙ, quamuis sub ea conditione filiorũ, non veniat monasterium verè, vel fictè, tamen vt ad religiosi hæreditatem ipsum admittatur, lex vult sub ea conditione vel includi, vel ipsam conditionẽ, seu dispositionem illam continentem, haberi pro nõ scripta, quò ad ipsum mona-
24 steriũ. Secũda dubitatio versatur, †an is, qui ante factam profeſsionẽ moritur, habeatur pro religiosa persona, ita quòd ei succedat monasterium, exclusis propinquis, seu consanguineis. & Docto. in d.c. in præsentia. numero 37. versicu. nono quæritur. tenuit pro monasterio: & istam opinionem dicit esse communem, quam tenuit Anchar. in consil. lxix. contra donationem. col. pen. vbi citat Iaco. Ray. Petr. & Cy. & mouetur, quia ingressus præsumitur in eadem voluntate deceſsisse, permanendi, scilicet in religione eo ipso, quòd non probatur mutata. c. maiores. extrà, de bapt. l. eum qui. de prob. Secundò, quia dedicatio personæ, & bonorum monasterio facta, mediante ingressu, videtur pura à principio, sed postmodum resoluitur per euentum conditionis, si infra annum religio displicuerit ei, per plura iura quæ Decius ad hoc ponderat ibi. Si ergo est pura, licet resolubilis in certo

euentu, monasterium habet fundatam intentionem, nisi de resolutione doceatur: iuxta no. in l. 2. ff. de in diem add. & respondit ad contraria, & primò ad illud Imol. quòd, ex quo non fecit testamentum, videtur consanguineos succedere voluisse. nam dicit id cessare in eo, qui intrauit religionem, quia, ex quo cõtulit bona monasterio per ingressum, constat noluisse bona venientibus ab intestato acquiri. Ad illud quòd non dicatur ante professionem, verè ingressus, vel religiosus. c. religioso. de sentent. excommu. in vj. & bona non acquirantur antequam fiat religiosus. respondet illud verum: tamen in quibusdam habetur pro religioso, vt puta, quòd conueniatur in foro ecclesiæ, & in dubio subiicit esse iudicandum pro religione. l. sunt personæ. ff. de religio. & sumpt. fun. Verum ego aliud opinor, de iure verius esse, & pro hac consuluit Bened. Capr. in consil. clxv. punctus, quidam iuuenis Pandulphus. & eam tenent, Abb. & Imol. in dicto capitu. in præsentia, & Ias. in d. autenti. si qua mulier. nume. 58. versi. extra glo. vbi hanc dicit esse veriorem: & Bal. in cons. cccxxiij. lib. ij. Abb. in c. quod à te. nume. 5. extrà, de cleric. coniug. Ioannes Andr. & Petr. Anchar. in locis citatis per Capr. in dicto consil. clxv. in fin. columna j. vbi dicit, ita commmuniter teneri: & probatur, quia ante annum professionis elapsum non est religiosus. d. c. religioso, & ibi nota. nec est verũ à principio dedicationem personæ, & bonorum censeri

ſeri puram, reſolubilem tamen in euentu &c. quoniam ſi id eſſet, interim diceretur propriè religioſus, quod eſt falſum, ſecundum omnes, & ipſummet Dec. vbi ſuprà. Hinc patet reſponſio ad dicta Decij. Primò, quòd caſum reſolutionis non eſt neceſſe probare, cùm non dicatur dedicatio bonorum, & profeſsio adhuc facta: argumento c. ad diſſoluendum: de deſpon. impube. cum vulg. Secundò, quia illa voluntas profitendi, qua eſt religionem ingreſſus, de ſe ſola non ſufficit, niſi ad actum profeſsionis factæ deducatur, & maximè quia ex profeſsione oritur inter vtrãque partem obligatio, ſcilicet ex parte monaſterij, & ex parte ipſius profitentis: vt per Docto. paſsim, & in c. porrectũ. c. licet.
25 de regula. Præterea, † dũ durat annus profitendi, magis diu debet animo pẽdere, quàm velle: ſicut de hærede dicitur, durante termino ad deliberandũ: quia non dicitur interim velle adire, vel repudiare: ſed potiùs deliberare, & animo pendere. Bar. & Docto. in l. pro hærede. §. j. de acquir. hæred. & quàm plurima deducit Corn. in conſil. xcj. licet in hac. volu. iij. vbi loquendo de matrimonio latè deducit etiã, ꝙ ſola voluntas non ſufficit, niſi in cõtractũ deducatur. non eſt igitur verum, quòd talis perſona moriatur ante profeſsionis annũ tanquam perſona religioſa: ergo bona quæ acceſſoriè veniunt ad profeſsionem factam: vt per Doct. in d. auten. ſi qua mulier. & in d. autent. ingreſsi: non poſſunt monaſterio acquiſita eſſe dici: & per cõſequẽs per-

tinent ad illius consanguineos: & tanto magis in hoc casu, quia multiplicarentur specialia: contra text.in l.j.c.de dot.promis.quòd, scilicet quodammodo monasterium haberetur loco filij, quò ad professum: item quòd qui professus adhuc non est, haberetur pro professo: conclude igitur in ista secũda dubitatione contra mo-
26 nasterium pro marito. Octauò quæro, † an relicto nepote mulier si prædecedat, maritus submoueatur ab hoc dotis lucro, & in terminis statuti loquentis de liberis, dicas absque dubio, maritum excludi per nepotẽ, vel alium descendentem: quoniam, teste Calistrato, lib. ij.quæst. nomen liberorum, comprænendit etiam nepotes, cæteròsque descendentes.l. liberorum: de verb. signific.l.ij. §. hæc autem constitutio.ff. de excusa. tut.l. si dotali. ff. solut.matr.illud enim nomen sui proprietate complectens omnes gradus descendentium, est nomen collectiuum, vt adnot. do.Alc.in d.l. liberorum.& in l.iusta.eodem. dicit nomen liberorum, latius esse quàm nomen filiorum, quod & consulendo aduertit Bald.in consil. ccciij. ad euidentiam. lib.ij. & in consi.clxxxvj.quidam.volu. iiij. vnde Cepol.in l.filij.de verbo.significa. dicit, quòd omnes homines propriè dicuntur liberi Adam primi parentis, sed impropriè filij: ex proprietate igitur conditio huius statuti complectitur etiam nepotes. Amplia hoc, etiam si diceretur in statuto, sine liberis natis ex eis, vel eodem matrimonio, quòd ista verba quæ possunt esse posita propter aliud

aliud,& ad alium effectum, ſcilicet ad excluſionem filiorum alterius matrimonij, & alterius viri, non debet illam vim nominis liberorum reſtringere,vt inferius declarabo. Nonò,quæro, quid iuris, quando ſtatutum loquitur per
27 nomen filiis. & † in hoc caſu videtur aliud dicendum: quoniam filij ſunt ij, qui in primo gradu deſcendentium exiſtunt.l.j.§.primo gradu.ff.de grad.affin.inſtit.eodem.in principio, & aliud eſt nomen filij, aliud nomen nepotis. Bar. & Alc.in d.l.liberorum.l.natorũ.l.iuſta.eod.tit. Ideo dicit Bald.in conſil.cccij.non continentur. lib.iiij.quòd ſi fiat legatum filio Caij, qui teſtatoris ſit extraneus, ita ꝙ nulla ſit præſumptio ratione ſanguinis, quòd voluerit in deſcédẽtes illius prædictũ legatum deuenire,præmortuo filio,nõ debebitur legatũ nepoti: vel alij deſcendenti occaſione huius dicti, de relicto perſonæ non coniunctæ facto. Adde aliud,ꝙ ſi legatum, vel fideicõmiſſ. ſit familiæ teſtatori nõ coniunctæ,ſed extraneæ,omnes de dicta familia vocãtur ad dictũ legatũ in viriles, & nõ ſeruata gradus prærogatiua:ſecùs quando familiæ teſtator ſibi coniunctæ relinquit. Iſtam differentiam facit poſt Bart.in l.cognatis.de reb.dub.do.Alc.in l.re cõiuncti.nu.31.de leg.iij.Barb.in conſ.xliiij. col.iiij.volu.ij.Ioan.Crot.in c.Raynutius.col.ix. verſi.tertius caſus.extrà,de teſta.Corn.in conſi. cxcix.in præſenti.nume.34.in ij. vol.quod nota, quia id in facto dubitari vidi. Inſpecta igitur vi nominis,conditio filiorum, non complectitur

 nepot

nepotes.l.quòd si nepotes.ff.de testam. tut.l.j.§. quæritur:de ventre inspi.l.Senatuscõsultũ.ff.de rit.nup.l.Gallus.§.j.& §.instituẽs.de lib.& posthu.l.posthumorũ.ff.de iniust. irrit.testa.§.si.instit.qui tut.pet.pos.sed non negatur propterea, quin ex lata significatione cõprębendantur appellatione filiorũ etiam nepotes.d.l.filij.d.l.iusta.d.l.natorũ.eod.vt ibi Cepol.Alci.& alij perpendũt, dum aliquis fauor sit latè interpretandus, vt per Fulgo.in cõsi.lxxviij.supposito.Abb. in consi.lxxv.primò viden.vol.j.Ia.post alios in d.§.instituens.& Rui.in consi.lxiij. vol.iij.& alibi in mille locis,& pręsertim in q.statuti.disponentis, quòd stantibus filiis masculis, fœminæ non succedãt, vt etiam intelligatur procedere, stantibus nepotibus,propter fauorem agnationis, cuius causa fœminæ ab hæreditate excluduntur. Ideo puto in hoc etiam casu, maritum excludi à lucro dotis, quia fauor filiorum idem est in ipsis nepotibus ad exclusionẽ viri: vt pluribus cõsuluit Lud.Rom.in cons.cxxix.licet magna.& Rui.in cons.lxiij.quãuis.col.ij.vol.iij.arguendo,à fortiori,quòd si Docto. cõmuniter tenent statutũ excludens fœminas stãtibus filiis, procedere stantibus etiã nepotibus,quòd statutũ venit ad correctionẽ iuris cõmunis. l. maximũ vitium.C.de lib.præter.multò magis huiusmodi extensio in statuto de lucro dotis debet fieri, quia per eã reducitur res ad ius cõmune.l. si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. & ibi not. cum vulg.& istam opinionẽ citans Roma.in d. consi

conſ.cxxix.ſequitur Dec.in conſ.ccclij.in caſu, in col.fi.licet aliter ibi, propter alia verba ipſe concludat, de quibus verbis mox dicam poſt Rui.in d.cõſil.lxiij.Pro iſta cõcluſione etiam facit id, quod conſulendo dixit Bald. in d. conſil. clxxxvj. quidam.in iiij. vol.Alex.conſil.ix.vol.j. Corn.conſi.ccvij.in ij.lib. Lud.Gozad.in conſil. lix. col.ij.quòd quando nomen filius exprimitur in numero plurali, compræhẽdit etiam nepotes propter pluralitatis vim, licet ex ſui proprietate reſtringatur ad exiſtẽtẽ in primo gradu, iuxta præallegata, & in ſtatuti conditione, exprimitur in plurali. Sed hoc dictum magis autoritate niti, quàm iuris ratione mihi videtur.

28 Decimò quæro, † quid ſi ſtatutum dicat, ſi mulier prædeceſſerit ſine liberis amborũ, & Deci. in d.conſi.ccliij. col.fi.putauit non comprehendi nepotes, quia quando de filiis fit mẽtio cum aliqua qualitate, & illa qualitas non reperitur in nepotibus, nunquam in huiuſmodi diſpoſitione compræhenduntur nepotes, vt dicit Bar. in conſil.cxxxij.licet in quæſtione. & Andr.Tiraquel.allegando quàm plurima in tracta. primog.q.xl. nu.51. verſic.nã quando. ſed iſta qualitas, quod ſint filij amborum non reperitur in nepotibus: quia nepotes, non amborum id eſt duorũ ſunt filij, ſed quatuor perſonarũ, ſcilicet ex matre & patre ſuo, & ex eo marito & vxore deſcendẽdo ab eis, de quibus ſtatutũ hoc loquitur. Contrariũ tenuit Rui.in d.conſ. lxiij. conſiderans, quod illud verbũ amborũ fuerit additũ

ad exclusionẽ expressam filiorũ ex alio viro susceptorũ, non autẽ ad restrictionẽ propriæ prolis ne cõplectatur nepotes, queadmodũ statutũ loquens de filiis natis ex eis, vel de eodẽ matrimonio. &c. restringitur ne maritus ab hoc dotis lucro per prolẽ alienã excludere, non autem ad nepotes prolis ꝓpriæ, quæ eũ debet excludere, restringatur, secũdũ cõmunem opinionẽ, de qua statim dico: Et hoc mihi magis placet. Alia
29 ergo est quæstio, quando statutũ de lucro dotis loquitur de filiis natis ex eis, vel ex eodẽ matrimonio, vel ex eorũ corpore natis, an, per huiusmodi verba restringatur ad filios, ita vt stantibus nepotibus debeat maritus nihilominus hoc dotis lucrũ facere. Et duplex est dubitatio, altera de nepotibus ex filia eorũ cõiugum, altera de nepotibus ex filio eorũdem. Ista secunda de nepotibus ex filio, an maritũ excludant, est minùs dubitabilis, de ea dubitauit Bar. in d. cõs. cxxxij.
30 licet. in q. ꝓpter † dictionẽ ex, quę importat causam proximã & immediatã. l. eo tẽpore. ff. de pecul. l. nõ dubiũ. C. de legib. l. j. §. incẽdio. ff. de incẽd. rui. nauf. quod argu. ad hoc facit etiã Ang. in §. nec ille. in autẽt. de triẽ. & semis. & Corn. in cõsil. cxcix. nu. 34. vol. ij. Nihilominus oẽs ferè tenẽt cõtrariũ, vt in terminis de lucro dot. determinãt Bal. Pau. de Cast. & Corn. in l. j. ff. de cond. inser. Saly. in autẽt. sed si quis. C. de sec. nup. Bal. in c. j. §. filia. de success. feud. Ancha. in repet. c. canonum. versicu. tertiò principaliter quæro. de constit. Cald. in cons. xiij. pũctus talis est, quidã.
vol

volu.iij.Rui.in consi.lxiij.quamuis.vol.iij.Deci. in consi.cccliij.Ludo.Rom.in consi.cxlviij.visis. Pau.de Cast.in consi.ccccx. viso facto & dubiis. colum.ij.in fin.& in consi.cccxiij .suprascriptus dominus. & Bened. Cap. in consi. xxij. punctus quidam Tadeus.colum.ij.& iij.Alci.in l.liberorum.de verbo.signi.Alexã.in c.j.versi.quæro ab extra.post Bal.ibi,de succes.feud. Alci.& Cepol. in d.l.cognoscere.§.liberorum.Soc.in consi.xxvj.do.Fran.vol.j.Cor.in consi.51.videtur.lib.iij. & in consi.ccxxxiij.in hoc volu.iiij.Bal.in consi. ccv.dubium.lib.v.dum hanc conclusionem tantùm improbat in nepote ex filia.Alex.& Pau.de Cast.in l.tale.ff.solu.matr.Cast.in l.Gallus.§.instituens.de liber.& posthu.& Angel.Imo.& alij. in l.Lucius.la secunda.ff.de hæredi.institu.And. Tiraq.in tracta.de primog.in quæsti.xl. num.33. versicu.ideóque & dicitur nepos. & hoc tenent prædicti Docto. per tex. in d.l. Lucius. ibi,ex se natum natámue,non habebit. dum cõditionem substitutionis de natis ex se, intelligi de omnibus descendẽtibus vult ille tex.adeo quòd substitutus excludatur,aliquo ex eis stante: qua de re dixerũt Doctores, substitutum vocatum sub ea conditione,si hæres decesserit sine filiis ex se, vel ex suo corpore natis, repelli stante aliquo nepote,vt per Soci.in consi.51. visam. nume. 10. versic.quoniam ad omnia ista.volu.iiij.per Stepha.Bertra.plenè in consi.xxiij.nume.24.volu.j. & in consi.xcvj.in volu.ij.Bar.in d.l.liberorum. col.pen.nume.18.versic.quæro quid si in aliqua.

Docto.in d.l.Gallus.§.instituens.& Alex.in l.ex facto.§.si quis ita.nu. 4. ff.ad Treb. & non pauci ex præallegatis, quod ego induco à fortiori, quia si hoc receptum fuit in substitutione, vbi sic intelligendo redduntur illa verba, ex suo corpore natis, vel ex se natis, prorsus superflua: múltò magis id recipiendum est in casu huius statuti, in quo ea verba non stant otiosè, intelligendo etiam quod nepotes non excludant, quia satis operantur, dum expressam exclusionem filiorum ex alio viro continent. Similem tex. habes in c.j.de eo qui si. vel hæred. ibi, ex eo procreatis, & ibi ex eo nullus masculus, &c. vt post Bal. ponderat ibi Veron. Cepol.in d.l.cognoscere.§. liberorum.de verbo.signific. Non obstat modo
31 †ponderatio de dictione ex, per Bart. & Ange. facta. vbi s. quòd significet causam proximam, & immediatam, & sic de proximis, & immediatè filiis intelligatur: nam dupliciter respondent Doct. Primò negando, quia interdum importat mediatam, & remotam: vt per Cepo.in d.§.liberorum.& Capr.in d.consi.xxij. punctus quidam Tadeus.col.ij.in fin.& alios.vbi s. Secundò quia nepos dicitur satis immediatè nasci ex eis propter sanguinis continuationem, nam immediatum est, quidqud per rerum naturam cótinuatiuè est vnum, & idem. ita dicit Capr.in d.consi. xxij. post Bal.in d.l.j.C. de condi.infer. & quàm plures ex præallegatis.l.cum acutissimi.C.de fideicom.& secundum Senecam, Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio: vt

refe

refert Gemin.in c.j.nume.10.de conſecra. eccle. vel alta.in vj.& continuatio ſanguinis in nepotem ex filio oſtenditur,quia filius eſt portio patris,in eóque ſubſtantia, & caro patris eſt, imò vnus & idem cum patre iudicatur eſſe. cap.iam itaque.j.qõ.iiij.& Soci.in conſi.cclij.nume.18.in ſecũdo lib.dicebat, quòd filius erat caro patris augmentata,& quòd non dicitur extinctus pater,filio viuente.l.cum filius.§.hæredes.de lega. ij.facit l.fin.C.de impub.& aliis.Tiraq.non pauca deducit ad hoc in d.tract.de primog.in q.xl. nume.28.verſicu.ratio ex eo ſumitur.Et hæc reſolutio fortè limitatur,quando in ſtatuto diceretur, ex proprio corpore natis maritum, &c. ponderandum illud verbum,proprio corpore, quod videtur plus importare,vt plus eſt requirere iuramentum propria manu præſtitum,quã proprium iuramentum:quia in primo caſu,non poteſt aliquo modo per alium præſtari:ſecùs in ſecundo,vt dixi in meo tracta.de iureiur. in lit. in par.ij.in primo memb.nu.20.ita limitat Gui. Papæ in deciſione cccliij. teſtator tres habens. quem allegat Rip. in d.l.ex facto.§.fi.nume.5.ad Trebel. quaſi cum eo ſentiendo. & tenuit, hanc differentiam notans,in reſpon.xxvj.nu. 20. ſub titulo.de reſcri.ſed D.Alci.ſimpliciter damnat in hoc Guido. Papæ in d.deciſione cccliij.teſtator tres habens,vt per eum in d.l. liberorum. & Lud.Rom.in d.conſil.cxlviij.viſis.conſulens,in terminis ſtatuti loquentis de filiis ex proprio corpore natis ſimpliciter tenet contra id,quod dicit

dicit Guid. Papæ in d.decisio. cccliij. & Stepha. Bertrã.in prȩallegatis consi.xxiij.& xcvj.eodem modo consuluit, quòd & mihi magis placet: quoniã non est differentia, an dicatur ex proprio corpore,an ex suo corpore, differẽtia posset esse inter hæc verba, si dicat statutum de filiis propriis, vel de filiis ex proprio corpore:& ita procedit differentia in qõ.iuramenti. § citata.cùm ergo in casu statuti loquentis de filiis ex se,vel ex suo corpore,comprȩhendantur etiam nepotes, secundum magis communem: idem dicendum est in casu statuti loquentis ex proprio corpore. Rolan. in qõ. lvj. tenet hanc partem, & non solùm quod nepos ex filio, verum etiam nepos ex filia faciat perfectam conditionem deficere, & de vtroq; loquitur indifferenter:dicens opinionem Bart.communiter reprobari quo ad vtrunque casum de nepote ex filio, vel ex filia, & sequitur Bertr. in d. consi. Altera dubitatio, de nepotibus ex filia, maior quidem est,nam Bart.in consi.cxxxij. licet in quæstione. consuluit, virum non excludi ab hoc dotis lucro per nepotem ex filia, stante prædicto statuto loquenti de filiis ex eodem matrimonio,vel ex eis natis.Idem consuluit Bald. in consil. ccv. dubium super quo, lib.v.& mouetur Bart. quia natus ex filia ei non attribuitur, sed eius marito,quia filij sequuntur patrem & non matrem. l.item in potestate.& l.seq.ff.de his qui sunt sui. §.fin.insti.de patria pot.& sic non auo materno, sed paterno filij attribuuntur, ideo videntur

nati

nati, ſeu deſcendere ex nuptiis, & matrimonio patris,& non matris. Adde ſecundum Bal. in d. conſi.ccv.quòd ex opinione Philoſophorum,& medicorum,quibus,vt in arte peritis,credendũ eſt,l j.de vent.inſpic.mulier in generatione non habet partem, ſed interuenit, quaſi terra recipiens ſemen maris,illud confouens, vnde creatur homo.Hinc etiam dicitur,quòd fœmina eſt caput & finis familię ſuæ.l.pronunciatio.§.familiæ.de verb.ſigni.quod & Rip.in hoc propoſito dicit,in d.l.ex facto.§. fi.nu.17.col.ij. Contrariũ cõſuluit Cor.in d.conſil.51.videtur,col.ij.& iiij. volum.iij.& in conſi.ccxxxiij.in hac.in iij.& iiij. colũ.in volu.iiij.vbi dicit,hanc eſſe communem opinion.Lud.Rom.in d.conſi.cxlviij.viſis.Soci. in d.conſi.xxvj.domi.Franci.in colũ.ij.volu.j.& alleg.Bal.in tit.de ſucceſ.feud.& dicit eſſe communem, & probari per tex. in d.l.j.C.de condi. inſer.& ibi firmant Bal.& Caſt.& Bal.conſuluit in conſil.xiij.punctus talis eſt quidam.vol.iij.& Paul.de Caſt.in conſil.cccxiij.ſupraſcriptus dominus conſultor.& in conſi.ccccx.viſo facto & dubiis.col.ij.Alex.in d.l.ex facto.§.fi. & ibi Rip. nu.7. vbi dicit, in iudicando non eſſe tutum ab hac opinione recedere, dicendo eſſe communẽ licet diſputabilem,& ſibi dubiã.Et cum iſta ſentit Bar.in d.l.liberorũ.in col.pen.cũ quib.ego reſideo,quia verior etiã mihi videtur:quoniã aut improbatur, ea ratione, quia diſpoſitio debeat intelligi de primis & immediatis,qui deſcẽdũt & oriũtur,ex eo matrimonio,ꝓpter vim dictio-

nis

nis extrà,& tunc malè,quia ferè omnes non obstante dicta dictione, volunt contrarium, vt in q.de nepote ex filio diximus:& præsertim quãdo dispositio non habuit effectum in primis, id est in filiis secundum Bart.in d.l.liberorum.nu. 18.quod etiam militat in casu nepotis ex filia, aut quia nepos ex filia non dicatur ex sanguine, vel corpore aui materni, vel ex nuptiis materni aui: & ista ratio est falsa, & aliter credere esse, falsum & nugatorium dixit Paul. de Cast. in d. consil.cccxiij. suprascriptus dominus. colũ.ij.& Cor.in consi.ccxxxiij.in hac.num.6.volu.iiij.& in d.consi.51.videtur.nu.ij. volu.iij.quia ad generationis opus masculum & fœminam creauit Deus,dicit tex.in §.neque vllo.auth.d.trie.& semis.& pater generans dicitur,& mater genitrix, vt in Euang.Beatæ steriles, quæ non genuerunt. & partus,seu filius dicitur viscera matris,vt per no.Bal.in l.alimenta.de nego.gesi.dicit Ioan.de Ami.in consi.cxlv.col.fin.& legitur lib.iij.regu. c.iij.Commota sunt viscera eius super filio suo. Alioquin si filius non diceretur carnem etiam à matre sumere, Dominus noster Iesus Christus, cùm ex aliquo patris semine non esset generatus, non fuisset homo, quod est hæreticum credere:assumpsit autem carnem,ex castissimo,purissimo,an sanctissimo corpore Beatæ Virginis Mariæ absque vllo penitus pudoris tactu, & dicitur ex semine Dauid descendisse, mediante Sanctissima,& Immaculata Virgine Maria eius matre,quæ processit ex semine Dauid. Hæc deducunt

ducunt Corne.& Cast.in præallegatis consiliis. Vnde omnia iura diuina, & humana, dant coniunctionem naturalem ratione carnis, vel sanguinis, inter coniunctos ex fœmina, quæ quidem coniunctio, cum nullo iure ciuili consistat, vel nitatur, si per sanguinem natura non daretur, nulla esset, vel quid dici posset non video: ergo per fœminam datur descendentia ex carne, vel sanguine: ergo nepos ex filia descendit etiam ex auo materno: & sic prouenit etiam ex corpore aui materni, & omnes dicimur descendere ex Adam, & Eua primis nostris parentibus, inquit Paul. de Cast. in consil. ccccx. viso facto, & dubiis. colum. ij. & à patre, & matre pariter descendat generatio, necesse est dicere, ait Cast. in d. consil. cccxiij. suprascriptus dominus consultor. colum. ij. circa medium. dicens idcirco nepotem ex filia descendere etiam ex auo materno, quia si illa filia eius mater non fuisset, ipse non adesset. Hinc Deci. in consilio ccxxiij. Corne. & Cast. in consiliis præallegatis, & Imo. in consil. lxij. post exhibitum. voluerunt, quòd mulier dicatur habere generationem suam, & quòd emphyteusis accepta in tertiam generationem intelligatur etiam in tertiam generationem descendentem per filiam emphyteutæ. sic & feudum vel aliud relictum generi, ad descendentem ex filia etiam pertinebit, nisi aliud subiecta materia suadeat, vt per plura deducit Curt. in tracta. de feud. in tertia parte. quæstione xxvj. Sed ne eamus per mendicata suffragia, mihi

mihi videtur tex.in d.l.j.C.de condi. inſer. dum ibi dicitur, quòd auus maternus ſuſcipit nepotem ex filia,ita illum textum ponderant ad hoc Caſt.& Corne.in locis præallegatis:& pondero etiam tex.in d.l. Lucius. la ſecunda. ibi,dum cõditionem illam,ſi natum,natámue non habebit, intelligitur de deſcendentibus, & hoc tam reſpectu maſculi quàm fœminæ: quia ibi æquiparantur in hoc,& non fit aliqua differentia. Modò non obſtant rationes Bartol. & Bald. conſulentes in contrarium. Et primò illud quod filius & filia non dicatur procedere ex matrimonio aui materni, negatur: quoniam ſi hoc negetur,poteſt etiam negari procedere ex matrimonio aui paterni,quatenus immediate non naſcitur ex corpore auorum prędictorum,vel ex eorum matrimonio, ſed ex parentibus propriis, & eorum matrimonio:vt dicit Caſt. in d.conſil. ccccx.& in d.conſi.cccxiij.vbi dicit nuptias dici tam reſpectu mulieris, quàm viri, imò magis mulieri attribuuntur, quàm viro, quia matrimonium dicitur à matre & ſic, à muliere, non autem à patre,patrimonium.& ideo negari non poteſt,quin dicatur nepos ex filia venire immediate, tam ex nuptiis mulieris filiæ, & mediate ex nuptiis aui materni, quàm ex nuptiis viri filij immediate,vel mediate ex nuptiis aui paterni:& ex prædictorum matrimonio. Vnde verba ſtatuti verificantur in nepote ex filia, ſicut in nepote ex filio,cùm loquitur de natis ex eorum matrimonio: vt etiam aduertit Bald.in dicto

conſi

consil.xiij.punctus talis est. Item & illud, quod mulieris semen non concurrat in generatione hominis secundum physicos non vrget, quoniam quomodo interueniat in hominis generatione, nostra non refert indagare: sat est quod iura diuina & humana, volunt ex parte fœminarum etiam naturalem coniunctionem & descendentiam cadere ratione carnis,& hoc sufficit quò ad hoc, vt nepos ex filia, dicatur etiam descendere ex auo materno: vnde fit locus statuto. Siquidem de modo lex curam non habet, sed effectum considerat. Bald.in l. de quibus. ff. de legibus & consue. Nec illud de l.pronuntiatio.§.familiæ,facit ad rem: quia illud procedit agnationis respectu, quæ est de iure ciuili, & ratione carnis non consideratur.l. tutelas.ff.de cap.dimi. & ibi notat. secùs quò ad ius cognationis, quod ratione sanguinis consideratur, quod non restringitur, ad masculos, vel aduenientes ex eis;sed pariter est omnibus commune.institut. de grad. cognat. & ff. de grad. consanguin.& affinit.per totum: & alibi sæpe. Huc vsque de filiis communibus diximus, quòd conditio lucri per statutum delati deficiat illis,& cæteris posteris stantibus, anteáque negauimus eam conditionem intelligi posse de liberis alterius matrimonij. Certa † est enim con-
32 clusio, quòd maritus lucratur dotem in præiudicium filiorum prioris matrimonij, modò non consequatur plus,quàm vnus ex filiis prædictis. iuxta dispositionem l. hac edictali. vt

dicit Soci. Iunior, in consilio lxx. placet. numero 2. volumine ij. vbi plurimos allegat ad hoc. Nunc maior difficultas oritur, nunquid filij mulieris ex alio viro suscepti impediant maritum hoc lucrum facere, non quia ipsi in ea conditione comprahendantur, quasi illi superstites faciant illam deficere, vt dixi, sed quia illis datur ius, & remedium quoddam aduersum maritum, eorum vitricum de iure communi auocandi quicquid esset ei ab eorum matre datum, vel inter viuos, vel in vltima voluntate supra id, quod aliquis eorum haberet, qui minus habet de bonis eius. l. hac edictali. C. de secundis nuptiis. §. optimè, in autenti. de nuptiis. quasi statutum prædictum illi iuri, & remedio, non censeatur derogare, vel quia id noluerit, vel quia non potuerit. De vtroque igitur videndum est. Et primò, †an, statutum possit tol-
33 lere dispositionem d. l. hac edictali, & dicti §. optimè. adeò quòd in præiudicium filiorũ prioris viri maritus lucretur dotem, etiam quòd illis nõ supersit de bonis maternis tantùm quantum eis concedit dicta l. hac edictali. & dict. §. optimè. & in hoc dubio Bened. Capr. in consilio lxxiij. punctus domina Philippa. in colum. ij. respondit, quod sicut hoc fieri non potest per pactum per ipsam mulierem aliquo modo, ita per statutum id fieri nequeat, quia statutum est tacitũ pactũ partiũ. l. item quia. l. impossibile. ff. de pactis. mulier enim debet curare, ne incidat in casum alienationis prohibitæ à iure communi.

argu

argumento.l.codicillis.§.penul.de leg. ij. quandoquidem dicatur is damnum dare, qui damni præstat occasionem. l. qui occidit. §. finali. vbi glos.& Docto.ff.ad l. Aquil.& hac ratione dicit Capra, sic tenuisse Iacob.Butr.& Barto.& Bald. & Franc. de Albe.in d. l. hac edictali. Quod videtur defendi posse, quatenus legitima illis aufertur occasionaliter, quia alia bona supra dotem illis non supersint pro sua legitima consequenda:& per statutum legitima tolli nequeat, secundum vnã opinionem æquiorẽ, & fortè receptiorem. Alexand. in consil.lv. viso titu.in ij. volu.& in consi.lxxv.visis. nu.6.vol.j.Rip.in respon.vij.super præmisso. sub titu. de leg. Corn. in cõsil.cl.lib.ij. do.Alc.in l.nihil aliud.de verb. signific.Guid.Papæ consil.cxl.col.iiij.& in consil.cxliiij.in fi. Cur.Sen.in consil.xiij.in fi.Rom. in consil.xvj. in fin.& Corn.in consil.cxxiij.vol. iij.Socin.in consil.cl. & Docto.alibi sæpe. Dicas imò contrarium esse verius: quòd statutum abrogare posśit. d. l. hac edictali. vt ferè omnes tenent.Bar. Bald. Salyc. in l.j.C.de inoffic. dot. & ibi Paul. de Castr. & Doctores communiter in dicta l. hac edictali. & Deci. Ias. Curt.Franc. Pep. in autenti. præterea.C. vnde vir & vxor. Paul. de Castr.in consilio cxciij. verba statuti. colum.final. Alexand.in consilio clviij.volumine v.Socin.in consilio lij. super hac. columna j. volumi.iij.& in consil.xxxv.primum nunquid. col.j.in iiij.volu.Rui. in consil. lxiiij. visis statutis.col.ij.nu.2.vol.iij.vbi in hoc dãnant Capram.

Bald.in consil. ccccxcv.quædam domina. nu.9. vol.v.Castr.in consil.cccxlv.viso casu,& allegationibus,& Ioã.de Ami.in cons.iij.in causa,& lite agitata, & in consil.xj.cõsuetudo.col.ij. Dec. in consil.xix.& in consil. cclxxxiij. & Signor.de Homod.in consi.xxxvij.factum sic.numero 5.& quotquot scripserunt in hac materia:nã dicunt d.l. hæc edictali continere ius positiuum voluntarium,non autẽ ius naturale necessarium,ideo per statutum tolli posse: nã ius ciuile per aliud ius ciuile tolli & abrogari posse nemo dubitat: ad trad.in l.omnes populi.ff.de iust. & iu.l.venditor.§.cõstat.ff.com.prædio.§.naturalia.instit. de iur.natu.l.sed & posteriores.ff.de legi.& plenè tradit Ioan.de Amic.in d.consi.xj. & in dicto consil.iij.aduertens quòd d.l.hæc edictali, nõ resistit,nisi pacto: non enim improbat consuetudinem, vel statutum futurum,ergo valet:vt per not.in autent.nauigia. C. de fur.l.si non speciali.C.de testa.l.fin.C.eod.iuncto tex. in c.j.de cõstitut.in vj. Idem pluribus comprobat Roland. vbi suprà.in q.xxiiij.Nec obstat argumentũ Ca-
34 præ:†quia de pacto ad statutum affirmatiuæ illud procedit,sed non negatiuæ, vt dicunt Cast. Ias.Ioan.de Amic.& alij vbi suprà, quia maior est potestas legislatoris statuentis, quàm hominum priuatorum paciscentium. ita respondet Paul, de Castr.in d.consil. cxciij. verba statuti. quod argumentum negatiuæ factum, damnat Bart. in l.alia. §. eleganter soluto matrimonio. & quòd hoc statutum sit tacitum pactum, non

facit

facit ad rem:quia nõ ob id partes videntur tollere legem, quæ per ſtatutum, antequam ipſæ matrimonium cõtraherent, fuerat ſublata.nec ob id infertur, quòd ſtatutum non potuerit illam tollere, & quòd mulier debuerit curare, ne in caſum ſtatuti incideret:quia negatur,cùm illa lex iam eſſet abrogata per ſtatutum id expreſsim diſponens, & nulla idcirco ſtaret amplius prohibitio transferendi in maritum bona ſub lucro dotis, vel alio titulo.poſſet tamen illud procedere præſuppoſito,quòd adhuc duraret vigor d.l.hac edictali.vt dicetur.j̃.Ad illud
35 †de legitima multipliciter reſpondetur.Primò, quia licet in hoc caſu tollere, vt dicunt Ioan. de Amic.in d.conſil.iij.Deci.in dicto conſil.xix. Paul.de Caſt.in d.conſil.cxciij. verba ſtatuti. & in d.l.j.C.de inoffi.dot.Signor.in d.cõſil.xxxvij. factum Pariſ.in conſil.xc.nu.14. vol.iij.Bald. in d.conſil.ccccxcv.quædam.in col.ij.Caſtr.in cõſ. cccxlv.viſo caſu,& allegationibus.Alc.in tract. præſumpt.& Arelat.inappoſt.in regu. j. in præſumpt.viij.&Curt.Iun.in d.auten.præterea. nu. 17.vbi dicunt auferri legitimã filiis ex cauſa per ſtatutũ poſſe,& iſtam reputari iuſtam cauſam, vt viduæ faciliùs adinueniant maritos, & poſſint nubere,quod reipublicæ intereſt. l.j.ſoluto matrimonio. Præterea dicit Dec.in dicto cõſil. xix.quòd hoc nõ eſt tollere legitimam,ſed Prohibere, ne de certis bonis capiatur, quod per ſtatutum fieri poteſt:per ea quæ ibi allegat. Poſtremò, q̃a ſublata.d.l. hac edictali.quod ipſum

videtur in statuto tantùm agi, sequitur, ꝙ mulieri in vita licuerit per contractum dotis,cum illa cõditione lucri in virum bona alienare:vnde filij, qui post eius mortem petunt legitimam sibi debitam, non possunt eam deducere de dote lucranda per virũ:quia non deducitur de bonis alienatis in vita,& nõ nisi prius soluto omni ære, quod æs alienum mulier in vita contraxisset,secũdum allegata ibi per eum. Hinc consultum extat,quòd matri,cui debetur legitima, in bonis filiæ suæ nõ prius licet eam deducere, quàm maritus lucrum hoc dotis vt æs alienum mulieris, detraxerit de hæreditate illius filiæ vxoris suæ: vt consuluit Anto. de Butr. in consilio xij.Soci.in consil.cclxxxviij. nume.23.vers. confirmatur clara ratione volumine ij.Grau. in consil.clxxxvj.nu.12.Corn.in consi.cxxvij.quáuis.volu. iij.Rui.in consil.xciiij.nume.5.volu.v Bal.in consil.cccxiiij.Ioan. volumi.iiij.& Achil. de Gras. in Rotæ decis. cxviij. dotis lucrũ.Hinc reprobatur decisio Bal.in cõs.cclxxiij. super dicto volu.v.dum dicit, quòd si statutũ tolleret l. hac edictali. nihilominus filij aduersum vitricum, possent legitimam petere, non obstante statuto de lucro: quia verbis generalibus statutum,vel alia dispositio non videtur,nisi specialiter dicat, legitimá tollere.l.si quando.§.fin.C. de inoffic.testam.nam hæc ratio non concludit, quia non impediuntur filij (vt dixi) ea ratione, ꝙ statutum videatur illis abstulisse legitimam, sed quia eam de bonis iam alienatis in vita, vel non

non nisi deducto ære alieno, deducere vel capere nequeũt. Præterea dici potest, quòd statutum verbis generalibus etiã intelligatur legitimam tollere: nam tex. in d. l. si quãdo. §. fi. procedit, in hominis dispositione, non autem legis, seu statuti. ita respondit Dec. in consi. ccccxxv. dicens hanc distinctionem, facere Soc. Castr. & alios. de quibus ibi per eũ.
36 Secundò, † an statutũ eo ipso, quòd marito cõcedit lucrũ dotis muliere præmoriente sine filiis, videatur velle, ꝙ filij prioris matrimonij nequeãt d. lucrũ ei minuere, ratione d. l. hac edictali. reducendo ad illud minus, quod aliquis ipsorũ reperitur de bonis maternis habere, & sic quæritur nõ de potestate, & validitate statuti, sed de eius voluntate, an voluerit derogare. d. l. hac edictali. & illi derogasse per huiusmodi dispositionem censeatur. Et pro parte affirmatiua plura faciunt. Primò, ꝙ statutum, cùm sit posterius, debet illi derogare. l. pacta nouissima. ff. de cõtrahen. empt. Itẽ, quia statutum est proprium ius illius municipij, sed d. l. hac edictali. est generalis in toto orbe terrarum iuxta l. omnes populi. de iust. & iu. & § sed naturalia. institut. de iure natura. gen. & ibi nota. Et hoc quidem concludit, quando ius commune, & statutum adinuicem aduersantur sibi, ait Bal. in consilio ccccxcv. quædam. lib. v. l. j. C. quæ sit long. cons. l. iij. §. diuus. de sepul. viol. & videntur secundum Baldum, in hoc, sibi ius commune, & statutum aduersari, quia dicta l. hac edictali. non vult virum aliquid lucrari de bo-

nis mulieris, vltra id, quod aliquis filiorum prioris matrimonij, cui minus mulier reliquisset, habere comperiretur, ſtatutum verò vult totam, vel certam partem lucrari. Secundò, quia d. l. hac edictali, loquitur de alienatione, & datione, ſeu pacto per mulierem facto viro, de lucrando dotem, ſed iſta datio,& alienatio, prouenit ex ſtatuto: & prohibita hominis alienatione, non cenſetur prohibita alienatio, quæ fit à lege vel ſtatuto. l. alienationes. ff. famil. erciſc. l. qui potuerint. de manu. teſta. argumen. hoc faciunt Socin. in dicto conſil. xxxv. & Saly. in d. l. hac edictali. Bald. in l. j. nume. 3. C. de inof. dot. Tertiò, quia dotis conſtitutio valet, ergo & id, quod ex ea contingit, debet valere, ſeu ſeruari, dicit Socin. in dicto cõſi. xxxv. allegans Bald. in l. ea lege. nu. 14. verſic. modò iuſta. nam, quando eſt permiſſum antecedens, videtur etiá actus inde ſubſequens, licet alias prohibitus, valere. l. j. ff. de autor. tut. vbi tutor adiens hæreditatem nomine pupilli, ſibi pupillũ obligat, quáuis ſibi extra actum aditionis aliàs eum nequeat obligare: quod fit propter actum aditionis permiſſum. pro quo facit text. in l. ſi ſponſus. §. generaliter. de donatio. inter virum. l. ſi is qui duos. de lib. leg. Quartò, fortiùs dicitur vtrunque permiſſum: quia conſtitutio dotis durante matrimonio, valet de omni iure. dicto §. optimè: lucrum verò faciendum de dote, fit autoritate ſtatuti, & ſic valet, ergo antecedens & ſubſequens valet. Quintò facit, quòd dicit

dicit ad hoc Bald. vbi suprà, quod propter inseparabilitatem prohibitū sustinetur propter permissum. Sextò quia mulier, quantum in se est, sibi consulit, nubendo & dando dotem, & aliquo modo hoc eius factum non potest repræhendi, vel improbari, quamuis ex eo damnum alteri inferat. l. Proculus. l. fluminum. §. final. l. Trebatius. ff. de damno infecto. Ioan. de Amic. in consil. cv. Factum. sic nota. in l. domum. de regu. iuris. Septimò quia statutum factum ad correctionem iuris communis, non recipit interpretationem secundum ius commune. Bald. in l. maximum. C. de libe. præter. Cast. & alij, in l. fina. §. in computatione. C. de iure delib. Soci. in d. consi. lij. col. fin. volum. iij. Ias. in autent. præterea. & Alexan. plenè in consi. ccxlvj. volum. vj. Sed hoc statutum corrigit ius commune, volēs maritum dotem lucrari, quòd procedit stantibus etiam filiis ex primo viro, qui aliàs succederent in dote materna: ergo &c. Postremò, alij arguunt in aliis terminis, quando statutum dicit de filiis natis ex eis, & similibus verbis vtitur: sed de his dicemus separatim. In casu igitur isto quando simpliciter, non facta mentione de filiis prioris matrimonij, statutum de lucro dotis loquitur, ex prędictis videtur concludendum derogatum censeri. d. l. hac edictali. prout iudicatum fuisse refert Ias. in d. autenti. præterea. & tenuit Petr. de Ana. & Pet. de Ferra. in sua pract. & Rayn. in consi. lxviij. & in consil. vltimo allegatis suprà in consiliis Signo. & Soc.

in dicto consi.lij.vbi dicunt, quòd istam opinionem longissima consuetudo approbauit in tota Lombardia. Verùm partem negatiuam tenent ferè omnes, quod imò per huiusmodi statutum non censeatur derogatum d.l.hac edictali.Bart. Bald. Saly. & alij, in d.l. hac edictali. Deci.in d. autenti. præterea.& ibi Curt. Iun.& Ias.colū.v. nume.15.& Franci.Pet.colum.xix.versicu.& infert ad dispositionem.Bald.& Pau.de Cast.in d. l.j. de inof. dot. Soci. in d. consi. xxxv. primum nunquid.in volu. iiij. vbi dicit communiter ita probari, quod dicunt sequendo Ioan.de Ami.in consilio iij & diffusius in consil.xj.consuetudo. Deci.in d.consil.xix.versicu. primus est casus. & in consil.cclxxxiij.col.j.Soci.in consi.lxxxv. lib. j.Alexan.in consi.clviij.primum.num.7.volu.v. Bald.in c.j.an marit. vxo.in benef. in vsib. feud. Alexan.in consi.cxliiij.circa primum num.2.& in fi.eod.volu.v.& in consi.cxxij.viso. nume.14. volu.vij.Ang.in §.quia verò,in autenti.de nupt. & in §.penul. in autenti. de non eligen. secundò nub.Ludo.Rom.in consi.ccccxliiij.videtur primo.in fi.& in consi.xliiij.ex supra narrato.Rap. Cuma.in consi.cix.domina Ioan.in secundo dubio.Fulgo.in consil.lxiij.Bald.quandam.Cast.in consil. cccxlv.viso casu & allegationibus.colū. ij.& in consil. ccclxv.præsupposito quòd præfatum,& in consi.cccxxxvj.ad primum quęsitum. & in consi.ccclvj subscriptus dominus Paris.in consi.xc.lib.iij.Curt.Sen.in consi.lxxviij.Signo. in d. consil. xxxvij. & alij quàm plurimi, qui ab his

his citantur:vt nulla dubitatio ſit,quin iſta opinio præualeat autoritate,& ſit tenenda in iudicando & conſulendo. Huic ſimilis eſt deciſio, quòd,ſi per ſtatuti,vel iuris communis diſpoſitionem maritus lucrari dotem debet in caſu, quod mulier adulterium commiſerit ſtantibus filiis ex priori matrimonio non lucrabitur. niſi iuxta modum determinatum per d.l.hac edicta li. ita tradit Fran.Crem.in ſingu.lxxxvj.ſtatuto cauetur. Arno.in problem.xxvij.ad regni.Caſſ. in Conſu.Burg.rub.vj.§.j.nu.7.Carcer.in practi. crim.§.homicidium.nume.cclvij.verſi.ſed quid ſi habeat.Et Bertach. citans Cepo. in reperto. in verſi.maritus lucratur.verſic.44.& ita fuiſſe iudicatum ſæpe refertur per eos. Verior quoque iſta communis concluſio videtur ex pluribus. Primò quia vt conſiderat Soci.in d. conſi.xxxv. nume.6.huiuſmodi ſtatutum in indiuiduo non diſponit expreſsim ſuper caſu, quando filij ex priori viro adſunt, & alia bona præter dotem mulier non habet: ideo iſte caſus deciſus à ſtatuto non poteſt dici, ergo eſt omiſſus, & remanet in diſpoſitione iuris communis. l. commodiſsimè.ff.de liber.& poſthu.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cauſam.l.ſi cum dotem.in princip.ſol. matr.quia correctio iurium eſt euitanda.c.cum expediat. de electio. in ſexto. l. præcipimus. de appella.l.vt liberis.ibi,nec lex vetat.C.de colla. gloſ. in capi. cupientes. §.quod ſi per viginti.de electio.& electi poteſt. in ſexto. niſi quando repugnantia iurium tanta eſſet, vt ineuitabilis

videre

videretur, vt dicit Bald. in dicto consilio cccc. xcv. libro v. §. fina. in autenti. de offic. & hic videtur euitabilis, secundum Soci. in dicto consil. xxxv. Secundò quia statutum admittit interpretationem pasiuam iuris communis. l. prima. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. & ibi deductis maximè per Hercul. & Docto. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. capi. ad audientiam. extrà de cler. non resid. ergo statutum de lucro debet intelligi, secundum dictam leg. hac edictali. hoc argumentum faciunt pro hac parte Ias. in dicta autenti. præterea. numero 14. versicu. adde pro ipsa. & Soci. in dicto consil. xxxv. versicu. confirmatur ista. Alexan. in dicto consi. clviij. nume. 7. versicu. sexto quia. Curti. Seni. in dicto consilio lxxviij. & alij non pauci. Tertiò quia statutum prædictum procedit verificato, quòd id, quod venit lucrandum sit dos. l. diuus. ff. de milit. test. Barto. in l. j. ff. quod vi aut clam. l. fin. §. j. ff. de diuor. sed id dotis datæ viro, quod est plus quàm illud, quod mater reliquit alicui filiorum, qui minus habuit, non est dos, quia habetur pro non dato, & pro non data: dicta l. hac edictali. d. §. optimè. perinde atque ab initio datum non fuisset, secundum Bald. in dicto consilio cccc. xcv. quædam. Quartò quia sicut non licet per pactum expressum dare, vel conuenire, quod vir plus lucretur de dote quàm sit aliquis filiorum habiturus: ita nec per tacitum, licere dicendum est, tum quia illa dispositio est generalis, & comprachendit tacitum: quia de expresso

ibi

ibi fit mentio,gratia exempli,ſecundum glo.ibi, & Bald.in dicto conſil.ccccxcv.quædam.numero 6.tum etiam quia non plus debet poſſe tacitum,quàm expreſſum.l.qui ad certum.ff.loca.l. item quia. ff.de pactis. ne quod prohibetur vno modo,vel via,videatur per alium concedi. cap. cum quid. de regulis iuris in ſexto.hoc argumentum faciunt Bartol.& Saly.in dicta l.hac edictali.Alexan.in dicto conſilio clviij. & alij ex præallegatis dicentes,quòd mulier videtur dando dotem tacitè velle,quòd vir lucretur dotem ſtante huiuſmodi ſtatuto.& Ang.in d.§.optimè. conſiderat hoc lucrum dotis immediate deferri,à ſtatuto:ſed à muliere mediate. Quintò quia dicunt, quòd qui prohibetur alienare, iubetur etiam facere & curare, ne aliquo modo alienatio ſequatur.l.codicillis.§.penul.de lega.ſecundo.l.ſi ita quis.§.ea lege.de verbo.obligat. & ad hoc quàm plurima more ſuo congerit And. Tiraq.in tracta.de retra. ligna.§.primo. gloſ. xiiij. nume.14.ex quo Bald.iubetur ergo mulier per d.l. hac edictali, curare ne alienatio in dando dotem ſequatur maior ſtante dicto ſtatuto quā ſibi conceditur in virum alienare. ita dicunt Bald.Saly.Alexan.Paul.de Caſt.& alij ex præallegatis.Poſtremò,quia iſta pars pro filiis eſt benignior, & magis tenenda, quia ipſi agunt de damno euitando,& maritus de lucro faciendo: vt pluribus in terminis ſtatuti de lucro dicit Rayn. in dicto conſilio cclxiij. columna quarta, numero 6.& Ioannes de Amic.in dicto conſilio

xj.con

xj. consuetudo. colum. 4. quia filiis est debita hæreditas parentum, dicit Rayne. vbi suprà per tex. in l. quia. ff. pro socio. l. fina. C. de codicil. &
37 Alexan. in consilio cxlix. libro sexto. Vnde † statutum de gabella soluenda de hæreditate, non procedit in hæreditate parentum delata filiis. Bertachi. in tractatu de gabella. in quinta parte principa. numero 15. & sequitur Deci. in dicta autenti. præterea. numero 19. versicu. secundo quæritur. & in dubio de duobus certantibus altero de lucro, altero de damno ille debet obtinere qui certat de damno euitando. l. finali. §. sinautem legatarios. C. de iure deliberan. l. quod autem. §. si quis. ff. de his, quæ in fraudem. l. qui peculij. ff. de pecul. lega. l. obligatione. ff. de pignora. actione. Ad contraria respondetur: ad primum igitur, in primis patet responsum ex prędictis, quòd non sufficit statutum esse posterius lege communi, & proprium ius loci, si quo modo compati potest cum lege communi, & istud compatitur, vt dixi. Secundum non suffragatur contrariæ opinioni, quia ista alienatio dicitur voluntaria, & compræhenditur in dicta l. ex quo prouenit ex facto mulieris dantis dotem, & mulier poterat vel non dando, vel sub contraria conditione dando dotem, euitare casum statuti de lucro, ideo non excusatur, quæ voluntariè se coniecit in necessitatem. l. ij. §. si quis tamen. ff. si quis cautioni. & allegata ex aduerso procedunt in alienatione, quæ non prouenit à facto hominis, præcedente, sed à necessitate

ſitate legis. Tertium negatur in indiuiduo: quia dicta lex, hac edictali. & dict. §. optimè, approbat antecedens, ſcilicet dotis conſtitutionem durante vita binubæ, ſed improbat expreſsim pactum de lucrando, quod eſt conſequens. Nec tex. in dicta l. prima. ſuffragatur, quia ibi non reperiebatur conſequens in indiuiduo antecedentis improbatum. Præterea negatur lucrum dotis eſſe neceſſarium conſequens, cum non proueniat ab eodem iure neceſſario, vt in caſu dictæ legis primæ, in quo aditio tutoris pro pupillo, fit iuris neceſsitate, à qua etiam obligatio indè oriens proficiſcitur. Quartum quoque falſum apparet ex eademmet ratione, ſicut & quintum. Ad ſextum reſpondetur, quòd mulier quatenus aduerſum iuris diſpoſitionem dictæ legis, hac edictali. ſibi conſulit nubendo, non excuſatur. & iura ex aduerſo allegata procedunt quando quis ſibi conſulit citra legis diſpoſitionem. Ad ſeptimum reſpondent Iaſ. in dicta autenti, præterea; & Ioan. de Amic in dicto conſilio vndecimo, conſuetudo; quod etiam ſtatutum iuris communis correctorium recipit interpretationem à iure communi, ſecundum multos, quos allegant, & maximè ne quis indebitè damnum patiatur: vt hic agitur de damno filiorum maximo: vt dixit Ioan. de Amic. in dicto conſilio. Rayne. & Iaſo. vbi ſuprà. Ad vltimum non cadit reſponſio; pro iſta ſe reſoluit diſputando Rolan. vbi ſuprà in quæſtione vigeſimaſexta. Rurſus vrgendo, poſſet aduerſum

commu

communem dici,quod imò videatur per huiuſmodi ſtatutum derogatum. dicta lege, hac edictali. tanquam illi contrarium, nam dum vult virum totam dotem lucrari, vel eius partem, negare cenſetur filios prioris viri, vel alium auocare aliquid poſſe inquit Bald. in dicto conſilio ccccxcv. quædam domina. numero tertio, quod probatur ſecundum eum, quia duo inſolidum habere idem nequeunt. l. ſi vt certo. §. ſi duobus.ff.commod.& ad hoc facit gloſ. iuncto tex.in §.reliquum, & §. illud palam. in autenti. de hæredi.ibi cum in tex.diceretur,in hæreditate fratres ſuccedere vna cum filiis alterius fratris præmortui,ſubiicit gloſ.quòd dicti filij fratris excludũt amitas à dicta ſucceſsione, quamuis ſint in æquali gradu; & hoc quia lex eos vocando cenſetur alios excludere.& non ſolùm negatio & affirmatio ſunt contraria, ſed omnis incompoſsibilitas eſt quædam contrarietas, inquit Bald. in dicto conſilio ccccxcv. ſubiungens,quòd non poſſumus miſcere ius commune cum ſtatuto: vt pro parte lucrum dotis ſecundum ſtatutum fiat, pro parte non: propter diſpoſitionem dictæ legis,hac edictali.vt ſimiliter eſt argumentatus Caſt.in conſilio cccxlv.viſo puncto & allegationibus. videtur ergo ſuſtineri primum fundamentum contra communem,quòd quaſi contrarium iuri communi ſtatutum, cenſeatur illi derogare. Secundò quia verba ſtatuti debent accipi cum effectu. lege, tertia. §. hæc verba. cum ibi notatis. ff. quod

quiſq;

quisque iur. glos. in l. Sed hoc nisi. de iure dotium; sed si filij ex priore viro possent aliquid auocare: non lucraretur vir cum effectu, quantum statutum dicit. l. secunda. §. peruenisse. ff. de hæreditate, vel actio. vendita. l. aliud est capere. de verborum significatione. Tertiò quoniam, quamuis iustum, & bonum sit filios habere hæreditatem matris, tamen melius est eos in hoc casu excludi, & maritum admitti, vt viduę nubere facilius possint: vt dicit Sign. in d. consilio xxxvij. factum sic, numero quarto: & hac de causa statuentes Florentinos motos fuisse ad concedendum lucrum dotis marito, in præiudicium filiorum: refert Paulus de Cast. & alij suprà quia viduę propter filios non reperiebant maritos, scientes homines non posse dotem lucrari illis stantibus. Postremò, cùm hodie sublatæ sint pœnæ iuris ciuilis impositæ mulieribus transeuntibus ad secunda vota, Apostoli autoritate, vt dicunt post Bart. Paulus de Castro & alij in l. vxores. & sequen. ff. de his qui not. infam. capitulo finali, de secundis nuptiis: & ibi notat Neuizanus de sylu. nup. §. ampliatur primo, numero 46. & sic liceat eis nubere, quod intelligi oportet vt secundum morem aliarum mulierum nubere valeant: gloss. in l. finali. C. de legi. l. constante. ff. soluto matrimonio: alias nubere nō posse dicerentur, l. nepos, & ibi not. de verb. sign. hoc est vt possint dare cum ea conditione lucrandi totum id, quod statutum dicit, sicut cæteræ mulieres, filios non habentes. Præterea concludi potest hodie dicta l.

hac edictali. cessare: quia cum aliæ mulieres filios non habentes dotem dare soleant sub ea lucrandi secundum statutum conditione, pareret impedimentum mulieribus filios habentibus in nubendo; quod impedimentum non oriebatur ante dictum statutum. nam de eo tempore illa consuetudo lucrandi dotem non vigebat, & rarò mulierem dare dotem marito cum iam dicta conditione lucrandi contingebat. Vnde dici potest quòd dicta l. hac edictali. hunc casum, in quo contingit hodie matrimonium viduarum impediri, ea attenta, vel non comprehendat, vel si comprehenderet, non valeat quasi impeditiua matrimonij, ita respondebat Soc. in consilio lxxx. præsens, columna penultima, volumine quarto: super casu cuiusdam statuti, subdens quòd cùm de facili mulieres sine dote non nubát lex vel statutum super dote conditum, quasi impediens per indirectum matrimonium, non valet, secundum Ant. de But. in consilio xxxvj. & alios quos refert, & sequitur Rui. in consi. lxj. nu. 8. volumine tertio & Soc. in d. consi. lxxx. pen. col. quoniam omnis dispositio impediens matrimonium reiicitur, Corn. in consi. cv. in ij. lib. Doct. in rub. & nigro de indict. vidui. tol. & in l. Titia de verb. oblig. & in c. gemmæ. de spons. & in c. fi. de secund. nup. Hinc patet responsio ad deducta ex aduerso, Ad primũ quòd imò patet esse statutum contrarium d. l. hac edictali, & sic illius correctorium. ad secũdũ quoque, quòd nõ videtur admittere interpretationẽ passiuam, nec aliam in hoc in

in quo corrigit ius cõmune:vt etiã dicam in replicatione ad respõsiones datas pro cõmuni. Tertiũ nagatur:quia omne,ꝙ datur titulo dotis ab initio doté fuisse,vsq; ad mortem binubæ, dixit Pau.de Cast.in d.cõsi.cxciij.verba statuti.& Bal.in d.cõsi. ccccxcv.quęda. col.fi.idem Cast.in cõsi.ccclvj.superscriptus dominus consultor.& in consilio cccxxxviij. ad primum:vbi dicit in hoc, tempus mortis inspici. §.quia verò.in auten. de nup.statutum ergo , in eo verificatur:vel secundo responde secundum Bal. in d.consilio ccccxcv.quædam quod statutum de lucro dotis debet intelligi per verba naturalia,potiùs , quàm per verba iuris ciuilis. l. hos accusare. §.vtrum liber.ff. de accus. & secundum communem vsum loquendi.l. Labeo. de supel. leg.l.librorum.§.quod tamen Cassius de leg. tertio:& isto modo dos intelligitur quicquid in instrumento dotali datum esse comperitur per dict.l.si quis posthac.C.de bon.proscri. arg. l. tutor.ff.de fideius. l.qui id quod.ff.de don. & secũdũ hũc modum statutum comprehændit illud dotis, quamuis de iure dici dos amplius non possit:vel tertio responde,quòd supposito quòd d.l.hac edictali.sit abrogata per statutũ seu hunc casum non cõplectatur,nihil est ꝙ doté esse id neget , ideo in dispositioné de lucro incidit. Quartũ & quintũ fundamentũ cessat præsupposito prędicto,stãte ꝙ statutũ cẽseatur sustulisse dispositioné d.l.hac edictali:quoniam illius legis prohibitione cessante, nõ prohibetur tacitè pactũ de lucrãdo sicut nec expressũ,nec mulier tenetur curare &c. vel scđo ꝙ

imò differunt obligatio legis, & obligatio hominis proueniens ex ipso contractu l. obligamur.ff. de actionibus & obligationibus: quæ enim fiunt per legis dispositionem nõ dicũtur per homines fieri.l. qui sub conditione de hæredibus instituendis. ideo lucrum dotis, à statuto delatum dici non debet per hominem, id est à muliere per eius pactum deferri. lex enim & statutum obligat etiam inuitum, l. Mæuio, de legatis secundo. sed si mulier in hac statuti necessitate, consentiat, aliquid ei imputandum non videtur. l. non videtur. §. qui iussu, de re milita. l. qua actione. §. primo. ff. ad l. Aquil. cum libentius, si per statutum ei liceret, dotem absque illa conditione profecto daret, argumento l. si ego, ad Velleia. Prætereà omnis alienandi prohibitio cessat tunc, cùm ex necessitate matrimonij contrahendi dotis nomine fit alienatio, l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellianum. & ibi nota. & in autentica res quæ. C. com. de leg. quæ hodie necessitas est in hoc mulieribus habentibus filios, quæ certè non vrgebat eas tẽpore sancitæ. dicta l. hac edictali. vt dixi. ideo hodie dicta l. hac edictali debet cessare propter istam necessitatẽ, ex post superuentam, quæ quidẽ lex cessasset tẽpore suo, si tunc huiusmodi necessitas mulieres vrsisset, quod patet quoniam ad refrenandam largitatem mulierum debaccantium amore alicuius viri, ibi dicitur illa cõstitutio emanasse, nõ ergo vt impediret eas nubere. Ad vltimum dicitur: quod imò maritus dicitur tractare de damno euitando secũdum mul-

tos habito respectu ad onera matrimonij suppor tata, propter quæ illud lucrum defertur, vt infrà dicam. & filij petendo hæreditatem maternam, dicunrur lucrum petere secundum Dec. in l. eo quod velis. de regulis iuris: & melius est eos dote materna priuari, quàm maritum eius lucro, ne illum priuando, viduæ incidant in difficultatem nubendi, vt dixi: illud enim filiorum concernit priuatam vtilitatem, hoc autem publicam concernit. l. prima, soluto matrimonio. auten. res quæ. & ibi nota. C. commun. de leg. & ideo in dubio pars mariti videtur potior. Ex his remanent sublatæ responsiones datæ ad argum. huius partis. & prima & secunda demonstrantur ex prędictis non veræ. Et responsio ad tertium & quartum & quintum, dum negantur: non videtur bona, quoniam ex aliis demonstratur vtrunque mulieri licere, & vtrunque valere antecedens & consequens, id est dotis constitutionem, & pactum de lucro, stante dicto statuto: quod præsupponitur ex prædictis derogare dict. l. hac edictali. Ad sextum replicatur, quòd imò autoritate legis, mulier sibi consulit dando etiam cum dicta conditione. Ad septimum replicatur quod statutum correctorium iuris communis, in alio, quàm in eo, quod disponit, reducitur ad ius commune: verbi gratia, statutum disponit, quòd filiusfamiliâs possit testari: quod est contra ius commune, certè hoc statutum intelligitur secundum ius commune, quòd scilicet testamentum faciat seruata iuris communis solennitate: quia de

ſolẽnitate teſtandi hoc ſtatutũ non diſponit,& ita procedant dicta Iaſ. Ioã. de Ami. & Rom. in locis præallegatis: per tex. in dict. l. j. §. lex falcidia. ff. ad l. fal. & ſimil. Sed in eo in quo ſtatutum ipſum diſponit, ſecundum ius commune intelligi non poteſt veniens ad illius derogationem. vt per Soc. in dict. conſil. lij. & Alex. in conſ. ccxlvj. lib. vj. & ita procedit Bal. dictum, in dict. l. maximum vitium. ſtatutum ergo diſponens de lucro dotis faciendo per maritum, de quo etiam lex communis diſponit, non videtur in hoc ſecundum l. com-
38 munem intelligi poſſe. quid dicemus? Ego † rectè diſtingui poſſe exiſtimarem, quòd aut mulier dat congruam dotem ſub dicta ſtatuti conditione de lucrando, adeò quòd ſi minorem dotem, vel ſub contraria conditione daret dotem, pro dignitate ſua, facilè, vel commodè non nuberet, ſeu maritum non inueniret: aut dat exceſſiuam, & magnam ſuprà id, quod aliæ eiuſdem conditionis mulieres ſolent dare, & pro minori, & congrua dote potuiſſet nubere ſecundum dignitatem, & ſui conditionem. Et in primo caſu dicerem diſpoſitione dictæ l. hac edictali, non attenta, viro deberi totum, quòd dicit ſtatutum de lucro dotis, tametſi filij ex priori viro extarent, quibus aliquid de bonis mulieris non remaneret: & hoc defenditur rationibus prædictis. Et communem Doctorum opinionem ſic reſtringit, & limitat in hoc caſu non procedere. Et nota quòd eſt magna limitatio communis concluſionis: & in terminis

his

his,quando ſic mulier non potuiſſet nubere,quòd ſtatutum de lucro ſimpliciter diſponens procedat non attenta diſpoſitione dictæ l. hac edictali. tenuit Lud. Rom. in conſilio centeſimouigeſimonono, ex themate conſultationis. in ſecundo dubio. Ancharanus in conſilio cv. in themate præmiſſo. Baldus in conſilio centeſimouigeſimoquarto, quæſtio formatur. volumine quarto. Angel. in conſilio cccxcvj. quædam. volumine quinto & aduertatur, quòd Angel. conſuluit in caſu vetulæ diuitis, quæ iuuenem pulchrum, & nobilem acceperat in maritum dando ei dotem magnam, qui alias eam in vxorem non accepiſſet, ſi lucraturus non fuiſſet illam dotem ex diſpoſitione huiuſmodi ſtatuti. vt veriſimiliter eſt credendum:& vt ex pluribus deductis per Neuiza.in ſylu. nupt.§. ampliant primo. nu. 55. vnde illud Iuuenalis. *Vetulæ veſicæ beatæ*.Sed mihi videtur quod in eo caſu Ang. tenendum aliud erat, quia laſciuiis non eſt indulgendum. l. ex damni. ff.de damno infecto, & hoc dicit Rebuf. in l. prima numero 289. & ibi Paulacus,numero 138. verſ.ſciēdū C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. & hanc ob cauſam potiſsimè emanauit dicta l. hac edictali. ne ob laſciuiam debachans amore alicuius,mulier neglectis, & derelictis propriis filiis, omnia in virum conferat, & vetula illa, de qua in caſu Ang.ſi non poterat minori dote virum illum aſſequi in maritum, congrua data potuiſſet quidem

alium ſibi parem ætate habere, quo contenta debebat eſſe: quod magis fuiſſet congruum: quia matrimonium bonum & aptum eſt nubendo pari. ſecundum Alexand. in conſilio lxxx. volumine ſeptimo. & Corn. conſilio tertio in præſenti numero tertio. volumine tertio. Iuxta illud Ouidij, Diſcere ſi vis nubere, nube pari. Et quòd matrimonium inter ætate pares fieri debeat: tradit pluribus Neuizanus vbi ſuprà numero 19. Præterea pietati maternæ conuenit filij proprij non obliuiſci, ſed eum diligere pluſquam ſeipſam. l. iſti quidem. de eo quod metus cauſa. autem. vt ſin. prohibitione matres debit. in principio. In ſecundo autem caſu procedit communis opinio, quoniam cum verè iſte caſus deciſus non ſit expreſsim, licet videatur ſub diſpoſitione indefinita ſtatuti comprẹhẽdi: nihilominus ex quadam naturali ratione, vel æquitate id dicendum eſt, ne hodie dicatur per ſtatutum de lucro dotis indulgeri libidinibus mulierum, & earum effrenatæ inſaniæ cæci amoris fauere ſtatuentes voluiſſe: quoniam ſicut hoc ſtatutum de lucro dotis, non tollit, quominus filij contra matrem, vel eius maritum, poſsint querelam inofficioſæ dotis proponere. l. prima. C. de inof. dot. & ibi nota. per Doctor. Bald. in dicto conſilio ccccxcv. numero ſecundo. & aliqui ex præallegatis dixerunt. ita non debet tollere hoc remedium dictæ l. hac edictali. Quod prouenit ex eadem tatione, naturali ſcilicet charitatis quam mater erga filios habere debet, & eſt ſubrogata loco querelæ, inofficioſæ do

dotis, vt probat Signor. in consilio clxxvij. quædam mulier, ex pluribus: vt ibi per eum. Fortius dixit Curt. sen. in dicto consilio lxxviij. quòd si statutum expræssim non dixerit, & clausulam derogatoriam iuris comunis, non obstāt &c. non apposuerit in statuto, non videbitur derogasse dictæ l. hac edictali. quia quando ius resistit, in statuto vt iuri communi deroget, talis clausula derogatoria requiritur, & in hoc casu videtur resistere, per ea quæ dicit ibi. sed hoc fundamentum, vel dictum reprobatur à Paris. in consilio nonagesimo, numero decimosexto, volumine tertio. volente secundum autoritatem plurium sufficere aliquo modo colligi ex verbis statuti, quod voluerit statutum dict. l. hac edictali, derogare. Resoluta prædicta statuti quæstione, per iā dictā

39 distinctionem, nunc operæpretium est alios † casus prosequi, quando statutum de lucro dotis censeatur derogare dict. l. hac edictali. & quando non. & in primis tangendo casus derogationis, Primum esse non dubitamus, quando statutum expræssim derogat dict. l. hac edictali. secundum quàm plurimos citatos suprà in principio huius materiæ, vel cum dicit quòd si mulier habens filios ex primo marito decedat apud secundum maritum sine filiis ex dicto secundo viro, debeat ille secundus vir superuiuens lucrari dotē: tunc erit derogatum, dictæ l. hac edictali. Soc. Iun. in consilio xciij. miror. ad fi. lib. j. nec est necessaria in hoc clausula derogatoria: secuudum Paris. in d. cōs. xc. quicquid dixerit Curt. Sen. in dicto cōsilio

lxxviij Rolá. vbi ſuprà in quæſtio. xxv. in fi. Secundus eſt caſus quando mulier commodè nubere pro ſua dignitate non potuiſſet, niſi dotem dando ſub ea conditione, ſub qua dant cæteræ mulieres: vt diximus ſuprà. Tertius eſt quando ex verbis huiuſmodi ſtatuti, poteſt quoquomodo colligi, quod voluerit ſtatutum derogare d.l. hac edictali. hoc tenuit Pariſ. in dicto conſi. xc. nume. 18. vbi allegat ad id Saly. Bal. Roma. Soc. Fulg. & Dec. in locis de quibus ibi per eum. ita enim dicit verè Soc. in conſilio lij. ſuper hoc nu. 4. colum. iij. Dec. in d. conſ. cclxxxiij. col. ſecunda: & in d. auten. præterea nu. 7. Et Paulus de Caſt. in d. conſ. cxciij. verba ſtatuti, col. ij. plenè firmat id Roland. vbi ſuprà, in q. xxv. Quartus eſt caſus quando ſtatutum dicit, quod maritus irreuocabiliter dotem lucretur, non obſtante iure communi: tunc intelligitur derogatum diſpoſitioni d.l. hac edictali. ita determinat Bal. in conſ. cxxiiij. quæſtio. lib. iiij. Quintus, quando ſtatutum dicit, quòd quicunque vir, ſiue primi, ſiue ſecundi matrimonij dotem lucretur, ſecundum eundem Bal. in d.l.j. nu. 8. verſ. tertio quæro de iſta. C. de inof. dot. Sed hoc non ſatis mihi cõcludit, ad derogationem d.l. hac edictali. quando quidem de ſecundo viro potuit expreſsim mentio fieri: quia non tam priuilegiatũ eſt ſecundũ matrimoniũ, vt primũ: vt dicã ĩ. Sextus eſt caſus. quando ſtatutũ dicit, ꝙ nihil de dote maritus reſtituat ſecundum Pariſ. in cõſ. xc. ꝑallegato nu. 22. vbi allegat Dec. in conſ. xix. & in conſ. cclxxxiij. Sed & de hoc valde

de dubito, nisi de filiis prioris viri, mentio simul facta fuerit in statuto. Rolan. vbi suprà in q. xxxj. plurib. comprobat hunc casum: simile est, quādo statutum dicit, quod totam dotē lucretur secundum eundem in q.xxxij.nu.14.& in q.xxxj. nu.6. Septimus, quando statutum dicit, quòd lucretur in omni casu, tunc censeatur derogatum d. l. hac edictali. secundum Rom. in consi. xliiij. ex suprà narrato quem refert & sequitur Paris. in d. cons. xc. nu.23. Dec. in cons. cccclxxij. testator. nu.2. & in d. cons. cclxxxiij. col. ij. Lud. Gozad. in cons. lix. nu.13. & Paris. citat ad hoc Claud. in l. si ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. & Soc. in d. cons. lij. vol. iij. Sed nec hoc dictum mihi placet, & multi tenēt contrarium, vt dicam infrà in casibus negatiuis. Rolan. vbi suprà in q.xxix. pro isto casu dicit esse cōmunē: quē plurimos citat vt ex eorū nu.2. mihi videatur communius. Octauus casus est, si vltra statutū simpliciter loquens de lucro dotis faciendo per maritū adesset aliud statutū de muliere filios habente ex priore viro, & quòd se aliquo modo referret ad statutū de lucro dotis: vt in contingentia facti tenuit Dec. in d. consi. xix. col. iij. sed in eodemmet casu Rui. cōtrariū consuluit in consi. lxiiij. visis statutis in iij. Dictū Dec. in severū est sed in eo casu, an statutò de muliere habēte filios, referri oporteret ad eā partē statuti de lucro, de qua disputabāt, meritò dubitari poterat. p ea, quæ deducit ibi Ru. quibus conatus est ostēdere, quod in statuto Pistoriensi volente, ꝙ vxore præmoriente sine filiis amborū ī. quinquēniū medietas dot

dotis pertineat ad maritum, & alia medietas, restituatur, vel reuertatur ad filios vel filias, & ad alias personas de quibus in eo. ea verò decedente post quinquennium, nihil de dote restituatur. iste secundus casus statuti, de lucranda tota dote intelligendus sit vt dispositioni dictæ l. hac edictali, non videatur derogatum, quominus in isto secundo licet non in primo, filij ex alio viro queant à vitrico partem dotis auocare iuxta dispositionem. dictæ l. hac edictali. Et stante hoc, quòd illud statutum fuisset intelligendum derogare dictæ l. hac edictali. dũtaxat in j. casu, statutum de muliere habente filios, se ad illud referens: relatio eius veniebat verificanda, & intelligenda tantum in primo casu. secùs si statutum de lucro in nulla sui parte videretur restrinxisse derogationem dictæ l. hac edictali. Sed absolute, & simpliciter loqueretur: tunc enim statutum de muliere habente filios, ad illud se referendo certè non posset non se referre absolute ad omnes dictos statuti casus, quòd scilicet in omnibus casibus vel infrà, vel post quinquennium muliere moriente censeretur derogatum. dict. l. hac edictali. Nonus casus est secundum Decium in dicto consilio decimonono & Soc. in dicto consilio quinquagesimosecundo, & Bal. in dicto consilio ccccxcv. quædam. volumine quinto: quando in vna parte statuti derogatur. dict. l. hac edictali. vt videatur in alio etiam casu eidem derogatum: quia vna pars legis, vel statuti per aliam declaratur. iuxta vulgariter

alleg

allegata per Dec. ibi. Sed aduertendum eſt, an id ſtatutum, commodè patiatur. Caſus ſtatuti Dec. erat quòd dum ſtatutum Piſtorienſe dicebat vxore ſine filiis amborum præmoriente infrà quinquennium, dotem pro medietate redire ad filios mulieris, & alias eius perſonas, de quibus in eo, & pro medietate penes virum remanere, derogabat dict. l. hac edictali. quia neceſſariò intelligebatur extare filios ex alio viro: & nihilominus volebat medietatem dotis virum lucrari, vt deducit Dec. & Rui. in conſilio nonageſimoquinto præallegatis. An verò hæc derogatio, quæ facta colligebatur in caſu mulieris morientis infrà quinquennium extenderetur ad caſum morientis poſt quinquennium, in quo caſu ſimpliciter dicebat ſtatutum nihil de dote eſſe reſtituendum, fuit in conſulendo dubitatum per Dec. & Rui. vbi ſuprà, qui ſibi fuerunt contrarij. Pro Dec. mihi videtur fortius mouere illa ratio, quia maritus alioquin minus lucrabitur in caſu vxoris morientis poſt quinquennium, ſi negatur in eo caſu derogatum eſſe dict. l. hac edictali, quàm cum moritur ante elapſum quinquennium in caſu illi l. derogatum eſſe patet. nam in illo caſu vigore dictæ l. tot filij ex priore viro poterunt eſſe auocantes lucrum, vt ſexta vel duodecima ſeu minima pars de dote remanebat viro. Sed rationabile hoc non videtur, nec de mente ſtatuentiũ: quòd virum minus lucrari de dote in ſecundo caſu quàm in primo voluerint, dũ in ſecundo caſu ſtatuunt nihil reſtitui de

dote

dote,in primo autem volũt medietatem restitui. Pro Rui. opinione stringit, quòd non est consequentia, quòd si voluit statutum derogare dictæ l. hac edictali. in primo casu, & in eo maritus lucretur medietatem dotis, & aliam mediatatem habeant filij ex priore viro, idem dicatur in secundo casu voluisse, vt maritus in totum doté lucretur. & filij in totum excludantur. istud enim esset multiplicare odia in non expræssis per tacitam relationem, quæ non fit, vbi militat diuersa ratio, vel odium, vel ibi restringitur fauor personæ: & dispositio dictæ l. hac edictali. est fauorabilis: ita late deducit Rui. in dicto consilio lxiiij. volumine tertio: ideo super hoc casu amplius cogitandum est. Roland. vbi suprà in quæstione xxxj. numero 12. tenet pro Decio contra Ruinum: Socini & Baldi casus alius erat, nam statutum dicebat maritum dotem lucrari præmoriente vxore sine liberis, natis ex eis, & si filij ex eis extarent maritum lucrari dotem nolebat, sed eam conseruari filiis prædictis mandabat, filiis ex alio matrimonio exclusis: dubitatum fuit, an sicut in casu quando extant filij ex eis, qui soli succedunt in dote, excluduntur filij ex alio à prędicta dote, ita quoque ipsi excludantur quando maritus est lucraturus dotem præmortua muliere sine filiis ex eis: & sic in isto casu corrigatur dispositio dictæ l. hac edictali. Baldus in dicto consilio ccccxcv. numero 13. Socinus in dicto consilio quinquagesimosecundo, super hoc versiculo ex quo infe-

ro

ro, arguunt primam partem ſtatuti, in qua lucrum defertur marito, intelligendam eſſe etiam ſtantibus filiis ex alio viro, & ſic corrigere ius commune, ideſt dictæ l. hac edictali. quia ſecunda pars ſtatuti in qua vocantur filij ex eis nati, expræſsim excludit filios ex alio viro: nam vna pars declarat aliam (inquiunt ipſi.) l. hæredes palam. §. ſed ſi natam. ff. de teſtamentis. l. vtrum. ff. de petit. hæred. ſed dici poteſt hoc non ſufficere, ſecundum Paulum de Caſtro in conſilio cxciij. verba ſtatuti. in columna prima ſuper hoc ſtatuto conſulentem: quoniam (vt ipſe ait, & certè probabiliter) iniuſtius quidem eſt filios prioris matrimonij, à dote materna excludi propter maritum matris eorum vitricum, quàm propter filios eorum matris natos ex ſecundo matrimonio: nam filij ex ſecundo matrimonio etiam habent de iure communi ſymbolum, ideſt partem in dote materna, ſed vitricus nullum pœnitus ius habet in ea, ſed faciliùs fit tranſitus in habentibus ſymbolum, quàm in non habentibus. l. in rem actio. §. quæcunque. ff. de rei vendic. & dicit Corn. in conſ. ccxcij. circa primum. nu. 8. lib. j. Et quia eſt materia ſtricte intelligenda ex pluribus cauſis Soc. & Bal. cõſiderãt ſuper d. ſtatuto alia, & præſertim verbũ ex eis, infundendo ſuã conſultationẽ, ſed illud attingã mox. Decimus eſt caſus quando ſtatutũ dicit virũ lucrari dotẽ muliere præmoriẽte ſine filiis natis ex eodẽ matrimonio, vel ex eis vel amborũ, & id genus ſimilia q̃ verba denotãt excluſionẽ aliorũ

fili

filiorum de dicta conditione: tunc ſtantibus liberis ex alio viro, debet etiam maritus dotem lucrari ſecundum Bal. in dicto conſilio cccexcv. quædam. & Socy. in dicto conſilio lij. ſuper hac. volumine tertio. Dec. in conſi. cclxxxiij. diligenter. col. prima. & conſulendo ſequitur Pariſ. in d. conſi. xc. num. 26. volum. tertio: & Rom. in conſ. xliiij. qui à Soc. & Pariſ. allegatur ad hoc, quòd primo probant quia illa verba ex eis, & ſimilia in conditione liberorum appoſita, ſtarent alioquin ociosè, ſiquidem ſimplex conditio liberorum abſque illorum verborum additione intelligebatur de liberis ex eo matrimonio, & non ex alio: vt & nos ſuprà diximus. vt ergo aliquid operentur iux. l. ſi quando. de leg. primo. & ibi not. & concord. debent accipi ad derogationem dictæ l. hac edictali. vt in aliquo maritum lucrum totum quod dicit ſtatutum, facere, filij ex alio minimè impediant. Pretereà Pariſ. arguit, quod dum ſtatutum filios proprios ad excluſionem mariti admittit, repellit cæteros, quia exceptio in vno confirmat regulam in non exceptuatis, vt ipſe pleniſsimè deducit. huiuſcemodi argumentis vſus eſt Baldus & Socinus vbi ſuprà. Sed fortius videtur ſtringere; quia ſtatutum vocans virum non ſtantibus cõmunibus filiis, habet caput incluſiuum filiorum, quod ſi filij communes extabunt ipſæ ſuccedant, & ſic eis dos defertur. Sed ſi in caſu filiorum communium exiſtentium extarent etiam filij ex alio viro, omnes filij ſuccederent matri in dote, excluſo

ma

marito, quod nemo negare poteſt. Ergo in caſu conuerſo vbi maritus ad dotis lucrum admittitur, illorum reſeruatio, ſeu vocatio ceſſat, ſicque dicti filij ex priore viro excluduntur à dote. hoc argumentũ facio ex dictis Parſ. in d. cõſ. xc. pro iſta parte tenet etiã Rolã. vbi ſ. in q. xxx. per plura, de quibus latè ibi per eũ. & in q. xxxij. idem pluribus firmat ſtatuto dicente, ſi ſine liberis cõmunibus &c. idẽ etiã firmat ſtatuto dicẽte ſi ſine filiis amborũ, &c. vt per eũ. in q. xxxiij. Nihilominus in hanc ſententiã facilè venire nequeo: tum quia contrariũ tenuerunt Socin. in conſ. xxxv. in iiij. lib. Bald. in c. j. an maritus ſucced. vxo. Rui. conſ. lix. nu. 17. vol. iij. & in conſil. lxj. nu. 13. vol. iij. & Alber. in tract. de ſtatuto exclud. fœm. propter maſcu. vj. arti. q. xxvij. quem allegat ad hoc Pariſ. vbi ſuprà. vbi allegat Bald. & Soci. & alios. tum etiam quia prædictæ rationes, non concludunt ad inducendam derogationem d. l. hac edictali. Nam ad primã reſpondetur, quòd explicitè de filiis ex ſe natis mentionem fecit ad tollendam omnem facti dubitationem, an filij ex alio matrimonio faciant hanc ſtatuti conditionem deficere. ita reſpondet Rui. in conſil. lix. nume. 17. volum. iij. dicens tali caſu ſuperfluitatem non eſſe damnatam, ſecundum Abb. in c. ſolitæ. de maio. & obed. & in c. certificari. de ſepult. & quanta fuerit dubitatio, an cõditio ſimplex liberorum compræhendat etiam filios ex alio, patet ex diſputatione acerrima Raynerij, & Signor. de qua in præal-

legatis consiliis lxviij. lxix. & cclxiij. quod est vltimũ. Ad secundum dicitur illud procedere in terminis suis, scilicet, in verificatione conditionis, de qua loquitur statutum, nam ad verificandum casum lucri, regula seu dispositio statuti confirmatur per exceptionem filiorum eiusdem matrimonij, in aliis, vt si filij ex alio extent, nihilominus casus lucri extitisse dicatur, sed non procedit argumentum respectu iuris huiusmodi filiis competẽtis. d.l.hac edictali. quia statutum de illa non loquitur, sicut nec respectu querelæ inofficiosæ dotis procedere dici potest eadem ratione. Tertium minus obstat: quia stantibus filiis ex eis, filij ex alio admittuntur, non quia censeantur à statuto vocati ad dotem, nã nec ipsi, neque filij ex eodem matrimonio dicuntur vocati per statutum ad eam, negatúrque statutum prædictum, caput inclusiuum eorum habere: sed quia de iure communi ab intestato filij omnes ex quouis matrimonio matri succedunt. ita vult Paris. in d. consil. xc. volu. iij. si ergo in casu illo, existentium filiorum ex eodem ipsi non dicuntur vocati ad dotem, in casu conuerso, quando succedit maritus, non dicuntur exclusi, vel secundo si dicuntur exclusi, certè exclusi non sunt, nisi quò ad illam successionem ab intestato: quam duntaxat importat illa conditio, vt dixi: ergo non impediuntur illud remedium particulare dictam l. hac edictali, aduersum vitricum mouere. Ponderabat etiam Bald. in dicto consil

consilio ccccxcv.nume. 15.pro sua opinione relatiuum, quod se referebat in dicto statuto, ad omnia præcedentia.l. talis scriptura, de legat.j. §. final.l. si idem cum eodem. ff. de iurisdictio. omnium iudic, c. secundo requiris. de appella. cui respondendo possumus dicere,quòd,quando sub est diuersa ratio, vt magis ad vnum, quàm ad aliud fiat relatio, tunc ad omnia præcedētia non fit relatio:ita respōdet in ista materia Rui. in consilio lxiiij. numero 6.volum. iij. & ratio diuersitatis adducitur per Cast.in dicto consil.cxciij.verba statuti.in colū.j.prout suprà recēsui: & sic vides nec in casu isto derogatum videri d.l. hac edictali. Nolo tamen dictis meis tantum deferri,quin si videatur magis, quisque adhærere aliorum authoritati valeat, nam in hoc, & in cæteris opinionem meam causa tantùm excitandi aliorum ingenia in medium me adduxisse volo. Vndecimus est casus, quando statutum dicit, quod vir lucretur dotem etiam in præiudicium filiorum prioris viri, tunc d. l. derogatum censeri non dubito, vt tenuit Dec. in dicto consil. xix. pro tenui. colum. ij versic. Secundus est casus.& Paris. in dicto consilio xc. numero 12. volumine iij. vbi citat quàm plures Doctores, de quibus ibi per eum. Idem dicas quando statutum diceret, quòd lucraretur dotem etiam extantibus filiis ex alio matrimonio, vt post Castr. & alios allegatos ibi per eum, dicit Deci, in dicto consilio xix. versicu.Secundus est casus.& Soc.in consi.lij.super hac col.ij.

versic. vnde considero. volu. iij. & Paris. in dicto consil. xc. Et habent istos duos casus pro indubitatis. Vndecimus est casus, secundum Rui. in consil. lxj. col. penult. volu. iij. quando statutum postquàm statuit virum lucrari dotem, seu partem eius, filiis cõmunibus non extantibus, dixit hoc etiam velle in dote, quæ ex legis dispositione intelligeretur constituta: nã in vno tantum casu (inquit Rui.) dos legis dispositione intelligitur constituta, scilicet quando mulier transit ad secũda vota dotis non facta mentione, in quo casu intelligitur dos data primo, in isto secundo matrimonio repetita: vt dicemus suo loco, ergo statutum vult virum lucrari in secundo matrimonio dotem, & sic indistinctè etiam stantibus filiis ex alio matrimonio. Ista Rui. conclusio non est bona: quia non sequitur statutum vult secundum virum etiam doté lucrari, ergo & in præiudicium prioris viri filiorum, in derogationem d. l. hac edictali, vt dixi ad suprà dictum casum: cum posit procedere quando d. filij non extarent, vel etiam intelligi iuxta terminos d. l. hac edictali. Est verum, quòd consilium Rui. ex alio optimè defenditur ibi: quia ibi in eo statuto subiiciebatur prædicta obseruari etiam extantibus liberis prioris matrimonij: vt per eum in dicto consilio, columna penultima, versicul. hoc igitur sic præsupposito. Nam vt diximus in præcedenti casu, ista verba, extantibus etiam liberis ex alio &c. faciunt rem claram: quòd statutum voluit illis præiudicare

dicare auferendo eis ius d.l. hac edictali, iuxta præallegatos. Duodecimus est casus Paul. de Castr.in consilio cxciij. verba apposita.vbi cum statuto veteri, in quo cauebatur virum lucrari dotem filiis non stantibus ex eodem, si verò extarent, maritum, & filios ex alio matrimonio excludi, & filios prædictos vocari ad dotem disponebatur, additũ fuisset statutum nouum, quòd in casibus supradictis intelligatur dos totum illud, quod fuerit datum parti viri, vel confessatum à parte viri pro dote: vel promissum eidem. Consuluit Castr.per hanc additionem voluisse statuentes derogare d.l. hac edictali. quoniam, si non intelligeretur dos ad effectum hunc derogandi, scilicet d.l. fuisset superuacua. si quidem quò ad præiudicium partis mulieris intelligatur dos modis prædictis absque eo etiam quòd statutum dicat id, quia mulier etiam filiis stantibus ex priore viro, potest omnia sua bona in dotem dare, quia in eius vita nihil eis debetur. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bono. iuncto §. quia verò: in autenti. de nuptiis, & aliis deductis per Castrens.ibi. Decimustertius est casus, quando statutum permittit mulieri dare secundo marito omnia sua bona exclusis etiam filiis ex primo matrimonio, stante alio statuto eiusdem loci de lucro dotis: tunc si contingat mulierem dare secundo viro omnia bona sua in dotem, filij ex alio viro, non auocabunt à viro partem aliquam lucri dispositione. d. l. hac edictali. Ita consu-

luit plenè Signorol.in consilio xxxvij. factum sic, & in consilio lxix. vbi considerat statutum ponere in potestate mulieris actum dandi dotem, secundo viro, vel aliter in eum bona transferendi: actum verò excludendi liberos vlterioris matrimonij secùs, quod non ponitur in potestate mulieris, sed imò habetur pro disposito ministerio statuti, ita quòd alia particularis exclusio ipsius mulieris facienda de eis non sit necessaria: quia huiusmodi participium præteriti temporis, denotat rem in esse iam perfectam. l. de tutella. §. fin. ff. de cap. dimi. l. ij. §. exactis. ff. de origin. iuris. Item denotat rem affuisse tempore dispositionis absque hominis ministerio. l. si quis maior. C. de transac. glos. in l. j. C. vt lite pendent. Facítque Signor. diferentiam, an statutum dicat, quòd liceat mulieri dare excludendo liberos, &c. vel an dicat exclusis liberis &c. quia in primo casu denotaretur exclusio filiorum in fieri hominis ministerio: in secundo verò denotatur exclusio eorum in esse perfecto: vt iuribus per eum ad hoc allegatis. Verùm in isto casu Raynerius in consilio lxviij. quædam mulier. columna iiij. numero 13. versiculo in secunda parte, putauit dictâ l. hac edictali, non corrigi per præfatum statutum nisi conditionaliter, volens datam esse potestatem mulieri, si expresśim filios excluserit, faciendi vt maritus omnia eius bona in dotem habeat, ac eam lucretur iuxta statutum de lucro dotis, etiam quòd filij

prio

prioris viri extarent: ſed ſi ipſa eos expreſſim non excluſerit, illi non impediantur ſoluto matrimonio auocare partem datorum in dotem à viro volente eam lucrari iuxta diſpoſitionem dictæ legis hac edictali. & mouetur, quia iſta verba excluſis liberis, ſunt ablatiui abſoluti, qui reſoluuntur in vim conditionis, ſcilicet ſi excludantur liberi. lege, à teſtatore. ff. de conditio. & demonſtratio. l. ab emptore. ff. de pactis. l. euictis. ff. de vſuris. eſt ergo ſecundum eum excluſio eorum neceſſaria, quòd expreſſim à muliere fiat: vt eis tollatur remedium dictę l. hac edictali. & iſtam excluſionem vult à matre fieri quandocunque poſſet durante vita ſua, quia tempus excludendi non eſt determinatum. Prolixè replicat Signorol. in conſi. lxix. col. vj. num. 14. verſicu. nunc venio ad poteſtatem. Sed prolixius triplicat Rayner. in conſilio cclxiij columna viij. verſiculo nunc deſcendit. numero 16. In ſumma, eorum rationibus conſideratis, mihi placet opinio Signorol. nam negari non poteſt, quin ablatiuus abſolutus poſſit in diſpoſitione ſtare interdum per modum narrationis facti ad diſpoſitionem iuris præcedentem, vel ſubſequentem: vt inquit Signorolus, in dicto conſilio lxix. numero 18. verſiculo ſecundo caſu: autenti. in ſucceſsione. C. de ſuis & legitim. autent. poſt fratres. C. de legi. hæred. vel (vt dicit Alciatus in l. quærebatur. de verbo. ſignific.) ſtat aliquando in vim ſeptimi caſus:

 ideo

ideo cum in dicto ſtatuto accipi poſsit aliter, quàm per modum conditionis, ſcilicet per modum aſſertionis & narrationis, non eſt dicendum, quòd ſtatutum poteſtatem conditionatam mulieri dederit, ſeu quod ſtatutum voluerit conditionaliter corrigi dictũ l. hac edictali, ſcilicet, ſi mulier filios excluſerit: nam diligenter aduertatur ad vtrũque diſtinctè. Quò enim ad primum de poteſtate conceſſa, tene quòd non minùs inaniter, quàm ineptè dicitur conditionalis, quoniam diſpoſitio conditionalis, non efficitur per expreſsionem eius, quod tacitè inerat, ſeu eius, quod extrinſecus non venit. l. conditiones. l. aliquando. ff. de conditio. & demonſtratio. & notat. per gloſ. & Doctor. in capitu. ſignificaſti. de electio. ſed in actu conceſſo mulieri transferendi in ſecundum virum ineſt actus excludendi alium. & par eſt dicere, concedo tibi poteſtatem, ſi vis alium excludere, vel, id dicere ſimpliciter abſque huiuſmodi conditionis expreſsione, quæ tacitè ineſt in huiuſmodi conceſsione. Illa ergo poteſtas, non poteſt conditionaliter data dici ex huiuſmodi expreſsione. Quò ad alterum, quòd ſtatutum corrigere dictã leg. hac edictali, ſub conditione, ſi mater eos excluſerit, intelligatur, & non aliter: dico illum ablatiuum, excluſis & cætera, non adaptari ad id: quia de correctione dictæ legis hac edictali, ne verbum quidem exprimit ſtatutum, ideo ad hoc non poteſt referri, vel condi-

tionem

tionem importare: eſt ergo neceſſe, vt refe-ratur ad poteſtatem conceſſam, & relatus ad eam per modum conditionis ſtare nequit: vt di-xi: ergo per modum narrationis, & aſſertionis concluditur, & ſenſus eſt, quòd mulieri liceat in ſecundumvirum transferre omnia bona ſua: excluſis liberis: id eſt vt liberi prioris matrimo-nij excluſi intelligantur, vt nullo modo quic-quam auocare queant. Quod mihi indubita-tum videtur, ſtante ſtatuto de lucro: quoniam tunc vtrunque conceſſum apparet ex ſtatuto, ſcilicet antecedens, id eſt dotis conſtitutio de omnibus bonis, & conſequens, id eſt ius lucran-di, ſeu lucrum dotis, in quo caſu certum eſt fi-lios ex alio quicquam contra vitricum dicere non poſſe: vt per Soci. in dicto conſilio lij. ſuper caſu. volu. iij. Pariſ. in conſil. præallegato. xc. & alios, vbi ſuprà. Aliis pulchris rationibus com-probari: hoc Signoro. latè deducit in præallega-tis conſiliis, quas hic non puto referendas: ſed ad eum te remitto, quem omnino in hoc videas. In vno caſu Curtius in dicta autenti. præterea, num. 16. limitat hanc concluſionem, quòd illa duo ſtatuta non procedant in caſu, quando ſci-licet mulier actualiter nullam dotem dediſſet, licet tranſeundo ad ſecunda vota nõ facta cum viro mentione de aliqua dote, videatur dotem primo viro datam, tacitè promiſiſſe ſecundum legis diſpoſitionem: vt ſuo loco dicemus non vult enim ſtatutum illud rigoroſum (vt ipſe in-quit) per quod filij priuantur beneficio dictæ

l. hac edictali. in casu dotis per mulierem datæ vitrico iuxta permissionem statuti in effectu derogantem dictæ legi, extendi ad hunc casum, quando mulier ipsa actualiter non dedit, sed lex, id est extendi de casu dotis expressim datæ ad hunc casum dotis fictè, seu tacitè constituta. & ita pluribus consulendo comprobat Iaso. in consilio 50. in volumi. j. Et hoc mihi videtur decidi per Curt. Sen. in consi. lxxviij. nume. 8. dum dixit, quòd transeũdo ad secunda vota mulier, licet videatur tacitè dare dotem datam primo viro, tamen hoc limitatur non procedere stantibus filiis ex primo viro, tunc pro portionibus bonorum pertinentibus ad eos vigore dictæ l. hac edictali. non videbitur tacitè dotem dedisse, vt in præiudicium eorum lucrari maritus eam possit. Barto. in quęstio. mulier habens amplum. in solu. quæstio. colum. prima. Alexan. in consilio cxliiij. libro quinto. & Curtius in dicta autent. præterea, nume. 13. etiam si dixeris, quòd prædicti loquuntur in terminis, quando mulier non habet potestatem faciendi contra dictã leg. hac edictali. & sic propter defectum potestatis, ergo secùs in terminis præfati statuti sibi eam potestatem concedentis, sicut in terminis iuris communis quando non extant filij, in quo casu habet potestatem omnia dandi in dotem, & vir potest omnia data lucrari, videtur tacitè dedisse etiam ad effectum lucrandi, iuxta statutum de lucro dotis. Respondeo idem, quoniam licet potestas adsit, quòd ab fuerit mulieris voluntas

in hoc

in hoc casu præsumendum est, vt videtur velle Curt.Senio.in dicto consilio lxxviij.numero 8. & ratio est, quia impietas, & quasi crimen est, quamuis à statuto id concedatur fieri (quandoque enim à lege, id quod verè crimen est etiam committi impune clarum est.lege, Grachus.C. de adulte. & alibi.) proprios filios deserere in totum,omniáque in alium transferendo charitate, affectúque materno se declarare ex parte, quod turpe mulieri quidem est:vt ergo reiiciatur præsumptio criminis, & turpitudinis. lege, meritò.pro socio.l. cum profitearis. C.de reuocand. donatio. præsumendum est quòd noluerit id facere,& sic quod dos tacitè vltra mensuram dict. l.hac edictali.data non præsumatur, & per consequens filij ex priori viro non obstante prædicto statuto possint habere remedium dictæ l. hac edictali. quasi illud statutum non verificetur in hoc casu. Ita reperio tenere Rolan.vbi suprà in quæstio. xxxiiij. Decimumquartum casum Simo. ex Roland. vbi suprà,in quæstio. xxviij. quando extraneus, & non mulier vel eius pater dotem dedisset:tunc filij non auocabunt lucrum,& cessabit dicta l.hac edicta li.& sic ibi Bal.tenuisse,Curt.Iun.in consi.cxxij. & Roma.in consil.ccxix.& Saly.in l.si ita quis.§. ea.l.de verbo.obligati. refert, & sequitur etiam per alia,de quibus ibi per eum. Decimumquintum casum collige etiam ex Rolan.vbi suprà,in quæstio.xxxv. quando etiam extat statutum cauens,quod statuta intelligantur ad literam: nihilom

hilominus erit locus d. l. hac edictali. & in his terminis allegat Curt.Iun.in conſil.cxxij.in fin. & volunt Signo.in conſilio xxxvij.& in conſilio lxviij.& Rui.in conſil.lxix.& conſi.cclxiij. Vbi autem ſtatutum de lucro dotis derogauit d.l. hac edictali.Nota ampliando,quòd huiuſmodi derogatio habebit locum etiam in caſu, quando lex,vel ſtatutum fingit dotem.Fulgo.in conſilio lxxxix.domina Catharina.Rui.in conſi.lxj. colum.penul.volumi.iij.Caſt.in conſi.cccxxxvj. ad primum quęſitum. Alexan.in conſ.cxlij. viſo ſtatuto.in fin.volumi.vij. & in conſil.cxxij. viſo proceſſu.nume.14. eod.& aliis, vt infrà de dote ficta dicemus. & iſtam ampliationem tene præterquam in caſu præcedenti: in quo abſolutè non fuit derogatum d.l.hac edictali, ſed quatenus daret mulier dotem, vt dixi. Limita nunc ſtatutum de lucro dotis derogans d. l. hac edi-
40 ctali: † primò non procedere,ſeu non præiudicare filiis, qui eſſent forenſes, & non ſubditi ſtatuentibus, ſecundum Paul. de Caſt. ſic limitantem in conſi.ccclxv.præſuppoſito quòd.col. j.& ſequitur Alb. Brun.in d.tract.de ſtatuto exclud.fœm.propter maſ.in vj.artic. in prima qó. Rolan.tenet hoc pluribus.in quæſti.xxxvj.allegans in fin.Caſt.& Bru.in locis prædictis. Circa quam limitationem aduerte, quòd ſi dicti filij forenſes eſſent hæredes matris, quia mater videtur obligata viro quò ad lucrum dotis ſecundum dictum pactum,non poterit eis ſuffragari, quantumuis forenſibus, diſpoſitio d. l. hac edi-

ctali

ctali.quoniam, vt hæredes matris obligationem ratam habere cogantur.l.cum à matre.C.de rei vendica.cum concor.Ita trad.Deci.in consi.xix. colum.penul.versiculo,nec obstat,quòd saltem mortua.& latè Ioan.de Amic.in consil.iij.Si autem hæredes matris non essent, d. decisio Cast.
41 procederet.Secundò limita,†quando huiusmodi statutum esset, à non habentibus potestatem derogandi iuri communi conditum, vt à Baronibus & dominis Castrorum,qui æquiparantur prætori,vel præfecto prætorio, vt per nota. per Barto.& alios.in l.j.de verbo.obli.quorum constitutio nō potest iuri communi derogare.l.formam.C.de offic.præfec.præto.c.institutionibus. xxv.q.ij.Ioan.And.in c.fi.de appel.in vj.& sic isti non poterunt derogare d.l.hac edictali. ita limitat Paul.de Cast.in d.consi.ccclxv.prȩsupposito quòd. Aduerte etiam ad istam limitationem, quòd quando domini Castrorum habent perpetuam iurisdictionem,& merum,& mixtum imperium, statutum, & decreta eorum perpetuò durant,& dicuntur ius ciuile,& actiones ex eis descendentes sunt perpetuæ,& sic derogant iuri communi,vt plenè consuluit Ioan. de Amic. in consi.cx.ad elicita: & in summa ego dixerim inspiciendum esse, an statuentes habuerint potestatem statuendi aduersum ius ciuile, quod multis modit potest contingere, & ad hoc possunt inseruire quæ tradit Rolan. vbi suprà, in quæstio.iij. Tertiò limitat Curt.Sen.in consilio lxxviij.domina Franceschina.prout refert Cur.

in dic

in dicta autenti. præterea, nume. 15. quando filij ex eodem matrimonio extarent, tunc vir non poterit plus lucrari quàm vnus ex filiis prioris matrimonij: quamuis statutum derogauerit d.l. hac edictali. Sed hanc limitationem ipse reprahendit, quia multò magis maritus, quando habet filios, debet dotem lucrari, quasi magis grauatus, quàm cum non habet filios: & quia aliàs maritus viduam non accepisset, vel non ita facile inductus esset ad eam accipiendam, si se dotem minus lucraturum sciuisset: & statuti ratio hæc fuit, vt viduæ etiam facilè maritos inuenirent, quæ militat in hoc casu. Ego non percipio rationem, seu vim istius limitationis: si enim statutum derogans dictæ legi, hac edictali, volens virum dotem lucrari, defert ei lucrum in casu, etiam quod filij ex secundo matrimonio existant, fortè quia defert simpliciter absque vlla liberorum conditione, vt dixi suprà, in principio huius glos. & tunc nihil proponitur, cur non debeat lucrari: & cur restringi debeat ad hoc derogatio statuti, ad dictam leg. hac edictali. Sin minus in casu existentium filiorum ex secundo defert, non debemus dicere huiusmodi statutum derogatorium limitari, sed potius conditionem statuti prædicti non extitisse. Ideo cogita. Aduertendum est præterea, quod dicta lex, hac edictali. non procedit, quando secundo marito, mulier aliquid de suo non daret, sed alius, ideo fuit dubitatum, an si pater augeat dotem in secundo matrimonio filię cum

eo pa

eo pacto lucrandi, ſit locus dictæ leg. hac edictali. & poſt Bal. ibi reſpondit Curtius Iunior, in conſilio cxxij.in fine, quod quia pater dotare filiam tenetur, id de patrimonio filiæ emanare cenſetur, ideo vendicat ſibi locum dicta l. hac edictali, ſecùs in alio dotante. Si igitur diſpoſitio dictæ legis, non procedit, maritus lucrum, ſecundum ſtatutum noſtrum facere poterit. Nunc aliqua dicamus, quando ſtatutum non dicatur derogare dictæ legi hac edictali. &
42 † primus caſus ſit, quando ſimpliciter ſtatutum de dote lucranda diſponit, non facta aliqua mentione filiorum prioris viri, tunc non cenſebitur derogaſſe dict. l. hac edictali, ſecundum communem opinionem Doctorum, quàm tamen intellige, vt ſuprà declarauimus, quando mulier dedit in dotem præter neceſsitatem, & dando congruam dotem, potuiſſet nihilominus pro dignitate ſua nubere. quę quidem reſtrictio communis opinionis mihi magis placet, quoniam ei contrariam opinionem, etiam communem videri dixit Soci. in dicto conſilio lij. ſuper hac colum. ij. volumi. iij. dicens eſſe dubium, cui earum ſit adhærendum: & cum iſto temperamento communis opinio facilè tenenda eſt. Secundus eſt caſus clarus quando ſtatutum prohibet, annullando contractum dotis aliter initũ, quòd maritus non lucretur de dote, vel bonis mulieris, pluſquàm aliquis ex filiis prioris viri. Sed tunc fuit dubitatum, an ſit dare modum, vel cautelam, quòd in hoc etiam caſu vir, queat
plus

plus lucrari, quàm aliquis ex filiis contra dictũ statutum. Curt. in d. autenti. præterea. nume. 16. versic. circa hanc. putauit, quòd per fideiussores poterit esse consultum marito: si illi se obligẽt principaliter & insolidum ei, vnà cum muliere dotem dante, & paciscentem de lucro per maritum faciendo, & reprehendit Curt. eos qui dixerant contrarium: vt latè ibi per eum. Ad hoc facit cautela Decij, de qua mox dicam. Tertius est casus, quãdo statutum dicit expresſim, quod vir lucretur dotem, saluo, quòd per id nõ derogetur vni liberorum alterius matrimonij: nam intelligitur dicta l. hac edictali, quod est proprium ius competens filiis alterius matrimonij: ita determinant Bald. in consilio cclxxiij. supposito statuto. volumi. ij. & sequitur plenisſimè consulendo Decius in consilio cclxxxiij. diligẽter. colum. ij. & iij. enixè hanc partem tenendo, increpandóque audaciam, & pertinaciam consulentium contrarium, quòd voluerint nigrum pro albo in hoc ostendere. & fuit Ruinus qui contra opinionem Decij consuluit, vt in eius Ruini consilio lix. casus iste. & consilio lviij. visis. volumine tertio, patet diffusisſimè: in quibus conatus est probare, quòd intelligatur filiis primis matrimonij seruatum ius ab intestato succedendi, & sic in totũ excludẽdi vitricum à lucro dotis: non autem solùm ius d. l. hac edictali. per quod in parte tantùm maritus per eos à lucro dotis excluditur. In sententiã Dec. transit pluribus Alc. in tract. præsump. in reg. iij. in viij.

præsu

præſumpt. vbi dicit pro hac ſe conſuluiſſe non dubito hanc partem eſſe tenendam; per ea quæ dicit latiſsimè Deci. in d. conſil. ccclxxxiij. quicquid dixerit Rui. in præallegatis conſiliis, cuius rationes non carent cauillo. Et opinio Decij mihi placet etiam ea ratione: quia dum ſtatutum defert lucrum marito, & reſeruat ius liberorũ alterius matrimonij, intelligit vtrunque ſimul verificari: quòd, ſcilicet vir lucretur, & quòd dictis filiis ſit ius reſeruatum. Sed ſecundum Rui. vnum excluditur per alterum, quia vult maritum excludi in totum propter filios venientes ab inteſtato. Præterea, reſeruatio iuris ab inteſtato eſſet inepta ad caſum, vel ſtatutum de lucro: quia licet maritus dotem lucretur, vel etiam totam, abſque alia reſeruatione dicti ſtatuti, poſſunt filij matri ſuccedere ab inteſtato, vel quia habeat alia bona præter dotem, vel quia etiam abſque bonis filij poſſunt effici hæredes ab inteſtato, vel ex teſtamento: ſi quidem abſque rebus hæreditas etiam dicatur. l. hæreditas. ff. de petitio. hæred. l. libertus qui. ff. de bon. liber. & concord. Illa ergo ſtatuti reſeruatio, ne ſic inaniter & ineptè intelligatur, neceſſe eſt vt referatur ad ius. dicta l. hac edictali, quod eſt proprium filiorum alterius matrimonij, competens eis citra nomen hæredis. Quartus eſt caſus etiam, quando ſtatutum dicit, quod in omni caſu vir dotem lucretur, quoniam nihilominus dicetur eis remanere integrum ius d. l. hac edictali, ita

t contra

contra opinionem Roma. & aliorum citatorum per nos suprà in vij. casu derogatorio: tenuit Ias. in dicta autenti. præterea. numero 15. versiculo, non recolo. C. vnde vir & vxor, & ibi Pepus. col. xix. versiculo, & infert ad dispositionem. & Ias. de Amic. in consilio xj. consuetudo. col. iiij. versiculo quinimo prædicta procederent, & refert Paris. in dicto consilio xc. numero 7. volu. iij. mihíque istud placet: nam verbis generalibus non censeri statutum de lucro, derogare dispositioni d. l. hac edictali. sæpe Doctores dixerunt. Rui. in dicto consil. lxj col. penult. volum. iij. & quàm plurimi ex præallegatis, & † generalitas admittit interpretatio-
43 nem, ne iuri communi deroget. glos. in l. final. & ibi Bald. in col. j. C. sin. cen. vel reliq. Bald. in rub. col. penult. C. qui acus. Bart. & alij, in l. j. §. nunciatio. de oper. noui nuncia. per illum text. ibi, & glos. néue alius damnum patiatur. l. fin. §. in computatione. & ibi not. per omnes. C. de iure delibe. quoniam interpretatio temere non fit, cum directo in præiudicium tertij redundat. l. nec auus. C. de emancip. lib. l. ij. §. meritò. §. si quis. ff. ne quid in loco publ. c. ex tenore. de offic. deleg. c. ij. de rescrip. Felyn in c. causamque. extrà eodem. in hoc autem clarum est tractari de præiudicio filiorũ primi matrimonij, dum eis per statutum auferri ius. d. l. hac edictali. volunt, quo iure priuari ab aliquo non possunt, præterquam à lege. Quintus est casus, etiam quando statutum diceret, virum lucrari, filiis

filiis ex eis non ſtantibus, quòd propter id non videtur derogatum d. l. hac edictali: vt dixi ſ. in nono caſu derogatorio. Sextus eſt, quando ſtāte ſtatuto de lucro dotis, ſtat aliud ſtatutum volens, quòd mulier in præiudicium filiorum primi matrimonij teſtari poſsit derogando expreſsim d. l. hac edictali. nam in caſu teſtamenti non facti, ius d. l. hac edictali. integrum filiis remanet, aduerſum vitricum volentē ex diſpoſitione ſtatuti de lucro, plus lucrari eo, ꝙ aliquis eorũ, qui de bonis maternis minus habuerit, inter eos habet. Ita conſuluit Caſtr. in conſi. ccclvj. ſupraſcriptus dominus conſultor, quia derogatio d. l. facta, in caſu teſtatæ mulieris, nō debet trahi ad caſum inteſtatæ: iuxta deducta per eum. Septimus caſus eſt, econuerſo, ſi ſtatutum vult maritum ſuccedere vxori in totum ab inteſtato. nam d. l. hac edictali, derogatũ non cenſebitur. quominus filij contra vitricum partem bonorum auocent, iuxta illius l. diſpoſitionem, quoniam eſt ius ablationis particularis partis, ſcilicet bonorum mulieris, compatiens cum iure vniuerſali, quod poteſt contra hæredem vniuerſalem proponi: ita conſulendo tradit Paul. de Caſtr. in conſil. cccxlv. viſo caſu & allegationibus. Poſtremò hanc concluſionem, quādo reſeruatum cenſetur ius d. l. hac edictali. declara quòd procedat hoc modo in caſu deductionis faciendæ: nempè quod filij prius de bonis omnibus matris deducũt legitimam ſibi debitam, de reliquo bonorum fit diuiſio inter

eos & vitricũ nitentẽ dispositione statuti de lucro dotis; vt secundũ id, quod aliquis eorũ minus accepit de bonis matris super legitimã, maritus, vitricus eorum lucrum de dote faciat: & sic cõputatio partiũ fit ex d. l, hac edictali, prius detracta filiorum legetima. Paulus de Castr. in cõsil. cccxlv. viso casu & allegationibus. vbi allegat gl. in §. optimè. in auten. de nup. Bal. & Docto. in d. l, hac edictali. Bart. in l. j. C. de inoff. dot. Rapha. Cuma. qui dicit esse cõmunem in consil. cix, domina Ioãna. in coll. fin. in secũdo dubio. & Deci. citando plures Doctor. in consi. ccxlvj. nu. 5. Paul. de Cast. in d. consi. cxciij. verba apposita, col. ij. versic. potest etiam afferre. Fulg. plenè in cõs. xcvij. Antonius. Et Anto. de Butr. in cons. lxxxix. domina Catharina. Rub. Alexandrin. in consil. clv. Rui. in consil. xciiij. circa. nume. 5. in volu. v. & sequitur Rota: vt in decis. Ioan. Pauli mod. in decis. ij. vbi allegat vltra alios Bald. qui hoc dicit in consil. xxij. quædam domina. in fin. volu. v. & Neuiz. citat alios in sua sylua nup. §. ampliatur primò. nu. 47. Sed aduertatur † quòd
44 licet verum sit in terminis iuris cõmunis, portionem vigore d. l. hac edictali, deducendam, deberi suprà legitimam, tamẽ in hoc casu stantis statuti de lucro, non deducent filij, quia antequam legitima de bonis matris deducatur, marito solui debet lucrum dotis, vt ex autoritate quamplurimorũ conclusimus s. in principio istius materiæ. Et propterea nõ erit verũ, ꝙ alterius matrimonij, deducant contra maritum

eorum vitricũ legitimam, & portionem d.l.hac edictali: quia imò non euellent de lucro mariti nisi portioné eis concessam, d.l. hac edictali: quę eis debetur propter illatam sibi iniuriam à matre, propter affectata secũda vota, vt inquit Bal. in d. consil.xxij.quædam. & est quid separatum à legitima, & debitũ diuerso iure, atq; ipsa legitima debeatur: & ex cõcessione vnius nõ infertur ad aliud iuxta vulg. sicq; autoritates præallegatæ cum hoc salis grano sunt intelligendæ. Rolan. vbi suprà in q.xxvij. diffusè hoc dubium pertractans ait prius legitimam filios deducere, & de reliquo partes auocare: iuxta d. l. hac edictali: sicque omnino tenendum, quia est communis: sed non aduertit ille, quòd cõmunis opinio loquitur duntaxat in terminis iuris communis, & non in his, in quibus legitima non debetur nisi detracto priùs lucro dotis, vt ære alieno, secundum plures decis. superius allegatas. Cum auté statutũ reseruauit, seu non derogauit d.l. hac edictali, est prætereà aduertédum ꝙ in aliquibus casibus, maritus nihilominùs totũ prout in statuto de lucro, lucrabitur. Primus
45 casus, seu limitatio est † quando filij extitissent hæredes matris, tunc non poterũt vti beneficio d.l. hac edictali, vt consuluit Ioã. de Ami. in cõs. iij. Et voluit Deci. in d. cons. xix. col. fin. vt dixi s. quia qué de euictione tenet actio, eundem exceptio repellit agenté. l. vendicãtem. ff. de euict. l. cũ à matre. C. de rei védic. & latissimè deductis in isto proposito per Ioan. de Ami. in d. consi. iij.

 Sed

Sed de hoc ego dubito per ea, quæ dicit Bald. in consi. clxj. vol. v. quem refert, & sequitur multa similia allegando Haym. Grau. in cons. cc. auus. nu. 5. nam in casu Bal. cũ esset dubitatũ, an nepos excluderetur à beneficio d. l. hac edictali. ex eo, quòd agnouerat legatũ sibi ab ea muliere factũ, cum clausula, ꝙ plus petere nõ possit, &c. Post rationes dubitandi Bald. respondit, eum ob id repellendũ nõ esse à beneficio eius l. quia quoties dispositio nõ valet propter prohibitionem legis, agnitio eius non inducit cõualescentiam talis dispositionis, secùs si dispositio valeret, quamuis rescisioni subiaceret. Sed dispositio de lucranda dote, seu datio dotis nõ valet ipso iure, quatenus vir plus lucratur de bonis mulieris, quàm aliquis filiorũ primi matrimonij. d. l. hac edictali. d. §. optimè, quia prohibetur à l. improbãte omnẽ cautelam, per quã partes id agere seu inducere vellent: ergo non prodest agnitio legati, inquit Bald. in dicto consilio ibi, si id non prodest, ita nec prodest marito, quod filius hæreditatem adierit matris: quoniam in eo, quod est contra prohibitionem iuris dispositum per testantem, hæres potest contra venire: ita inquit Grau. in dicto consilio cc. nume. 5. dicens sic in terminis d. l. hac edictali, tenuisse Stephan. Bertrand. in illius l. repetit. numero 12. & allegat alia quàm plura ad hoc, ex quibus inclino in istam opinionem, contra Ioannem de Amicis, & Dec. vbi. suprà. Secũdus casus est, quando filij recusarent illud beneficiũ, tunc lucrum

crum facere dotis, maritus non impediretur, vt dicit Castr. in cõsil. cccxlv. viso casu, & allegationibus. col. ij. per tex. in l. ij §. si sint. ff. ad Treb. & nota quòd non inducitur tacitè repudiatio beneficij d. l. hac edictali. ex eo, quòd quis acceptauerit aliquid habens onus, vel conditionem nõ vtendi eo beneficio, secundum Bal. in d. cõsi. clxvj. quidam Mecus vel mœchus lib. v. quia secundum eum ex refutatione vnius, non infertur ad refutationem alterius, ex alio iure competentis. l. si domus. ff. de ser. vrb. præd. l. si filius. ff. de bon. lib. Si autem filius nec acceptauit, nec repudiauit beneficium d. l. hac edictali. transmittetur ad nepotes secundum Castr. in consil. ccclxv. præsupposito quòd diceretur. colum. ij. & Bal. in dicto consi. clxj. quidam mecus. Corn. in cõsil. lxxxij. imminet. nu. 5. vol. iij. Tertius est
46 casus, † quãdo de cõsensu ipsorũ filiorum primi matrimonij secũdo nupsisset, dotémq; dedisset, vt per Io. de Ami. in d. cõsi. iij. col. pe. volentẽ tũc filios nõ posse vti beneficio d. l. hac edictali. aduersum vitricũ lucrũ facientem ex statuti dispositione. Vel etiã si de cõsensu mariti defuncti nuberet, filij carerẽt commodo d. l. hac edictali. in hoc, vt dicit plurib. Dec. in rub. C. de sec. nup. co. fi. & in cõs. cc vj. ferè per totũ. & Ang. in cõsi. cccxcvj. nunc arbitramur. vbi volunt, in hoc casu, omnes pœnas etiã ad fauorem filiorũ introductas cessare, admonẽtes idcirco homines, quod caueãt accipiẽdo viduas in vxorẽ, vt de consensu filiorum, vel mariti accipiant: nã si iniuriam

mulier transeundo ad secundas nuptias facere filiis dicatur, secundum Bald. in consilio xxij. quædam. vol. v. & in consil. clxj. quidam mecus. eod. vel si mariti defuncti anima contristatur. §. nos igitur volentes. in autent. de nuptiis. Ange. in §. actionum. institut. de actio. accedente nuptiis prædictis eorum voluntate, cessat iniuria, & contristatio: quia volenti non fit iniuria. c. scienti. de regul. iur. in vj. & ibi not. Docto. in
47 l. actione C. de transactionib. Verùm † quando consensus alicuius eorum non habetur, dubitatum vidi, an sit dare modum, vel cautelam, vnde maritus in effectu, de bonis mulieris possit assequi plus quàm aliquis filiorum primi matrimonij aduersum d. l. hac edictali. Aliqui voluerunt in primis consultum esse viro, si antequam matrimonium contrahatur, mulier ei donet: quia non est prohibita mulieri bonorum translatio in hominem, qui adhuc eius vir non sit: sed hoc improbatur per Capr. in consilio lxxxj. & si videatur: quia huiusmodi donatio contemplatione matrimonij statim contrahendi fit, ergo perinde habetur, ac si constãte matrimonio facta esset, quasi in fraudem d. l. hac edictali, præcesserit: quod ibi expresim improbatur. Secunda cautela est, quod maritus accipiat, & stipuletur promissa pro filiis ex se, & ex ea nasciturus: tunc filij prioris matrimonij ea non auocabunt: quia d. l. hac edictali, non prohibet alienare in communes filios: ita latè tenet Deci. in consil. ccxlvj. Bál. in cons. xj. casus

casus talis.in iij.volum.& inter consilia Paul.de Cast.in consi. cclxiij. visis puncto & instrumento.& in consi.cclxv.Ego Bal.Sed hanc cautelam damnant pluribus consulendo Rui.in consilio cxij.quæstio.volum.j.vbi dicit esse communem contra Deci.& Franc.de Albe.& Ioan.de Ligna. & Ricard.de Saly.inter consilia Paul.de Cast.in consilio cclxij. mihi videtur quòd dictus, & in consilio cclxiiij. vnum est supponendum. & in consi.cclxv. præclarissimi. quod est sub eodem numero successiuè.& Corn.in consi. lxxxij.imminet.nume.2.volu iij.& videtur hoc velle Nicola.Boër.in decisio.ccj. & ideo. Cassan. in consuetu.Burg.rubri.vj.§.j.nume.7.dicit cautelas in hoc non tutas.& cōtrarium consuluisse Stepha. Bertran.in consi lxiij.& in consi.clxvj.in lib.j.& mouentur,quia illud contēplatione patris, tanquam profectitium filiis acquirendum venit, sicque quodammodo patri ipsi acquiri videtur, quod est contra d.l.prohibitionem. Tertia cautela est,quòd huiusmodi donationi secundo viro factæ accedat fideiussor, qui principaliter se obliget pro obseruatione conuentorum,& euictione dictorum:secundum eundem Deci. in d. consi.ccxlvj.vbi allegat hoc velle Abb.in consi. xliij.idem Dec.tradit in d.autenti.præterea.nume. 7. versicu.eodem modo.& hanc improbari
48 non reperi. Quartus † est casus,seu limitatio ad d. l. hac edictali. quando filij primi matrimonij fuissent ingrati erga matrem : tunc eis denegaretur beneficium d. l. hac edictali. & maritus

t 5 posset

posset totum lucrari:secundum Bald. in consil. xxij.quædam domina.versicu.item in quantitatibus debitis. volumi.v. & secundum Corne. in
49 consi.lxxxij.imminet.volumi.iij. Quintus†est limitationis casus, quando filij capaces bonorum non essent, vt voluit Ruin.in consi.lxiiij.in fin.volumi.iij.vbi aduertit,quòd quia professus Sancti Dominici est capax bonorum,admittatur ad beneficium d.l.hac edictali.& maritum à lucro dotis in partem idcirco excludat:& Bald. negauit filiis, qui non sunt succesibiles, competere illud remedium, prout refert Soci.in d. consi. xxxv. primum. in ij. dubio. volu. iiij. vbi etiam dicit illud non competere monacho ordinis minorum. Vnde mouet ibi quæstionem, an stante statuto quòd filiæ fœminæ excludantur ab hæreditate,&c.posint,filiæ fœminæ per huiusmodi statutum exclusæ intentare remedium d.l.hac edictali.& dicit videri, quòd non, tam per prædicta, quàm etiam quia à pari procedit, in rerum natura non extare, vel existere, & non succedere. l. si ex modica. §. si filius. de bon.lib.tum etiam quia beneficium illius legis, iis quibus legitima non debetur,non competit, & legitima non debetur à statuto exclusis, vt communiter concludunt Docto. Barto. Bald. Imol.Alexan.in l.Gallus.§.& quid si tantùm. de libe.& posthu. Contrarium postea concludit, quia istud beneficium debetur extra nomen,& ius hæredis.Cast.in d.consil.cccxlv.viso casu & allegationib.& in consil. cccxlv. præsupposito. quòd

quòd prefatum.col.ij.& Bald.in consil.cclxxvj. verba.volumi.iij.& pro Soci.opinione citantur Cast. Anto. de Rossel. Ioan.de Imo. & Flori. per Corne.in consi. lxxxij. imminet.numer.6.volu. iij. ipse tamen contrarium tenet, & respondet rationi, quòd hoc beneficium filiis non deferatur vt hæredibus:concluditque exclusis per statutum non competere remedium d. l. hac edi-
50 ctali. vt ibi per eum. Vltimo,† in hac materia non omtitam duo notare:Primum quòd si data sunt corpora,iusto pretio in dotem,maritus filiis agentibus remedio d. l. hac edictali. poterit eis dare portiones suas in pecunia, & pro se retinere corpora. Bald. in consilio cclxxvj. ver-
51 ba. volumine iij. Secundum † quòd condictio dictæ legis,datur contra eum, qui accepit dotem,& ex ea factus est locupletior, & non contra alium,vt per Bald. in d.consi. xxij. quædam. volumi. v. vbi alia in hac materia dicit. reliqua vide per scrib.in d.l. hac edictali. quæ quatenus extra quæstionem de lucro dotis sunt, recensere,esset extra propositum.

GLOS. VI.

In textu ibi,Siue d.matrimonium fuerit primum, siue &c.

SVMMÆ.

1 *Secundis nuptijs non fauebant iura communia.*
2 *In secundis nuptijs est quædam fornicatio.*

Legatum

3 *Legatum mulieri, si honeste vixerit, ei quæ tertio repetierit nuptias, non debetur.*

4 *Lucrum etiam vbi non esset expressum, debetur pro secundo matrimonio.*

5 *De duobus coniugibus, de viro, scilicet qui habuit viginti vxores, & tandem contraxit matrimonium cum muliere, quæ habuerat vigintiduos maritos.*

HOc expresſit ſtatutum noſtrum, ne fortè aliquis contenderet hoc lucrum dotis, non fieri de ſecundis, vlterioribúſque nuptiis, ſed id fauoris preſtari primis duntaxat nu-
1 ptiis: † quoniam iura communia, non ita fauebant ſecundis nuptiis, prout primis: imò ferè execrabantur eas: & ſecundo nubentes puniebant. l. fœminæ. C. de ſecundis nuptiis. & plenè per Deci. in conſilio ccvj. & in rubri. eodem titu. Angel. in dicto conſilio cccxcvj. & in autentica, de non eligen. ſecun. nub. laudantúrque mulie-
2 res, quæ primis nuptiis ſunt contentæ: † quoniam in ſecundis nuptiis eſt quædam fornicatio, quæ tamen ex cauſa permittitur. dicit text. in capi. hac ratione. xxxj. quæſtio. prima. & Iaſ. in autenti. cui relictum. numero 1. C. de indi. viduita. tollen. dicens, quòd honeſtius eſt viduis amplius non nubere. §. optimum. de non eligen. ſecun. nuben. & quòd ideo conditio viduitatis, in legato appoſita non reiicitur per illam autenti. Et Neuiz. in ſylu. nupt. §. ampliant. numero 31. dicit, quòd iteratio nuptiarum eſt contra

hone

honeſtatem:& tantò magis tertiæ,& vlteriores nuptiæ damnantur: adeò quòd legatum mulieri factum, ſi honeſtè vixerit,ei quæ tertio repetierit nuptias non debebitur, vt dicit Pariſ. in conſil. clx.nume.9.volumi.iiij.& Neuiz.vbi ſuprà,nume.35.& ſimilia.nume.37.deducit:& priuilegia conceſſa ſecundum lèg.j. ff. ſolu. matri. non competunt pro ſecundo matrimonio:Dec. in dicta rubri.item potuit dubitari,ne ſtatutum intelligeretur de primis nuptiis, ſeu matrimonio.l.boues.§.hoc ſermone.de verbo.ſigni.Fely. in capi. primo. de treuga & pace. & pleniſsimè per Tiraq. in ſuo tractatu ſuper d. l. boues.& quia ſi teſtator mandat bona ſua diſtribui in maritandis mulieribus, ſeu puellis:intelligitur de illis, quæ nunquam alias nuptæ fuerant,& non de viduis: vt per Deci. in dicta rubri. numero 3. meritò igitur ad tollendam dubitationem,id expreſsit.
4 Quando † autem non expreſſiſſet hoc, etiam exiſtimarem idem fore: tum quia militat eadem ratio ſtatuti, & populi deſiderium, quod viduæ etiam nubant, vt patet ex deductis in gloſ.præcedenti:ne prolabantur in peccatum aliquod fornicationis: tum etiam quia pœnæ cõtra ſecundo nubentes ſunt hodie correctæ,ex Apoſtoli autoritate.Dec.& Neuiz. in locis præallegatis:& Angel. in dicto conſilio cccxcvj. & Caſt. poſt alios in l. vxores.ff.de his qui notantur infamia. Rayne. in dicto conſilio lxviij. & conſilio cclxiij. & Doctores per illum textum in capi. fina. extrà de ſecundis nuptiis.

Nec

Nec tacebo publicum honorem exhibitũ duo-
5 bus coniugibus in eorum funere: alter † enim maritus iterauit nuptias cum viginti mulieribus successiuis temporibus, & tandem duxit in vxorem mulierem, quæ vigintiduos maritos habuerat: & cum populus attenderet victoriam alterutrius, cessit mulier prædecedens & deinde ille maritus mortuus est, vt refert Nicolaus Boër. in decisio. clxxxvj & apud alios probos autores, etiam id me legisse recordor, factum insigne & naturæ portentui simile.

G L O S. V I I.

In textu ibi, A die, quo cum viro habitare cœperit.

S V M M Æ.

1 *Habitare tribus modis accipitur.*
2 *Non conuersatio, sed cohabitatio à statuto nostro requiritur.*
3 *Uxor dicitur habitare cum viro habitando in domo soceri cum eo.*
4 *Copula carnalis secundum statutum nostrum non sufficit ad lucrum dotis faciendum.*

1 HAbitare, † tribus modis accipitur, sed potissimè pro actu ipso corporali habitandi, quia vbi quis prandet, ibi moratur & dormit, vt tradit Bal

dit Bald.in consilio ccxxxiij.decretum.libro j.l. j.§.habitare.ff. de his qui deiec. vel effud. l. lex Cornelia.§.domus.ff.de iniur.l.cæterum.§.fina. & l.ij.ff.de vsu & habita. Deci.in consi.ccclv.dispositum. colum.ij.& in hoc statuto accipi pro ipso actu habitandi,nemini est dubium:Nec verificatur ex eo, quòd vxor ad virum, vel vir ad vxorem interdum accedant, si mansiones separatas habent, vel separatim in diuersas domus
2 se recipiant continuò commorantes:quia†non conuersatio, sed cohabitatio à statuto nostro requiritur:iuxta ea quæ dixit Alexan.in consil. cxxix.super primo.numero 3.volumi.vij.considerans,quòd vxor in eo casu non iuerat ad maritum animo cum eo remanendi,& causa coha-
3 bitandi: & †dicitur vxor cohabitare cum viro, seu in domo viri,quando habitat cum eo in domo soceri, quia suus maritus erat filiusfami. & socer omnia onera sustinebat : vt consuluit Corne. in consilio cxlix. licet meo. libro primo,concludens ideo non minus virum lucrum dotis facere debere,quàm si existens ipse paterfamilias duxisset vxorem in domum propriam.
4 Dum † autem statutum exigit cohabitationem ad hoc lucrum dotis faciendum : non sufficit matrimonium in domo mulieris consummasse, seu copula carnalis non attenditur, sed ipsa cohabitatio, per ea, quæ latè dicit Abb.in consilio lxxix. libro secundo, & Corne. in dicto consilio cxlix.quod nota, quoniam non vbique statuta de lucro sic solent disponere.

GLOS

GLOS. VIII.

In textu vir lucretur.

SVMMÆ.

1 *An hoc dotis lucrum sit propriè, & verè lucrum, & de eo iudicandum sit, vt de lucro, an potius vt de damno euitando. & nu. seq. & 5.*

2 *Dos, quò ad virum habetur ex titulo oneroso.*

4 *Ignorantia iuris in lucro dotis excusat virum.*

6 *Lucrum non iudicatur ab euentu, sed à causa.*

7 *Tres causæ, proxima, remota, & media non multum remota.*

8 *Lucrum dotis est propriè lucrum.*

9 *Lucri dotis causa finalis est ipsum matrimonium & vir.*

10 *Ex causa onerosa quando dicatur aliquid acquiri.*

11 *Autoris opinio in ista quæstione.*

12 *Dotis lucrum excedens metam legalem, an egeat insinuatione.*

13 *An lucrum dotis sit reseruandum filijs. & numero 14. & 15.*

16 *An hoc dotis lucrum possit maritus vxori remittere, in præiudicium sui vel creditorum.*

17 *Donatio, per quam alter non fit pauperior, inter coniuges valet.*

18 *Qui sine certa solennitate iuris vel statutorum non potest alienare, lucrum tamen faciendum poterit absque ea solennitate repudiare.*

19 *Remissio lucri, causa sibi reconciliandi vxorem facta, non valet.*

20 *Creditores nõ fraudantur ex remissione huius lucri.*

Intelle

21 *Intellectus.l. libertus octoginta.ff. de bon. lib.*
22 *Remissionem lucri dotalis quomodo fieri debeat.*
23 *Statutum quod lucro dotis renunciari non possint quomodo intelligendum.*
24 *Lucrum dotis facit non pater sustinens onera matrimonij, sed ipse maritus filiusfamilias, quasi aduentitium.& num. 25.*
26 *Lucrum dotis propter adulterium debetur filiofam. & non eius patri.*
27 *Reg.l. secũdũ naturã.ff.de reg.iur.quando procedat.*
28 *Dos penes eum, qui onus matrimonij sustinet, remanere debet. & nu. 29. 30. 31.*
32 *Vendens rem Titij, vt Titij, censetur nomine Titij vendidisse.*
33 *Lucrum, quando sunt socij omnium bonorum communicatur omnibus.*
34 *Legatum ab vxore factum marito, an imputetur lucrum in hoc ei debitum. & nu. 37. & sequenti.*
35 *Duæ causæ lucratiuæ simul non concurrunt.*
36 *In compensatione inducenda non inspicitur an ex causa onerosa, vel lucratiua id quod est compensandum debeatur.*
39 *Debitor voluntarius ex proprio contractu non præsumitur legare animo compensandi.& nu.40.*
41 *Nemo in necessitatibus liberalis existit.*
42 *Lex suum, & non tuum denegat auxilium.*
43 *Contractus ab initio voluntatis, est post facto necessitatis.*
44 *Qua ratione debitor necessarius sit.*
45 *Statutum est causa immediata lucri.*
46 *Potentior est consensus expressus, quàm tacitus.*

47 *Solutio & intellectus ad l. si pater pro filia. ff. de collat. dot. numero 48. 49. 50.*

51 *Caullatio Ang. in quæst. nostra resoluitur. & nu. 52.*

53 *Conclusio ampliatur, etiam procedere, quando legatum, & dos in diuersis rebus consisterent, nihilominus animo compensandi relictum præsumitur.*

54 *In materia imputationis faciendæ non curatur, an in specie, vel in quantitate legatum consistat.*

55 *Secundò ampliatur, quando etiam pactum expressum de lucro dotis factum fuisset.*

56 *Aliquid faciens ad quod poterat compelli, dicitur coactè facere.*

57 *Obligatio hæreditaria alteratur per nouam hæredis promissionem, adeò quòd beneficium inuētarij amittit, aliàs sibi competens.*

58 *Tertiò ampliatur in foro conscientiæ.*

59 *Limita primò, quādo dicit, Relinquo de bonis meis.*

60 *Pater legans filiæ aliquid sub probibitione quod plus petere non possit de bonis eius, non videtur dotes maternas petere prohibere.*

61 *In legatis, quæ testator mandauit de bonis suis præstari, omisisse inuentarium hæredi non nocet.*

62 *Verbum, bona, nunquam capitur pro hæreditate, nisi quondo ratio subiectæ materiæ necessariò id requirit.*

63 *Quid iuris, quando illa verba, De bonis meis, essent apposita de stylo notarij.*

64 *Sublimitatio Cornei in ista re.*

65 *Aliud, quando testator dicit lego super bonis meis, vel super mea hæreditate.*

66 *Secundò limitatur, si legatum non esset permansurum penes virum, tunc cum lucro sibi debito non*

com

compensabitur.

67 An interusurium medij temporis in lucro dotis debeat imputari.

68 An hæres ab uxore institutus maritus, si omittit inuentarium facere perdat dotis lucrum.

69 In his quæ iure retentionis debentur, omissio inuentarij non nocet.

70 Differētia inter confusionem actionum, & compensationem.

71 Maritus agnito legato sibi ab uxore in lucri dotis compensationem facto, an possit posteà pœnitere.

72 Legatum agnoscens censetur onus illi iniunctū agnoscere etiam quòd excedat eius valorem.

73 Legatarius, oneris impositio si non tenet, agnoscendo tale legatum sibi non præiudicat.

74 Appositio huiusmodi oneris an valeat quando utrūque legatum & debitum in quantitate consistit. & numero 75.

75 Conclusio de legato compensando in debitum necessarium primò limitatur, quando directò legans ipse non fuisset debitor.

76 De quarta parochiali, & episcopali. numero 77.

78 Secunda limitatio prædictæ conclusionis quando eo tempore, cum sit legatum, testator non erat debitor legatarij vel erat in diem.

79 An pro debito hæredis testator animo compensandi præsumatur legare.

80 Limitatur hoc per Rui. quando in aliqua parte ipse testator non erat debitor.

81 Quando legat causa tollendi discordias videtur animo compensandi legare.

82 *Pater ſi quid legat filiæ, cẽſetur eo etiam nomine non expreſſo pro dote legare.*

83 *Si pater legat filiæ & inuita dant ei dotem, dos imputatur in legatum.*

84 *Ampliatur hoc dictum, quando dos daretur per filium.*

85 *Limitatio prima l. filia legatorum. C. de legatis.*

86 *Limitatio ſecunda eiuſdem legis.*

87 *Debitum quando eſt voluntarium in dubio nũquam animo compenſandi factum præſumitur.*

88 *Debitum voluntarium quando dicatur.*

89 *Obligatio ex aditione hæreditatis eſt voluntaria.*

90 *Ex geſtu aliquo obligatio oriens, eſt voluntaria.*

91 *Concluſio non præſumendæ compenſationis procedit in dubio.*

92 *Caſus clari compenſationis faciendæ.*

93 *Materia præſumendæ compenſationis verſatur ſuper ſtatu coniecturali.*

94 *Coniecturæ plures contra compenſationem.*

95 *Coniecturæ plures pro compenſatione.*

96 *Legatum facilè non præſumitur animo compenſandi factum, ſecus eſt in promiſſionibus.*

QVod ergo maritus capit ex hoc caſu præmorientis vxoris, nullis relictis liberis, ſub nomine lucri capit, & illud quidem à ſtatuto lucrum appellatur: tamen Fulgoſius non facit differentiam in hoc, an ſtatutum vtatur hoc nomine lucrum, vel alio, vt verbo reſtituat, vt ipſe dicit in conſilio ciij. viſo inſtrumento. verſiculo, quid enim
1 refert. Ceterùm † ex eo, quòd ſtatutum appellat hoc

hoc, quod acquiritur à marito, lucrum, orta est magna dubitatio, an verè & propriè sit lucrum, & vt de lucro sit iudicandum de eo: vel an potius vt de damno euitando? & nostra multum interest id scire propter plures conclusiones ex eo resultantes, & variè quidem nostri Doctores loquuti sunt. Baldus in l. quod nomine. ff. de con-
2 dict. indeb. dixit † non esse merum lucrum, quia est annexũ oneribus matrimonij, & à causa onerosa trahit originem: inferens ex hoc quòd, si vir concurrat cum aliquo, qui agat de damno euitando debet ei præferri, quoniam videtur agere, non vt lucrum capiat, sed vt damnum euitet, quando quidem lucrum non haberet, nisi onera matrimonij sustinuisset. l. penultima. ff. quod fal. tut. idem Baldus in dicta l. si donaturus. §. j. idem dicit in effectu quia est annexum causæ onerosæ. l. ab hostibus. §. fin. soluto matrimonio. l. finali. ff. de dol. except. & ideo infert, cum legato sibi facto non confundi, seu non compensari, dicta autent. præterea: quia habet locum in lucro puro. idem dicit in consilio lxxix casus talis est, Zeno. lib. j. & hoc est lucrum ob causam, & est aduentitium (ait Bal.) & in l. Titia. §. qui inuita. de legatis secundo. dicit non esse lucrum, sed quandam oneris remunerationem. l. Aquilius regulus. l. si pater. ff. de donat. l. j. §. lucratiuas. C. de impon. lucr. descript. lib. xj. not. per gloss. & Doctores in dicta l. si donaturus. §. primo & iudicatur, vt de fructibus ipsius dotis. ait Bald. in consi. cx. consuetudo. lib. secundo & quòd non sit

ex titulo merè lucratiuo, cùm veniat in consequentiam onerosi, dicit idem Bal. in consilio ccxxxix. Laurentius in volumine secundo. Anch. in consilio cj. ex prædicto themate. columna secunda: numero 5. dicit hoc lucrum censeri æs alienum: quod & dicit Decius in consilio xix & alij per nos suprà allegat: & Bald. in consilio liij. quędam domina Riccabella. volumine quinto. putat onera esse causam finalem lucri, cuius causæ
3 defectu cessare debeat lucrum. Et † quòad virum dotem haberi titulo oneroso, probatur. l. secunda. §. finali. de donat. dicta l. prima. §. lucratiuas. C. de impon. lucr. descr. & ibi not. l. ex promissione. & ibi notat. ff. de actio. & obliga. l. pro oneribus. C. de iur. dot. Ias. in l. Nesennius. numero quarto, versiculo, secundo noto. de re iud. dixit dotem, & lucrum dotis, quod maritus facit ex dispositione statuti, vel pacti titulo lucratiuo non percipi. idem firmat Mattesyl. in not. lxxiiij. nota vnam doctrinam. & Ias. in §. item si quis. numero 29. numero 30. instit. de actio. & in dicta l. si ab hostibus. §. finali. ad finem dicit, quòd hoc lucrum dotis non est propriè lucrum, propter onera matrimonij, propter quæ defertur, & quòd de eo iudicandum est, prout de damno euitando, quia in eo maritus habet titulum onerosum, & non debet illud perdere sicut pœna quadrupli debita perditur: idem dicit in dicta l. si donaturus. §. primo. numero 13. versic. in gloss. in verbo, duntaxat. post Bal. in l. cum multæ. C. de donat ant. nuptias & in dicta autentica, præterea

col

columna penultima. idem tenet Dec. in consilio ccclııj. in casu. colũna secunda & in consi. ccccij. in causa illustrissimi. columna quarta, numero 7. versiculo, his tamen non obstantibus. inferendo † quòd ignorantia iuris, debuit in eo lucro ex-
4
5 cusare, sicut in damno euitando & † quòd hoc lucrum dicatur haberi ex causa onerosa dixerunt vltra præallegatos, Angel. & Bal. & Ioan. de plat. in dicta l. prima. §. lucratiuas. post gloss. ibi & in dicta l. si donaturus. §. primo. Alexand. in consilio cxlij. viso. columna secunda. versic. item respondeo. volumine sexto. Ias. in dicta authentica præterea. & in consilio clxxj. volum. quarto. Dec. in consilio lvij. circa. in columna finali. Alexand. in cõsilio cxxix. super. columna secunda. volumine septimo. Paris. in consilio lxij. volumine quarto. & Dec. in dicta autentica, præterea. numero 18. versiculo, finaliter tamen verius. & alios quàmplurimos citat Andr. Tiraq. in dicta l. si vnquam. in verbo, donatione. numero 175. versi. ex quo. Et pro hac conclusione inducitur textus in dicta l. prima. §. lucratiuas. dum ibi noluit Imperator inter causas lucratiuas dotem numerari: etiam quòd ex post facto ad lucrum eius, cui datur, aliquo euentu vertatur: & sic iste videtur textus ad literã pro ista dubitatione resoluenda. Secundò multa alia iura suprà allegantur quòd titulus dotis quò ad maritũ est onerosus: & nõ magis marito dos cedit ꝑ matrimonio in causam onerosam, quã pretiũ vendenti pro re, quã in venditione tradit. gl. in d. l. ex promissione. & Bar. & Bal. ibi. &

gloſſ. in l. ignoti. C. de reuoc. his quæ in fraud. & gloſſ. in l. Mæuia. & ibi Bar. & Doct. ſoluto matrimonio. & latè Bar. in l. Mæuius. §. duobus. columna xiiij. de leg. ſecundo. & in l. finali. §. ſi à ſocero. ff. de his, quæ in frau. cred. Bald. in l. ſecunda. C. eod. Iaſ. in dicta l. Neſennius. & in dicto §. item ſi quis. nume. 30. & quod de ipſa dote dicitur, idem videtur dicendum de eius lucro, quia iſta conditio lucrandi, vt pars contractus, & ſic ipſius dotis, videtur iudicanda. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. ſicut èconuerſo pactum contra dotem facit, vt minor dos eo dicatur data. l. quarta in principio. ff. de pact. dota. Nec obſtat quòd ſtatutum appellet lucrum: quia illud intelligitur impropriè: vt dicit Tiraquel. vbi ſuprà, poſt Ludouic. Roma. in l. ſi duo. de acquiren. hæred. & Alexand. in l. iuris ignorātiam. C. qui admir. Socin. in conſil. v. ſupraſcriptus. volum. 4. Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſi rem. de verbor. oblig. volentes, quòd quamuis attento præſenti ſtatuto, poſsit dici lucrum, non tamen eſt lucrum inſpecta eius origine, quam habet à damno. ſecundum gloſſ. in d. l. ſi duo. Vel ſecundò quia ex ſola nominatione res non debet iudicari: nam & fructus cedere lucro dicuntur. dicta l. pro oneribus. & l. j. §. cúnque ex ſtipulatu. C. de rei vxo. act. & ſimili & tamen nemo negauerit: quin ex cauſa onerofa dicuntur percepti. Præterea non debet lucrum dici ex eo, quia cum momento durauit matrimonium, verè lucrum fecit, cum potuerit lōgiſsimo tempore durare matrimonium,

&

6 vir pati ex eo, graue damnum † lucrum enim non iudicatur ab euentu, ſed à : cauſa.l.de fideicommiſſo.C.de tranſactio.l.ſi pater puellæ. C.de inofficioſo teſtamento.ita aduertit Decius in dicta auten.præterea.numero 18. & Pepus ibi,col. xl. Quatenus etiam dicatur, quòd cauſa lucri proxima, & immediata eſt ipſum matrimonium vel ipſe vir: Reſpondetur per Tiraquellum vbi ſuprà, numero 188. verſiculo, ſed aduerte. quòd & onera ſunt cauſa æquè proxima : quia vna non excludit alteram : ſed imò in vna, includitur altera: & dicit ſecundum Angelum cauſam proximam conſiderari, etiam, pro cauſa non
7 multum remota, † dando tres cauſas, immediatam, proximam & cauſam remotam, item & tertiam non multum remotam. Bartolus in l.vxori. ff. de auro & argento legato. & in l. ambitioſam. numero 22. ff. de decretis ab ordine faciendis. & quando cauſa remota talis eſt, quòd ſine ea nullo modo produceretur cauſa proxima, tunc habetur pro proxima. Bartolus in l. ſed ſi plures.§. in arrogato.ff.de vulgar. & pupil. ſubſtit. quem refert, & ſequitur Pariſ. in conſilio cxxvij. volumine primo. columna ſecunda. Baldus in capitulo,cum omnes. numero 26. verſiculo,item quia. de conſtit.dicens quòd, quando cauſa proxima agit virtute alterius cauſæ,attenditur illa cauſa, quæ tribuit virtutem cauſæ proximæ:ſed hic matrimonium,quod eſt cauſa proxima, agit virtute cauſæ remotæ, quæ eſt onus matrimonij, vt cauſa proxima lucri attēdi debet.

 pro

pro quo facit, quòd dos ipſa etiam dicitur dari pro matrimonio, adeò quòd vbi non eſt matrimonium dos conſiſtere nequit. l. finali C. de donat. ante nup. l. tertia. ff. de iure dotium. & tamen dos dicitur data pro oneribus matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dot. l. dotis fructus. l. ſi pater. ff. eodem titu. ergo matrimonium, & eius onera, dicuntur cauſæ æquè proximæ & immediatæ. Ex
8 aduerſo, † quòd lucrum dotis ſit propriè lucrum, & de eo vt de lucro ſit iudicandum, & non vt de damno, tenuit Ray. in dicto conſil. clxiij. nume. 6. & numero 7. inferens, quòd error iuris in eo non excuſet, & in dubio contra maritum ſit iudicandum, tanquam agentem de lucro. idem tradit Decius in l. repræhendenda. numero 7. ad finem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. inferendo ad quæſt. an remiſsio huiuſmodi lucri, valeat in præiudicium creditorum: quod & quàm plurimi dixerunt, de quibus per nos infrà. Et quod ſit propriè lucrum, tenuit Pariſ. in conſilio cxxvij. colum. j. volum. j. Barbat. in conſilio lxix. lib. ij. Alexand. in l. ſi ſoror. §. Lucius. ſoluto matrimonio. Dec. in dicta l. ſi qua mulier. numero 18. C. de ſecun. nuptiis. & in conſilio cclx. Bald. in autentica, ex teſtamento. C. de collatio. & in l. ij. numero 4. C. familiæ erciſcundæ. Angel. in §. adſcriptitio. in authen. de nupt. Hieron. Cagn. poſt Dec. in l. in eo, quod vel. de reg. iur. Socin. in conſil. cxiiij. num. 8. volu. iiij. & Socin. Iun. in conſil. cix. volum. iij. & Decius in conſil. lxvj. & alij in locis infrà allegan-
9 dis. Nam † dicunt Doctor. cauſam finalem huius

lucri

lucri esse ipsum matrimonium,& virũ.& id considerari pro causa proxima,& immediata, onera autem pro remota & impulsiua: vt Paris.in dicto cõsil.cxxvij.col.j.Ias.in consi.cxv.& consi.cxxxv. volum.j.Soc.in consilio ccxxiij.circa præsentem. columna finali,in secundo libro.Dec. in consilio cccclxxvij.col.finali.Roma. in consi. ccccvj. Dec. in dicta l. in eo quod vel.& Doctores alibi sæpe.
10 Secundo † considerant,dici ex causa onerosa rem acquiri, quando ipsum onus est causa ipsius acquisitionis, vt in re empta pretium: l. apud Celsum. §. de autoris. ff. de except. dol. sed in lucro dotis,causa acquisitionis, est ipsum matrimoniũ contrahere, & non virum sustinere onera, secundum præallegata. pro ipso enim facto sustinendi onera,cedunt ipsi fructus dotis, secundum Ang. in dicto §. adscriptitio. & Ias. in consiliis præallegatis.& præsertim quia istud lucrum non est proportionatum ipsis oneribus matrimonij, sicut res empta dicitur proportionata rei emptæ: vt dicit Bald. in dicta l.secunda, numero quarto. C. fam. erc. Adde secundum Franc. Pepum in dicta authentica præterea. columna xlj.quòd hoc lucrum non potest dici delatum propter onera, vel ex causa onerosa, quia defertur post solutum matrimonium, quo tempore cessant eius onera, vel finitur causa onerosa. Item quia pro oneribus percipiuntur fructus dotis, & ad onera erat de iure communi aliàs obligatus,extra casum lucrãdi dotem: ideo cum suprà id,quod debebatur, aliquid ex dispositione statuti accipiatur, lucrum

meritò

meritò dici debet. Poſtremò, quia ſæpiſsimè iura id appellant lucrum: vt diffusè locos citando oſtendit Tiraquellus vbi ſuprà, numero 176. verſiculo, aduerte tamen. Quid dicemus? † mihi videtur quod negari nequeat, quin verè dicatur reſpectu ſui lucrum: quoniam conceditur in rei veritate propter illum publicum fauorem matrimonij contrahendi: vt homines contrahant matrimonium, & propter ipſum factum matrimonij contrahendi: vt deducit Pariſ. poſt alios vbi ſuprà in dicto conſil. cxxvij. vbi dicit, quòd iſte fauor, & cauſa lucri, finitur eo ipſo, quòd eſt contractum matrimonium. non fit ergo lucrum propter ipſum ſuſtinere onera matrimonij, quia tunc duraret, & non finiret ille fauor publicus: ſtante itaque hoc ſequitur quòd propriè dici debet lucrum, quia ad factum, cuius cauſa datur, non habet aliquam proportionem, ſicut habent fructus dotis ad onera matrimonij, vel pretium ad rem venditam. Eſt verum, quòd dici non poteſt hoc lucrum deferri ex mera alicuius liberalitate, vel largitione aliqua: & ideo rectè etiam dicitur, quòd ex cauſa oneroſa deferatur: & hæc duo dicta ſimul compatiuntur, nam & brauium, vel aliud præmium propoſitum à republica, vel principe, vt puta illi, qui occiderit lupum. iuxta notata in l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum. vel qui prius ad metam peruenerit, vel vallum aſcenderit. l. cum fuerit. de rebus dubiis. non poteſt negari quin dicantur præmium & lucrum, & tamen

ex

ex cauſa oneroſa debita eſſe quiſque dicet, & hoc eſt quod dixit Baldus hoc deferri ob cauſam, & in remunerationem alicuius facti. Et ex hoc infertur ad ſolutionem plurium quæſtionum. Et in primis, quòd agi dicatur de damno euitando, cùm agitur per maritum ad hoc lucrum, ſecundum Pariſ. in dicto conſilio cxxvij. & alios vbi ſuprà. quia ex facto adimpleto per eum eſt illi debitum, & ſic ex cauſa oneroſa,
12 & non ex liberalitate. Hinc † infertur quoque ad quæſtionem an hoc lucrum excedens metam legalem inſinuatione egeat. Roland. in quæſtione liij. tenuit indigere, niſi ſtatutum propter onera dicat illud deferre. & mouetur, quia lucrum dotis ex pacto delatum eget inſinuatione ſecundum Doctores allegatos ibi per eum, & de eo pacti lucro procedit argumentum ad lucrum ſtatuti. mihi hoc minimè placet, tum quia lucrum hoc defertur ſemper ob cauſam & non ex mera liberalitate partis prouenit: ſed donatio ob cauſam non requirit inſinuationem, vt ipſe Roland. ibi dicit in caſu ſuæ limitationis: tum etiam quia quod lex ipſa defert, ſolennitatem aliquam
13 non requirit. Secundò infertur, † an maritus hoc lucrum dotis teneatur reſeruare (vbi à ſtatuto conceditur etiam ſtantibus communibus liberis) eiuſdem matrimonij filiis: nam vbi diceretur ex liberalitate proficiſci, in omni caſu filiis reſeruandum eſſet, ſiue maritus ad ſecunda vota tranſiret, ſiue non, ſecundum Angelum in. §. nec illud. in autentica, de nuptiis. l. fœminæ.

C.

C. de ſecundis nuptiis. §. præterea. in autentica, neque virum. in collatione ſeptima. quæ quidem iura non vendicant ſibi locum niſi in titulis lucratiuis, & non in oneroſis: vt per Stephanum Bertrandum in conſilio ccxij. numero quarto, in libro ſecundo ſecundum Bald. ibi. Sed quia hoc lucrum non prouenit viro, ex mulieris liberalitate, meritò dubitauit Corn. in dicta l. fœminæ. an, & quando reſeruare illud filiis maritus teneretur. & Bald. mouit hanc quæſtionem in autentica, ex teſtamento. numero 6. columna finali. verſiculo, ſed ſtatim iuxta prædicta. & in autentica, vxore. C. de ſecundis nuptiis. vbi dicit primò quòd videtur, quòd non: quia hoc non habet à coniuge, ſed à ſtatuto: vt & ipſe dixit in l. finali. C. de bon. mat. & quòd ſtatutum non recipit interpretationem, & quòd ipſe non dicit, nec nos dicere debemus. Item quòd nemini legis beneficium debet auferri. l. ſi arrogator. §. an impuberi. ff. de adopt. Contrarium reſoluit dicens, quòd iſtud ſtatutum eſt tacitum pactum. l. item quia. ff. de pactis. & quia non debemus inſpicere ſtatutum ipſum, ſed cauſam propter quam. arg. l. idem eſt. §. ſed quod meretrici. ff. ff. de cond. ob tur. cau. & ideo cùm datur propter matrimonium, & circa ipſum quodammodo delinquatur, tranſeundo ad ſecunda vota, pœna ſecundò nubẽtis locum habere debet iuxta ius cõmune, ſecũdum quòd debet iſtud ſtatut. interpretari. & quantum ad ſubſtantiam diſpoſitionis ipſius ſtatuti, verum eſt, quòd non recipit interpre-

pretationem, ſed bene quò ad caſum,de quo quæritur,vtrum,ille caſus intelligatur diſpoſitus per ſtatutum nécne. iux. vulg. quia ſuper conſequutiuis, quæ non ſunt extra naturam rei ſtatutæ, congrua eſt interpretatio, ſecundum Bald. in dicta autentica,vxore. & iſta dicta ſequitur Ruin. in conſi. lj. nume.4.volum.primo.& Soc.in conſ. xlij.ſubtiliter.num.8.volum.iiij. licet in caſu ſuo aliis rationibus motus aliter concludat.& allegat Roma.in l.ſi cum dotem.ſolut.matr.Saly.in l.fœminæ.§. j. C.de ſecun. nupt. idem voluit Alexan. in cóſ. clviij.circa primum.nu.10.vol. v. Syl. nup. §.ampliant primo.nu.75.& nu.77.& nu.78.Alc.l. j.de ver.ſignif. nu.34.Dec.in d.l.ſi qua mulier.nu. 16.ver.ex his infertur.Fulg.in conſ. cciij. viſis.ver. tãto magis.Bar.Caſſ.in cõſuet.Burg.rub. vij.§.vij. & Lau.Carca.in cóſ.xj.& dicit rationem eſſe,quia nihil tam pretioſius eſt, quàm, vt talia lucra ad prolẽ redeãt,vnde prouenerũt:& nihil indignius, quã ꝙ trãſeant ad extraneos. & d.l. fœminæ & ſimiles,non reſtringunt ſe ad lucra,quæ ex mera liberalitate vxoris proficiſcuntur,ſed latè loquuntur de lucris ex matrimonio, vel cauſa matrimonij perceptis, & ideo cõpræhendũt hoc lucrum ꝙ propter matrimoniũ percipitur ex diſpoſitione ſtatuti de tacita mulieris voluntate:ita reſpondit Dec. in d.l. ſi qua mulier.nu.17.C.de ſecun. nupt. per tranſitum ad ſecunda vota virum hoc lucrum perdere: probat etiam plenè Rolandus in
14 quæſtione lxxxvij. municip. Limitatur † hoc non procedere,quando vir de conſenſu mulieris

con

conuolaret ad ſecundas nuptias, vt per Neuiz.& Caſſan. vbi ſuprà allegantes plures:de quibus ibi per eos, per quos plenè tractatur iſta materia.
15 Item ſingulariter aduerte † quòd lucrum dotis delatum à ſtatuto noſtro in caſu exiſtentiæ filiorum, qui hæreditatem maternam non agnouerint: non perditur per tranſitum ad ſecunda vota: quia textus in dicta l. fœminæ.procedit,& Doctores ibi loquuntur, quando filij inuiti priuabantur re data marito. non autem quando ex tacita voluntate filiorum defertur res marito. ita limitat Hier. Grat. in conſilio xxxv. viſo.columna tertia, volumine primo. Tertiò infertur
16 † an maritus poſsit vxori hoc lucrum remittere,vt teneat tá in præiudiciũ ipſius mariti quá creditorũ eius. & reſolutum extat valere vt plenè conſuluit Pariſ. in conſilio cxxvij. volumine primo.& Dec. in conſilio cclx. And. Barb. in conſilio lix. in volumine ſecundo.Soc.in conſilio cxiiij.viſo.numero 8. volumine primo. Nic. Boër in deciſione ccxliiij. quoad primum.columna ſecunda.Dec. in d.l. ſi qua mulier numero 18 & in dicta l.in eo quod,vel. de reg.iur. Soc. Iun. in conſilio cix.in tertio volumine.Paulus de Caſtro in conſilio lix.pro pleniori. col. ſecunda. Ioa.Lup.in rub.de donat.inter virum & vxorem. §.xxxiiij.Roland. in quæſtione xl. Quô enim ad præiudicium viri conſideratur, quòd quamuis donatio inter virum & vxorem ſit alias prohibi-
17 ta,quia† tamen non eſt prohibita illa, propter quá donans nõ fit pauperior.l. cum hic ſtatutus.§. ſi mar

ſi maritus.ff. de donatio. inter virũ & vxorem. Alexand. in conſilio ccxlvj. placet. lib. vj. iſta non poteſt videri prohibita: quoniam, qui lucrum non facit, non dicitur effici pauperior.l. iij. ff. de damn. infect. & aliis multis deductis ad hoc per Decium in dicto conſil. cclx. quæritur breuiter, & alios vbi ſuprà. qui quò ad præiudicium mariti, reſpectu prohibitæ donationis, ſic reſoluunt. Hinc eſt, quòd aliud ſit lucrum non facere ſeu refutare, aliud damnum pati, vel ſuum alienare, recepta fuit vna concluſio, quòd ſi ſtatuti, vel iuris diſpoſitione, prohibetur alicui alienare, vel ſe obligare, vel patrimonium ſuum diminuere per aliquem contractum, ſine certa ſolennitate, poterit tamen is, refutare hæreditatem, legatum, donationem, vel aliud lucrum quod ſibi deferretur aliquo modo, ſine ſolennitate iuris vel ſtatutorum, vt dicit Felyn. in c. ij. col. iiij. verſicu. pro iſta limitatione. extrà de conſtitu. vbi allegat Paul. de Caſtr. in conſil. xj. in cauſa præſenti. & ſequuntur Iaſ. in l. beneficium. nume. 49. de conſtitu. princip. & Alexandrinus in conſil. xij. Crau. in conſi. cxiiij. Deci. in conſil. ccccccxiiij. Soc. in conſil. liij. in iiij. volu. Imol. in cõſil. lxxiiij. Paul. de Caſt. in conſil. clxxj. in ij. lib. in nouis. Arno. in dialog. xij. mulieres. Quæ concluſio de anno 1547. 14. Ianuarij. fuit per Rotam declarata in pulchro dubio: dum fuit dubitatum, an ceſsio iurium, per hoſpitale ſanctæ Mariæ de Monte, quæ habebat in quadam hæredi-

tate, facta in Antonium de Papazonibus, va-
18 leret, † ex quo solẽnitas per Paulinam requisita
non interuenerat in ea, quia hospitale cedendo
iura dictæ hæreditatis, in necessarium antece-
dens censebatur adire, & acquirere prius dicta
iura, saltem ordine intellectus: alioqui cessio
nihil continuisset, vt per Rui. in consi. clxx. col.
ij. volumi. j. Vnde videbatur alienatio acquisiti
iuris facta sine requisita solennitate, & sic non
valere: Rota resoluit contrarium: quia licet
cedendo videretur prius acquirere, nihilomi-
nus, cum non esset cessio principaliter ordi-
nata ad adeundum, & acquirendum, sed potius
ad renuntiandum, illa acquisitio momentanea,
non erat habenda in consideratione, per Socin.
consilio liij. præallegatum in volumi. iiij. quod
inquit procedere in terminis propriè, quando
ex actu, qui fit ad renunciandum resultat ac-
quisitio; secùs, si duo actus separati, licet in con
tinenti vnus post alium facti fuissent: puta si ho-
spitalarij prius adiuissent hæreditatem, deinde
etiam in eodem instrumento cessissent, vt per
deducta per Socinum in consil. xv. Hæc decisio
habetur in recollectis do. Fabij Episcopi Vesta-
ni, in decisione lxvj. in vna Bononiensi. Ex ista
igitur conclusione confirmatur, quòd remis-
sio huius lucri non compræhenditur sub prohi-
bitione donationis inter virum & vxorem: &
propterea malè consuluit Cuman. in consilio
xxvj. dum ex ratione prohibitæ donationis in-
ter virum & vxorem, dixit hoc lucrum remitti
non

non posse. Nec etiam aduersatur Roma. sing. cccccIxxvj. pone casum. dum negauit ibi pro bono pacis remissionem illius lucri tenere:
19 nam est aduertendum illud procedere, † quando maritus lucrum prædictum mulieri causa sibi eam, quæ diuerterat, reconciliandi, & rehabendi remisisset: quoniam tunc quasi ex turpi causa remissio huiusmodi improbaretur. l. si liberis. ff. de pact. dot. ne venalis coniugum concordia fiat, & mulier ex improbitate sua in diuertendo, & iurgando præmium reportet. ita declarat Paul. de Castr. in dicto consilio lix. pro pleniori. columna ij. & Ioan. Lup. in dicto §. xxxiiij. & plenè hoc probat Roland. vbi. suprà in quæstione xlviij & in quæstione xxxix.
20 Quò † autem ad præiudicium creditorum, defendunt præfati Doctor. istam conclusionem, quia non fraudantur creditores, quando debitor lucrum non facit, sed illud repudiat. l. qui autem. ff. de his quæ in fraud. credit. & hoc est lucrum, vt antea diximus, & ipsi latè deducunt
21 in locis præallegatis. † & dum vrgebat in contrarium text. in l. liberto octoginta. ff. de bon. lib. vbi non obstante repudiatione hæredis patronus potest partẽ sibi debitã vendicare, quasi idem videatur in creditoribus, qui non obstante repudiatione debitoris facta de lucro, valeant nihilominus illud vendicare: respondet Socin. Iun. in dicto consil. cix. in fine. quòd in eo text. non agitur de ipso liberto, nam ipse procul dubio potuisset lucrum repudiare in

damnum patroni.l. j. §.vtrum.ff si quid in frau. patron.sed agitur de hærede liberti: quòd ille hæres non potuit in damnum patroni legatum liberto factum repudiare. & ratio est, quia libertus cum decesserit, animo non declarato, an legatum voluerit agnoscere, vel non, præsumitur per legem, quòd voluerit illud agnoscere, seu quòd agnouerit illud: & ideo dicitur, quòd libertus decedens, dicitur ampliorem substantiam reliquisse: & sic dicit Socin.se tenuisse in l. j. de legat.j. sic ergo ista conclusio confirmatur, etiam quò ad præiudicium credi-
22 torum. Quam † quidem declara fieri remissionem huius lucri dotalis oportere,non per viam simplicis repudiationis, vel renũciationis, cùm videatur debitum sub conditione, Si vxor prædecedat sine filiis,& repudiatio iuris conditionalis, ante impletam conditionem non valeret.l.si ita scriptũ.§.si sub conditione:de leg.ij. sed per viam pacti, & promissionis alteri factæ necesse est fieri. iuxta tradita in l.j. C. de pactis. Ita consulunt Paris.in dicto consilio cxxvij.volumi. j. & Socinus Iunior, in dicto consilio cix. Nisi renuntiatio absque pacto fuisset geminata: tunc operatur idem,quod renuntiatio facta per viam pacti.secundum Paris.in dicto consil.cxxvij. in quo consilio plenissimè conatus est sustinere,quòd remissio lucri videatur facta per maritum, & quod valeret ex eo, quòd maritus scripserat fratri vxoris suæ, quòd intendebat dotem, seu bona dotalia, quæ existebant pe-
nes

nes illum, ad eum, & vxorem ſuam ſpectare: & quòd reputarent ſua: & ſimilia. Conſulens, quod illa verba epiſtolarum, quæ videbantur enuntiatiuá, & generalia, quaſi iactatoria cenſerentur, imò diſpoſitionem importare; & renuntiationem lucri, & quod videatur per illa conſenſum præſtitiſſe, quòd ille poſſet ea alienare, & vt de re ſua diſponere: & pulchrè reſoluit omnes difficultates, & eſt omnino in
23 iſta materiá videndus. Aliam † etiam difficultatem ſubmouit ſtantis, ſcilicet ſtatuti, quòd maritus huic dotis lucro renuntiare nequeat. nam dicit illud intelligendum prohibere renuntiationem lucri eo tempore fieri, cum matrimonium contrahitur, & in contractu ipſius matrimonij: quia illud lucrum præſtatur viro, ob publicum fauorem, vt matrimonium contrahat: quo contracto finitur ille fauor publicus cauſa illius lucri, & renuntiationis ipſius prohibitæ: & ſic ceſſat illa prohibitio poſt contractum matrimonium, & præſertim quia ſtatutum prædictum, tanquam auferens facultatem diſponendi de re ſua, & renuntiandi iuri ſuo eſt interpretandum ſtrictè: per quampluríma, quæ allegat ad hoc: ſicque concludit, quòd ſicut maritus poſſet lucrum, quod iam feciſſet in aliquo caſu, mortua, vel viua vxore, remittere, & de eo prohibito diſponere, non obſtante præfata ſtatuti prohibitione, ita quoque poteſt illud, quod ſperat facere, donare, vel remittere, poſt matrimonium iam

contractum: quod & mihi ſatis placet. Quar-
24 tò, † infertur, quod ſi pater onera matrimonij ſuſtinet, non ipſe, ſed filiusfamiliàs maritus præmortuæ mulieris lucrum hoc facit quaſi aduentitium, quod non eſſet aduentitium, ſi ex oneribus, vel ex cauſa onerosâ præſtaretur, ait Pariſ. in dicto conſilio, cxxvij. volumi. j. Sed hoc non tranſit ſine aliquorum contradictione, volentium hoc lucrum quaſi profectitium, ad patrem pertinere. in hac opinione fuit Lud. Roma. in conſilio ccccvj. præſens quæſtio. Dec. in conſilio lxvij. verſicu. ſed prædictis minimè obſtantib. vbi dicit hoc tenuiſſe Dyn. Cyn. gloſ. Bart. & Bald. & Paul. de Caſtr. & Petr. de Vbal. in locis, de quibus ibi per eum. & idem Deci. pleniſsimè conſuluit, in conſilio clx. quæſtio notiſſ. vbi dicit hãc opinionem habere magnam
25 æquitatem. Sed † horum opinio mihi nullo modo placet: & in contrarium ſtat communis: vt aſſerit Hiero. Cagno. in d. l. in eo quod, vel. de regul. iur. & iſtam tenuit Deci. ſibi contrarius in conſilio lxvj. de duobus. & in dicta l. ſi qua mulier. numero 18. C. de ſecundis nupt. & in conſilio cclx. breuiter quæritur. nume. 5. Bart. in lege, ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſoluto matrimonio. Barto. & Angelus in l. j. C. de bonis quæ libe. Salyce. in leg. ij. C. famil. erciſcun. Bart. in dicta autenti. ex teſtamento. Are. in §. fuerat. numero 24. inſtitutio. de actio. vbi dicit ita communiter probari per Paulum de Caſtr. Alexand. & Cuma. in dicto §. tranſgre-

diamur

diamur. Bal d. in autent. ex testamento. versicu. tertiumdecimum capitulum. C. de collat. & Florianum attestantem, de communi citat. Deci. in consilio clx. versiculo quinto & vltimo. Socin. in consilio ccxxiij. circa præsentem. columna fina. glos. & Doctores in l. dotem. ff. de castr. pecul. Bald. Fulg. & Salycet. in dicta l. j. C. de bonis quæ libe. Rui. in consilio cj. in præsenti. numero 6. volumine primo. Campeg. in tract. de statut. de dote quæstio. vij. vbi recenset omnes opiniones in ista quæstione. & sequitur Angel. in tracta. de testamento, in glos. lxiiij. in fi. & Bald. Nouel. in tracta. de dot. in sexta parte, in priuileg. xxxvij. vbi dicit hanc esse communem, quòd hoc lucrum sit præcipuum ipsius filij, tanquam aduentitium delatum ex ipso
26 matrimonio. idem tenet † in lucro, quòd defertur propter violatum torum: quia ex adulterio ipsi filio à marito fit iniuria: adeo quòd etiam vult, vt quò ad vsumfructum pertineat ad filium, & sic pleno iure: vt ipse dicit in priuilegio xxxviij. Hæc communis mihi videtur facilè probari, in primis, quia nón reperitur iure cautum, quòd tale lucrum dicatur profectitium, cum in hoc non concurrant ea, quæ ad esse peculij profectitij requiruntur, vt per Bart. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. & in leg. si plures. §. in arrogato. de vulg. ita dicit Alexand. in dicto §. transgrediamur. & refert Decius in d. consi. cccccclx. & consilio lxvij. ergo aduentitium est: & hoc quidem rectè conclu-

ditur meo iudicio, quoniam hoc lucrum non eſt proportionatum expenſis matrimonij: vt dixi ſecundum Baldum in l. ij. C. famil. erciſc. & ſic non dicitur ex re patris, id eſt ex expenſis per eum factis prouenire. & iſtud factum alendi filium, & eius filios, & vxorem, poteſt aliam cauſam habere, ſcilicet vel quia pater ad hæc omnia ex naturali obligatione tenetur. l. ſi quis à liberis. §. non tantùm. ff. de liber. & poſthu. & Rui. in conſilio cxliiij. in volu. v. extendens id etiam ad filium, qui contra eius voluntatem vxorem duxiſſet, etiam indotatam. l. ſi filia. §. j. ff. famil. erciſcund. l. ſi nulla. ff. de religio. vel quia poteſt actione negotiorum geſtorum, vt amicus animo repetendi illas expenſas feciſſe. l. Neſennius Appollinaris, de negot. geſto. l. quod vxori. C. eodem. ex eo igitur nihil infertur ad lucrum dotis: alioqui ſi inferri diceremus, ſequeretur abſurdum, quòd, ſi alius feciſſet illas expenſas vt pater: deberet dotem lucrifacere, quod nemo dixerit. Nec obſtant rationes ex aduerſo adductæ per Decium in dicta autentica, præterea. numero 18. quòd ſicut lucratur fructus, qui ſuſtinet onera matrimonij: per iura de quibus ibi, per eum: ita debeat dotem ipſam lucrari. nam iſta conſequentia nihil valet, vt de minori ad maius affirmatiuè. Nec textus ad hoc allegatus in l. actione. §. finali. cum lege ſequenti. ff. pro ſocio. id probat, quoniam ille [illegible] text

textus non vult ſocios lucrari dotem ex eo, quòd onera matrimonij illius ſuſtinuerint, ſed quia ſunt ſocij: & iure ſocietatis lucrum debet communicari eis, ſicut incommodum etiam ſuſtinuerunt. l. ſecundum naturam. de regulis iuris. non ergo in facto ſuſtinendi onera, & expenſas matrimonij ius lucrandi ibi verſatur, ſed in ipſo ſocietatis iure: vt Alexandrinus,& aliqui aduerterunt: quicquid dicat Deci. & fatuum eſt aliter credere. & ad hoc adduci poteſt tex. in l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. dum pactum de dotando filiam vnius ex ſociis ex æquitate interpretatur: vt ea dos ſoluto matrimonio ad ſocietatem reuertatur. Quia ſicut iure pacti ibi fit reſtitutio dotis, ita lucrum dotis iure pacti taciti fit in caſu d.l. actione. §. fi.
27 cum l. ſequen. & † nota ad regulam. l. ſecundum naturam. quòd quando ex eodem fonte emanant commodum & incommodum, tunc eum ſequitur commodum, qui ſentit incommodum: ſecùs ſi ex diuerſis, ſecũdum Hier. Cag. in d. l. ſecundum naturam. nu. 2. & Paul. de Caſt. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſoluto matrimonio. Non poteſt igitur ad patrem lucrum pertinere, quia ſuſtinet incommodum, ex vna cauſa, ſcilicet ex obligatione naturali alendi liberos: & ex alia, ſcilicet ex ſtatuti diſpoſitione quo defertur lucrum, & vna nihil habet commune cum alia: ſed in caſu d. l. actione. §. fina. cum l. ſequen. onera ſuſtinentur iure ſocietatis, quod quidem ius, cum operetur vt incommodum alterius ſit

omnibus ſociis commune, infert neceſſariò, vt etiam lucrum ſit commune, & ſic quia ex eodem fonte proueniunt. Ad textum in l. dotem. ff. de caſtren. pecul. multi dantur intellectus: is tamen, qui ibi per gloſ. & Bartol. in fin. proba-
28 tur, verus eſt, † quòd dos debet inſeruire oneribus matrimonij: & ad illius vſum, & ſuſtentationem remanere penes eum, vel eos, qui ſuſtinendi matrimonium onus ſuſcepiſſent: ſiue caſtrẽſe, ſiue profectitium peculium eſſe dicas, quaſi etiam conceſſo, quòd ſit aduentitium, ſpeciali tamen ratione apud filium remanere debeat, ſi ſeorſum fortè viuens onera matrimonij ſuſtineat. In hoc enim caſu eſſe dotem apud eum oportere, dixerunt Baldus, Alexand. Paul. de Caſt. & alij, in d. §. tranſgrediamur. Saly. in l. ij. in fin. C. fami. herciſcun. & ſecundum hunc intellectum nihil infert contra communem. Nec etiam argumentum de d. l. ij. à contrario ſenſu vrget: quoniam ſecundum Bartol. & communiter Doctor. vt refert Saly. ibi, procedit ſecundum iura antiqua: ſecundum quæ, bona filij famil. etiam aduentitia pertinebant ad patrem: quia ergo ipſa dos de iure antiquo quæreretur patri nihil facit, vt
29 ipſe lucrum dotis faciat. Vltimò † nihil facit illud generale de pluribus iuribus, quòd dos danda ſit illi, qui curam & ſolicitudinem matrimonij ſuſtinendi habet. l. ſi maritus. l. ſi filia. §. ſi filiusfamil. ff. famil. erciſcun. l. ſi is qui Stichum. §. primo. l. ſi pater mulieris. l. Iulianus. ff. de iu

de iure dotium. vt reſpondi in princip. Hinc etiam nego cum Alexand. & Saly. illud Deci. quòd æquitas lucrum dotis ſpectare ad patrem onera matrimonij ſuſtinentem dictet: quia propter onera cum fructus dotis habuerit, imò iniquum eſſet inſuper dotem ipſam eum lucrari contra omnem iuris rationem. & ex hac reſolutione opiniones factæ ſuper hanc quæſtio-
30 nem facile tolluntur, vel infirmantur: † nam qui dixerunt diſtinguendo, quòd aut caſus lucri contingit in vita patris, tunc ad eum pertinens, venit diuidendum inter filios omnes, patet eos in hoc male dixiſſe: aut poſt eius mortem, & tunc ſecùs, & iſtud non habet difficultatem ſecundum omnes: vt dicit Deci. in dicto conſilio lxvj. & conſilio lxvij. & in conſil. cccccl x. Roma. in dicto conſilio ccccvj. & conſilio ccccl xxj. Bartol. Bald. Angel. Saly. & cæteri in d. l. prima. C. de bonis quæ liberis. & in d. l. dotem. de caſtren. pecul. Bartol. Alexand. Cuma. &
31 alij in dicto §. tranſgrediamur. Item † dum aliqui diſtinxerunt, quòd aut ſtatutum dicit, quòd is lucretur, qui recipit dotem: tunc pater accipiens debeat lucrari: nam ex prædictis patet id non probari, nec eſt opus Iudaicè inniti in illis verbis ſtatuti: lucretur, qui receperit, quia aduerti debet, quòd pater non accipit pro ſe, ſed pro filio: & dos ad filium pertinet: vnde tametſi in recipiendo non exprimat ſe pro filio recipere, nihilominus nomine filij recepiſſe intelligitur, ex quo dos eſt filij, per ea quæ dixit

Alex

Alexand.in l.prima.§.nunciatio. numero 17. de operis noui nunciat.& in consilio iiij.circa primum.numer.5. libro v.& Ias.in l.si fundum. per fideicommiss. numero 30. de legat. primo, post Imol. ibi: Ruin. in consilio xciiij. numero 5. in libro primo,& Bartol.& Bald.in l.mater.C. de rei vendicatio. per tex. in l. in familiæ.C.famil. erciscun. & l. si ab vno. C. de negot. gest. dum
32 dicunt, † quòd si vendo rem Titij expresso, quòd, sit Titij, quamuis non dicam eius nomine vendere, tamen eius nomine me vendidisse intelligitur.Sic quando fit aliud negotium,pertinens ad talem, vt talis, secundum Alexand.in dicto consilio xl.& alios præallegatos. & propterea statutum patrem lucrari dotem velle, non est dicendum: vt Raphaël Cuman. tenuit in dicto §. transgrediamur. aut dum inquiunt, statutum aliter loquitur, & tunc secùs: & hoc est indubitatum. Quarta eorum conclusio
33 etiam caret dubitatione, quòd † quando fratres sunt socij omnium bonorum tunc lucrum quod fit de dote per maritum venit communicandum cum fratribus vt per Deci. in consilio lxvj. Rom.in consilio cccclxxj.& consilio ccccvj.Angel.in consilio lx.morte dicti.Rui. in consilio cj.in præsenti. numero 3. libro primo, & Bald.in consilio cclxxxiiij. proponitur. libro quinto,& volunt omnes in dicto §.transgrediamur. quoniam omnia illis fiunt communia.l. non fuerit.§.finali.ff. pro socio.Roland.in quæstio.cx.& in quęstio.cxj.disputat an ille cum so-
cijs

ciis omnium bonorum debeat dotis lucrum communicare, & an ipſe acquirat: Ex quibus autem probetur ſocietas omnium bonorum inter fratres, hic ſuus locus non eſt, ideo non at-
34 tingam. Quintò infertur, an † id quod vxorem, marito relinquere in teſtamento ſuo contingit, maritus in lucrum hoc dotis debeat ſibi imputare, an potius vtrunque aſſequi: nam in lucris captandis, euitatur pluralitas, & duo lucra fieri non facile admittitur, Ideo ſi lucrum dotis eſt propriè lucrum, concurrens cum legato, debet in eo confundi, ſeu imputari: ita arguit in hoc Bald. in l. Titia. §. qui inuita. de legat. ij. & in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſoluto matrimo. & in autenti. præterea. colum. ij. vbi conſiderans hoc lucrum non eſſe merè lucrum, ex cauſa o-nerοſa originem trahens, tenet hac ratione mi-
35 nimè imputandum eſſe in legato: ne † duæ cauſæ lucratiuæ ſimul concurrant. l. Mæuius. §. duobus. vbi gloſ. & Bartol. de legat. ij. Sed hanc animaduerſionem repræhendunt Alexand. poſt Imol. & Rom. in dicto §. ſi pater filiæ. numero 5. verſiculo, & iſta inducuntur. & idem Alexand. in autenti. præterea. & ibi Deci. numero 18. & Franciſ. Pep. ibi colum. xxxvij. & colum. xlj. qui
36 dicunt, (& quidem rectè) † quòd in huiuſmodi compenſatione inducenda non conſideratur, an id quod debetur ex lucratiua cauſa proficiſcatur, an non, an ſit lucrum, an non: ſed an id, ex cauſa neceſſaria, facto legis, an verò ex cauſa voluntaria facto propriæ obligationis debea-

tur

tur. nam & quod debetur ex causa lucratiua, scilicet ex legato, seu fideicommisso non compensari cum alio legato compertum est. l. Lucius Titius. de legat. primo, & tamen sunt duo lucra, id enim nulla lex interdicit, neque in diuersis rebus concursus plurium causarum lucratiuarum negatur. l. planè. §. sed si non corpus. de legat. primo. l. fundum Cornelianum. ff. de nouat. Paul. de Cast. in consilio xxxv. videtur dicendum quòd vtrunque. colum. prima. In
37 † hac igitur quæstione contra Bald. concluditur eius ratione reiecta, quòd imò legatum ab vxore factum marito veniat imputandum in lucro dotis ei debito iuxta formam statuti: & hæc est communis opinio: quam tenent Bartol. in d. autent. præterea. & ibi Alexan. numero 12. versiculo, ex glo. vbi dicendo esse communem, allegat Imol. Iacob. de Are. Francis. Tigri. Rica. de Saly. Rom. Bartol. & Saly. Paul. de Cast. ibi, & in d. l. si cum dotem. §. si pater filiam. & Curt. sequitur in dicta autenti. præterea. numero 20. versiculo, ex ista communi. & ibi Francis. Pep. colum. xxxvij. & sequen. vbi hanc materiam pulchrè declarat. & ibi Ias. numero 21. versiculo circa statutum disponens. vbi vltra alios allegat Albe. dicentem sic fuisse iudicatum Paduæ: & Deci. ibi numero 18. & ibi Rimi. colum. finali & penulti. & Alexand. & Fulgo. in dicto §. si pater filiam. Corne. in consilio cclvij. numero 20. volumine primo, & in consilio xxiij. viso. colũ. prima, in volumi. iiij. & Bald. in consilio lviij. in

resti

restitutione. in ij. libro,numero iij. Campeg. in dicto tracta. de dot. quæstio.vj. vbi dicit ab hac communi non esse recedendum.Roland.disputando firmat hoc in quæstio, xcvj. quotidiana. vbi plura ex his,de quibus per nos hîc,adducit.
38 Et fundatur in vna conclusione iuris, † quòd quotiescunque ex dispositione legis alicui quid debeo, si ei facio legatum, præsumor illud me fecisse causa satisfaciendi illi obligationi necessariæ,vt latissimè deducit Paris.in consilio lxix. volumi.ij.Rui.in consilio xcij.volumi.v. Alexā. in consilio vij. viso, colum. fina. libro vj. & in consilio xix. eod. & in consilio xcix. volumi.7. Capra.in consilio xxix.Rapha.Fulgo.in consilio lxxxj.Docto.in dicta autenti.præterea.& in d.l. si cum dotem. §.pater filiam. & quotquot de ea rescripserunt: exempla sunt in iure non pauca, vt cum pater legat aliquid filio,in legitimam ei debitam à lege imputatur. l. omnimodo. §. imputari.C.de inoffic.testamen.l.quoniam nouella. eod. Idem in quarta patroni.l. etiam.§.si debita.ff.de bon.libe.l.siue.ff.de iure patron.Idem in quarta coniugi debita,dicta auten. præterea. Similiter pater,qui tenetur dotare filiam.l.qui liberos.ff.de ritu nuptia,glos.in l.obligamur.§. ea lege. ff. de actionib.& obligatio. vel dotem alias datam, & per mortem viri recuperatam, pro secundis nuptiis tenetur integram conseruare,& reddere:autenti.sed quamuis. C. de rei vxoræ actione. §.quia iam verò. in autentic.de æqual.dot.cum legatum facit filiæ, videtur pro illo

illo debito necessario dotis soluendæ, relinquere. l. si cum dotem. §. si pater filiæ. ff. soluto matrimonio. l. huiusmodi. §. cum pater. de legat. j. l. Titia. la prima. §. inuita. de legat. ij. & ad hoc facit etiam tex. in l. dotem. l. si cum pater. soluto matrimonio. per quæ iura posset argumentari à fortiori, quòd si in legitimam, & dotem, quæ est valde fauorabilis, legatum imputatur, multò magis hoc lucrum, quod est odiosum: ita arguit
39 Pepus. in d. auten. præterea. col. xxxix. Si † autem debitor, ex proprio contractu, vel facto, voluntarius legat creditori: tunc non præsumitur causa extinguendi illam obligationem voluntariam legare, & sic in dubio legatum non imputabitur in huiusmodi debitum. lege prima. §. sciendum. C. de rei vxoriȩ actione. l. qui dotem. iuncta ibi glos. ff. soluto matrimonio. l. creditorem. de legatis secundo. ita concludunt Docto.
40 in locis præallegatis, & alibi passim. Et † rationem diuersitatis inter casum voluntariæ obligationis, & casum necessariæ, Doctores dicunt
41 esse, † quoniam in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. & præsumptio naturalis est ista, quòd prius id quod inuiti debemus pręter nostrum factum, & cogimur à lege præstare, creditori soluere velle credamur, quàm legando aliquam liberalitatem exercere. Addunt præterea, quòd lex in obligatione, & debito, quod ipsa inducit, magis succurrit debitori, quàm cum debitum ipsa non induxit. glos. in §. ex conditionali. instituta

de ver

de verbo. obligatio. glos. in l. si vxorem. C. de conditionib. inser. facit l. ij. §. si quis. ff. si quis caut. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogant. Quia (vt Curtius dicebat) quando lex obligat aliquem sine eius facto, rigorosè quidem facit, ne ergo rigorem, addat rigori, benignè lex agit interpretando, quòd in dubio debitor huiusmodi legãs, videatur legare causa satisfaciẽdi illi necessitati: nec est de quo con-
42 queratur creditor, † quoniam lex tibi suum, & non tuum, denegat auxilium: glos. in l. j. C. si aduer. vend. Aduersum hanc conclusionem Bald. in d. autent. præterea, tenendo contra communem cum quibusdam paucis multa obiicit. Primò negant præfatam doctrinam esse veram ex duobus, primò quia & pater debet dici debitor voluntarius, dum filiæ dotem exigit, vel recuperat, sicut & maritus, qui dotem recipit, & tamen aliter in patre extat responsum. ergo ista doctrina confunditur, sed huic rei occurrit Ias. in d. autent. præterea. nume. xix. versicu. sed attende. & Decius nume. 11. vers. Moder. hic dicunt, & Curt. numero 20. & ideo quòd pater tenetur filiæ dotem exigere, seu exactam conseruare pro secundo matrimonio, vel vt ipse dicam cum Curtio, pater tenetur secundo & tertio, vel toties, & quoties maritabitur, filiam dotare. Soci. in consilio lxxv. circa præsentem. numero 7. versiculo, sed aduertendum. volu. j. Bart. Alexand. & alij, in l. si cum dotem. §. si post. soluto matrimonio. Bal. in auten. res quæ. col. ij.

C.com. de leg. Iaſ. in §. fuerat. numero 117. & numero 135. institut. de actio. & Curtius Sen. in conſil. xxvij. numero 32. & traditur per omnes in autent. quod locum. C. de colla. vnde factum eius imputatur iuris neceſsitati. Secundò Cumanus dicebat, vtroque tempore inſpecto in vno caſu, non magis voluntarium debitorem dici, quàm in alio: nam inſpecto tempore legati, vterque dicitur neceſſarius debitor, † quoniam & contractus, quamuis ab initio ſui, ſint voluntatis, tamen ex poſt facto efficiuntur neceſsitatis. leg. in commodato. §. ſicut. ff. commodati. lege, ſicut. C. de actionibus & obligationibus. inſpecto autem tempore obligationis contractæ, pater & maritus ſunt voluntarij, quoniam & pater voluntariè contrahit matrimonium: vnde natis filiabus oritur obligatio de illis dotandis. Sed vtrunque tollitur, primùm, quia † non ex eo nomen obligationis neceſſariæ aſſumit, quòd detinet contra eius voluntatem perſonam obligatam: (iſtud enim eſt ius obligationis, & non qualitas) ſed ex eo, quòd in eam incidit ab initio præter voluntatem ex legis neceſsitate: illa enim cauſa originalis debet atendi. l. ſi ſeruum. ff. de actio. empt. Nec ſecundum vrget, quia tam remota cauſa non eſt conſideranda, quòd ex eo, quòd matrimonium contraxit, dicatur filias natas voluntariè ſe obligaſſe dotare: ſed ipſa lex, quæ patrem ad dotandum filias aſtringit, tanquam cauſa immediata, quæ debet

debet attendi. l. mulier.ff. rerum amotarũ.l. finali,de condictio.ob cau.l.socium qui in eo. ff. pro soc. l. si fideiussor. §. necessaria. ff. qui satisdare cogant. aliud est in marito, qui dotem recipit, & potest nõ recipere, cum matrimonium sine dote esse posit. l. fina. C. de donatio. propter nuptias. Rursus quod maritus dicatur ex voluntate mulieris saltem tacita lucrum dotis facere, quia statutum est tacitum pactum. glo. in l.si duo. ff. de acquirenda hæred.l.item quia. ff. de pactis. non concludit, vt idem seruetur, quod dictum est in casu pacti expresi, & contractus initi nullo stante statuto vel lege de hac re. nam taciti, & expresi non est eadem vis, atque potestas in his, quæ non proueniunt ex mente, sed hoc lucrum non prouenit ex mente mulieris, sed præter, vel contra mentem eius. ita respondet Pepus in dicta autenti, præterea. numero 42. sic dicit Salycet. ibi respondendo ad argumentum hoc: quòd ista tacita conuentio de lucrando propter huiusmodi statutum, non est voluntaria,sed coacta: & accessoriè venit, ideò non attenditur, nec habet vim, quam haberet pactum huiusmodi, nullo stante statuto. Nam, vt dicebat Angelus in dicto consilio cccxcvj. arbitramur. columna ij. & Riminal. & Pepus in dicta autentica. collat.
45 xxxviij. † statutum ipsum est causa immediata ipsius lucri: & contractus matrimonij mediata, quam si attendamus, esse necessariam, & non voluntariam, manifestisimè constat. Et

46 † longè potentior est consensus expressus, quàm tacitus: vt diffusissimè ostendit Andr. Tiraquel. in tracta. de leg. connub. in secunda parte. glos. vij. numero 49. versiculo, nunc restat. Tertiò obiicitur ad confusionem suprà scriptæ distinctionis, text. in dicta lege, si pater pro filia. ff. de collat. dot. vbi est casus, qui dotem promiserat pro filia, fecit illi legatum, vtrunque debetur. dicitur ibi, & sic quamuis pater sit obligatus ex dispositione legis ad dotandum filiam. l. final. C. de dote promis. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. tamen legatum ab eo factum non compensatur cum dote debita.
47 istud est difficile obiectum. Primo modo † soluit Bart. hoc esse ibi, quoniam legatum erat diuersum à dote: nam dos erat in quantitate, & legatum in specie, & de quantitate ad speciem non fit compensatio. l. finali. C. de compensatio. l. conuenerit. la secunda. ff. de pigno. actio. istam solutionem tenent, Bald. Rapha. Cuman. Paul. de Castr. Alexand. & Bald. in locis de quibus per Iasonem in dicta lege, huiusmodi. §. cum pater. numero 12. colum. ij. de lega. j. quam ipse diuinatiuam esse dicit, quæ nec mihi placet, quoniam restringit conclusionem prædictam aduersum communem opinionem, & mentem iurium, vt mox dicam. Secundò
48 Ias. ipse soluit, † quòd ibi cessat præsumptio compensandi, quia pater, filiam exhęredauerat, vel præterierat: & sic eam iniuria affecerat: vnde in recompensationem huiusmodi illatæ

iniuriæ præſumitur voluiſſe, quòd vtrunque habeat: & in hoc caſu limitat communem concluſionem, ponderans ad hoc text. in dicta lege Titia.§. qui inuita: quòd idem fuiſſet ibi propter iniuriam exhæredationis, niſi teſtator ibi expreſsiſſet cauſam dotis. l. finali. C. commun. vtri. iud. vbi dos non compenſatur cum relicto, iure inſtitutionis, vel legati: quia ex eo, quòd fuerat cum extraneo hæres inſtituta, filiam iniuria affecerat, & allegat Iaſ. huius ſententiæ eſſe Bart. Bald. Alexand. Roman. & Cuman. in locis de quibus ibi per eum, extendens ſic hanc ſuam limitationem ad alios caſus iniuriæ factæ. Nec ſibi dicit obſtare tex. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater filiam. dum ille tex. admittit compenſationem, & tamen loquitur in caſu factæ exhæredationis, vel præteritionis: nam reſpondet, quòd ibi tantùm fuerat legatum, quantum poterat hæredis inſtitutio importare, in quo caſu poterat haberi, ac ſi fuſſet hæres inſtituta, & ratio factæ iniuriæ ceſſabat. hanc ſolutionem amplectitur Pepus. in dicta autenti. præterea. collatio. xxx. Sed mihi non probatur, quòd ibi ratione recompenſandæ huiuſmodi iniuriæ, filiam vtrunque habere oporteret, pariter nec textus in dicta l. Titia.§. qui inuita: meminit de exhæredata cum hoc myſterio. neque text. etiam in dicta l. finali. facit ad rem: nam ibi filia dotem, vel filius donationem propter nuptias, habet præcipuam ſimul cum legato ſibi facto, quando eſt inſti-

tutus, vel instituta cum extraneo, non ratione iniuriæ sibi in hoc factæ: quæ enim iniuria potest esse patris vtentis iure suo? lege nullus. de regulis iuris. sed quia cessat necessitas, & ius conferendi, quod non habet locum nisi inter liberos ipsos, & existentes sub patria potestate. l. vt liberis. & ibi traditur per Doctores. C. de collat. Et Iasoni contradicit text. in dicto §. si pater filiam. qui per eius responsionem,
49 (vt iam patet) non tollitur. Tertia † solutio est Alexand. & Areti. quòd procedat, quia dos erat debita genero, cui promissa fuerat, legatúmque filiæ fecerat: & sic diuersis personis legatum, & dotis debitum præstari oportebat. Animo ergo compensandi, pater legasse ibi dici non poterat: quia compensatio est debiti & crediti sibi inuicem contributio, & ab eisdem, & non de eo, quod alius deberet, inquit Socinus Iunior, in consilio lxxix. nume. 61. in volumine iij. l. si cum militi. vbi Castr. & alij. ff. de compensatio. l. eius. C. eodem. & istam solutionem refert Pepus, in dicta autenti. præterea. colat. xxix. & Curtius ibi eam sequitur. numero xxiij. versic. vltima difficultas. respondens ad contraria. vel dum dicebat, quòd licet dos sit promissa genero, tamen actio acquiritur filiæ. l. fideicommissa. §. interdum. de legat. iij. quòd dictus §. interdum. non procedit in contractu. l. si pater. C. de dotis promissio. secundum glos. in l. si seruo legato. §. si testator. de legat. j. vel dum dicebat textus in dicta l. si

pater

pater pro filia. velle, quòd vtrunque filia habeat: quod eſt verum attento effectu, quo conſiderato dos eſt filiæ: hæc ſolutio diſplicet Decio in dicta autent. præterea. numero 13. & mihi: quoniam de genero ne verbum quidem ibi dicitur, cum, ſi inde ius & ratio illius text. penderet, vtique de eo meminiſſet Iureconſult. & certè in conſideratione non fuit, quòd dos eſſet genero promiſſa, quoniam huiuſmodi promiſsio fit contemplatione filiæ ad eius vtilitatem cauſa ſatisfaciendi debito naturali, illam dotandi: vnde legatum ei factum dici debet animo compenſandi, cum ea dote ex cauſa neceſſaria promiſſa, factum: vt per Corn. in conſilio ccxxx. numero 7. volumine quarto. quemadmodum licet, non mulier, ſed maritus dotem habeat: ipſa nihilominus tenetur dotem conferre in ſucceſsione, vel hæreditate paterna. ff. de collat. dot. per totum. leg. ſi pater. l. dotis. C. de collat. Præterea nimis reſtringerentur plures leges volentes legatum filiæ imputari in dotem debitam legis diſpoſitione. Quartam ego trado
50 ſolutionem: † quòd ibi Pomponius Iureconſultus non reſpondit ſuper quæſtione præſumendæ compenſationis, de quo nos diſputamus, ſed duntaxat, ſuper quæſtione collationis faciendæ, quòd hoc ſit verum manifeſtè colligitur, tum ex titulo, ſub quo illa lex eſt poſita. lege, Imperatores. ff. de in diem addict. tum etiam ex eius verbis, vel

dum dicit filia dotem præcipuam habebit, vel dum perpendit, quòd sit exhæredata, vel præterita, vel emancipata, quæ procul omni dubio concernunt quæstionem iuris collationum. l. vt liberis. & ibi notat. l. filiæ dotem. lege secunda.C. de collatio.lege prima. §. filia. ff. de collatio.dot. prout hæc in materia præsumendæ compensationis forent manifestè inepta. dum igitur Pomponius super iure conferendi respondit ibi negans illi locum esse, conclusioni nostræ in materia præsumendæ compensationis non contradicit: & alia est quæstio collationis faciendæ, alia præsumendæ compensationis: nam ius conferendi est scriptum, & determinatum, sed hæc quæstio resoluitur ex coniecturis, & presumptionibus iuris, ideo ex responsione data super iure conferendi, non infertur, quòd super altera quæstione respondere voluerit, super qua minimè fuit interrogatus, vel consultus iuxta vulga. Aliis quoque argumentis nititur aduersum istam conclusionem Bald. & alij non nulli: quæ quoniam leuia sunt, vt Alexander dicit, ego prætermitto: ad illa respondent Salycet. Curt. & Pepus. vbi suprà si libet
51 vide eorum responsiones. Verum † enimnero cauillatur nostra conclusio ab Ang. in consilio ccclx. domina Margarita. aliàs allegatur sub enim cons. cccxij. quando dos fuisset viro soluta: quoniam tunc, cũ solutione eius, quod debetur, omnis tollatur obligatio: insti. quibus mod.
tol

tolli.obli. §.primo. mulier non poteſt amplius dici debitrix mariti, & ideo legando marito, non videtur dici poſſe, quòd animo compenſandi cum aliquo illi debito legauerit. Compenſatio enim non poteſt contingere, niſi ſuppoſito, quòd ex parte legantis, aliquid debeatur ipſi legatario.gloſ.Bartol.Alexand.Hercul.in l. pater filiam.ff.ad legem Falcidiam.& hoc argumento obmuteſcere feciſſe quendam aduocatum refert Ange.& pro eo facit textus in l.filia. C.de lega.vbi, ſi pater dedit dotem filiæ, & demum ei legatum faciat,non præſumitur animo compenſandi ei legare, ſed vtrunque habebit, ſecundum gloſ.& Doctor.ibi Bartol.in dicto §. cum pater. & hoc etiam cauillo vſus eſt Bened. Capr.in conſilio cxliij.in columna ſecunda.Ve-
52 rum† aduerſum Angelum inſurgunt quàm plurimi Imol.in dicto §.ſi pater.Fulgo.Ludo.Rom. & Mode.in dicta autenti.præterea.& Alexand. ibi.numero 14.columna fina.& in dicto §. ſi pater.numero 7.Franciſ.Pep.vbi ſuprà,colum.36. Camp. in dicto tracta. in quæſtio. vj. Alber. de Roſat.in ſecunda parte ſtatu.in quæſtio. ſecunda. & poſt Aret. Iaſ. in dicta autenti. præterea. numero 25.verſiculo,adde etiam.qui dicit imò in dote ſoluta concluſionem noſtram procedere,quoniam aliqui in caſu dotis promiſſæ dubitarunt tantùm, an ſtatutum de lucro dotis locum haberet.Et ad argumentum Angeli reſpondetur quòd illa ſolutio dotis non tollit obligationem, qua vxor tenetur marito ad dimit-

tendum illi partem dotis nomine lucri, iuxta statuti dispositionem faciendi: quia illa solutio non fuit facta ad eum effectum, sed ad effectum tantùm liberandi mulierem à dotis datione: quia dos viro dari debet, & penes eum constante matrimonio stare pro oneribus sustinendis oportet. l. pro oneribus. C. de iure dotium. cum concordan. effectum ergo liberandi, à lucro non parit, quia solutio, & numeratio non extenditur vltra intentionem agentium. l. non omni. ff. si certum petatur. & præsertim cum actio ad lucrum nondum constante matrimonio esset nata: iuxta leg. qui Romæ. §. duo fratres. de verborum obligationibus. & quamuis mulier, cum dos lucranda est penes virum, non dicatur obligata ad dandum, vel soluendum lucrum dotis, vel dotem: est tamen obligata ad eam dimittendum, seu non petendum pro parte, quæ venit ex forma statuti lucranda. l. Mæuia. §. fundus. vbi glos. & Bartol. soluto matrimonio. l. si vnus. §. pactus. vbi glos. ff. de pactis. & sic satis verificatur, quòd mulier legans dicitur etiam in hoc casu debitrix mariti in lucro dotali. Reiecta
53 igitur ista Angeli cauillatione † communem conclusionem in suis terminis, amplia, primò procedere etiam quando legatum, & dos in diuersis rebus consisterent. verbi gratia, dos in quantitate, & legatum in specie, vel econuerso: ita determinat Alexand. in dicta autenti. præterea. numero 13. versiculo, vtrum autem retentà. & ibi Ias. numero 26. versiculo, adde & amplia

plia.& ibi Pepus in colum.29.Alexand.& Imol. in d.l.ſi cum dotem.§.ſi pater filiæ.Ludo.Roma. & Aret.in dicta autent.præterea.& Aret.in conſilio xcij.viſo legato.colum.prima. verſicu. hoc præmiſſo. Deci. in dicta autenti. numero 10. in vltimo notabi.Curt.in conſilio lxxiij. licet iſta. in colum.fina.& Ioan.de Amic. in conſilio cxv. & ſequitur Afflict. in deciſio. Neapo.cxxxviij. ſtante. numero 4. quæ quidem ampliatio probatur ſecundũ præallegatos : tam ex textu dicti §.ſi pater filia.vbi compenſatio fit etiam in caſu, in quo filia hæres fuiſſet inſtituta, ſecundum illius tex. præſuppoſitum, & tamen in hæreditate ſunt corpora : quàm ex tex. d. l.quoniam nouella.& concordan.in quibus quod legatum comperitur, in legitimam, ſeu quartam imputatur non habita ratione,an pecunia vel ſpecies ſit legata: & hoc mihi videtur tenendum. Nec obſtat quòd multi videantur contrarium velle. Oldrad.Bartol.Bald.Paul.de Caſt.Saly.Rimi.& Corn.qui dicit horum opinionem eſſe communem:in conſilio ccxxx. viſo.colum. prima.vol. iiij.& in conſilio cclvij.numero 20.in libro primo,& Bald. in conſilio lviij.numero 3. volumine ij.Capr.in conſilio clxiiij.columna ſecunda. & Alexand. in conſilio vij. viſo. libro ſexto, & Corne.in conſilio cxxvij.quamuis,in fine volumin.iij.Nam eſt aduertendum primò,quod aliqui ex his loquuntur,per modum pluribus modis arguendi, & ſic non firmant hoc. Secundò quòd poteſt eorum opinio procedere, vt extra

caſum

casum,in quo lex mandat in dubio legatum im putari,in id quod debetur,minus præsumamus animum compensandi existente debito,& legato in speciebus,quàm cum vtrunque in qualitate consisteret,vt dicit Corne. in consilio ccxcij.
54 circa primum.colum.ij.libro j.†nam in materia imputationis faciendæ, non curatur an in specie,vel in quãtitate consistat relictum.l. in quartam.l.id autem.l.quod autem.ff.ad leg. falcid.l. si compensandi.C.de hæredi.instit. Idem quando compensationem lex præsumit seu inducit. Corne.in dicto consilio ccxxx.numero 6.in volumi. iiij. sed in materia compensationis inducendæ,quia aliud pro alio,inuito creditore solui nequit.l.ij.§.mutui. vbi Docto.ff.si certum petatur. necesse est vtrunque in quantitate consistere.sic procedit text.in l.finali.C.de compen.l. si conuenerit.ff. de pignoratitia actione. quò fit etiam,vt difficilius præsumatur testator legasse animo compensandi,quando aliud,quàm quod debet legat:quàm cum debitor existens in quãtitate,legat quantitatem. Tertiò dico quatenus Corne. stringit hoc ad terminos ampliationis nostræ affirmans non esse in decisiuis ab hac opinione recedendum, quasi commune vt per eum in dicto consilio ccxxx.& in consil. cclvij. quod ipse & alij in hunc errorem prolapsi sunt propter tex. in d. l. si pater pro filia. ff. de coll. dot.secundum vnum intellectum à nobis suprà relatum, vt dicit ipse Corne. in dicto consilio cclvij. numero 20. quem cogitur ibi fateri esse

diuinatiuum, licet dicat pro concordia legum opus esse ista diuinatione: sed ex intellectu, & solutione, quam dedimus s̃.ad d.l.constat illam diuinationem necessariam minimè esse: & sic eorum opinio in falso fundatur argumento & manifestè aduersatur pluribus legibus allegatis pro nostra ampliatione, vbi s̃. ideo tenenda est,
55 quicquid illi existimauerint. Secundò † ampliatur, quando etiam pactum expresśim de lucro dotis factum fuisset: secundum Corne.Roma.& Francis.Pep.in dicta autenti.præterea. & Rimi. ibi, in colum.penulti.& Paul.de Cast.in consilio xxxv.videtur dicendum. in colum.ij. quoniam istud pactum accedens vltra statutum vel ex abundanti, vel ad eius confirmationem, vel approbationem videtur accedere, vnde qualitatem, vel naturam obligationis non mutat.l. qui mutuam.ff.manda.l.penul.C.de pactis.iuncta l. quæ dubitationis.de regu.iur.l.testamentum.C. de testamẽ. nec ob id de obligatione necessaria,
56 transmutatur in voluntariam: † Si quidem aliquid faciens, ad quod necessariò poterat compelli, dicitur necesśitate coactus facere, tam & si id spontò faciat: vt de compromisso spontè facto, quod necesśitate statuti facere tenebatur, dicitur, quòd iudicandum nõ est voluntarium, sed necessarium, vt per Deci.in consil.xxij.l.nouisśimè.ff. quod fal.tuto. & per eundem plenisśimè in c.cum M.Ferrariensis.nu.34.col.x.versi. sed ista differentia.de cõsti.Aret.in consi.xxiiij. quatuor dubia. Nec obstant aliqua deducta per

Pepũ

Pepũ.& Deci.in d.autenti.præterea.nu.11.verſi.
57 ſecunda concluſio.& primũ illud ſimile,†quòd obligatio hæreditaria, quæ habet beneficium legis,& inuentarij,alteratur,& mutatur per nouam hæ redis promiſsionem de ſoluendo, adeò, quòd ipſe beneficium inuentarij, quò ad eam, perdit,ſecundum Ange.in conſi.xxxj.Dominus Philippus.in colum.penul.Are.in conſi. cxlviij. in quæſtione.in colum.ij.verſic.donatio autem. Deci.in conſilio ccccxcvj.nume.12. & in conſil. cxxxviij.nume.4. & in conſil.ccc. numero 8.colum.iij. l. cum hæreditas ex fideicommiſſ. ff.ad Trebel.nam ibi alteratur obligatio, in contrariam qualitatem obligationis,prout potuit hæres eam mutare: ſed in hoc caſu obligatio expreſſa accedens non alteratur, quia tendit ad idem,ad quod omnino mulier tenebatur ex diſpoſitione ſtatuti abſque etiam huiuſmodi expreſsione. Eodem modo reſpondetur ad illud Pepi.d.l.Titia.ff.ad leg.falcid. Et ad illa duo, de tacito pacto habente vim expreſsi, & altero de d.l.ſi pater pro filia. colligitur reſponſio ex dictis ſuperius. Tertiò poſt Aret.in conſil.xcij. viſo.colum.prima. Iaſ. & Deci.in dicta autentica,
58 præterea.†ampliant iſta procedere etiam in foro conſcientiæ: ſed iſtud, vt ipſi aduertunt, ad aliquem caſum non poteſt adaptari, quòd aliquis ſit debitor ex aliqua legis diſpoſitione obligatus in foro poli, qui non ſit obligatus etiã in foro fori:quoniam lex potiſsimè in foro
59 fori obſtringit. Nunc†limita,& primò,quando mulier

mulier legatum feciſſet marito ſub hac, vel ſimili forma: Relinquo de bonis meis, viro, centum. nam tunc conſequi vtrunque ſcilicet legatum, & lucrum dotis maritus debet. Ita tenet Iaſ. in dicta autenti. præterea. numero 26. verſiculo, limita iſtam communem. & ibi Pep. columna xxx. & Rimi. ad fin. & Alexand. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater filiam. numero 6. verſicu. prædictis adde poſt Bald. & Pau. de Caſt. ibi, Bened. Capr. in conſilio cxliij. cum de pluribus. colum. iij. verſiculo, vnde potuit ipſe. & Corn. in conſilio cxxvij. quamuis. volumi. iij. & in conſilio cclvij. circa primum. numero 20. in volumi. j. & D. And. Alci. in l. princeps. de verborum ſignificatione. Et mouentur, quia bona non dicuntur niſi deducto ære alieno. l. mulier bona. ff. de iure dotium. l. princeps. l. ſubſignatum. de verborum ſignificatione. & hoc lucrum reputatur æs alienum, extra bona, & hæreditatem mulieris. Bald. in d. l. pro hæreditariis, in columna ij. C. de hæreditaria actione. & dixi ſuprà, in gloſ. quinta, ante legitimam eſſe deducendum. iſta ergo deductio lucri dotalis fit de bonis mulieris, & de reliquo legatum ſoluitur. Idem reſponſum
60 extat, quando † pater legat aliquid filiæ, ſub modo prædicto, vel etiam cum prohibitione, quod plus de bonis ſuis petere nequeat: quoniam nihilominus petere dotes maternas poterit, quia non ſunt de bonis teſtatoris, ſed vt æs alienum ſunt, & ſic prius deducuntur, Bartol. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de operis libert.

Bald

Bald.in l.quoniam nouella.C.de inofficio.testa. Ias.in consilio ccxiiij. in vltimo dubio.in volumine secundo.Capra.in consilio lxij. viso.in columna prima, & in consilio clxiiij. non vt præsupponitur.in columna ij.Rapha.Cuma.in consilio cxxxiij.Domi.Nicol.Rui.in consilio lxxix. in libro secundo, Ias. & alij, vbi suprà, Bald. in consilio lxxiiij.testamentum.in libro ij.qui loquitur in legitima,quòd non reputetur in bonis patris, sed æs alienum, similiter ex ista ratione
61 limitatur.l.finali C.de iure deliberandi.† quòd in legatis,quæ vult testator de bonis suis solui, non officit inuentarium omisisse,quo magis teneatur illa præstare vltra vires hæreditatis, vt dixit Corne. in dicto consilio cxxvij. quamuis. & in consilio clxxx.nume.9.volumi.iiij.Bald.in l. j C. quæ pœn. nomine.Cassan.in Consu.Bur. §.xiij.in rubri.viij.nume.6.& And.Barb.in capi. Raynaldus. extrà de testamen. Paul. de Cast.in consil.cccxxj.in puncto suprascripto,& dubiis, & Barto.in consi. clvij. super his.& ad hoc propositum id adducit Pep.in colum.xxxiiij. Contra istam limitationem, tenet Deci. in dicta autenti.præterea.nume.12.versicu. quartò limitatur. post Cuma. in d.l. si cum dotem.§.si pater. quatuor modis arguendo.Primò quòd verbum bona importat idem,quod hæreditas.l.cogi.ad Treb.Secundò quia omnia legata pręstantur de bonis testatoris.l.fi.§.licentiam.C.de iure delib. ideo eius expresſio nihil operatur.l.iij.ff.de leg. j.Tertiò quia militat eadem ratio cōpensationis
præsu

præſumendæ.ſcilicet debitum neceſſarium.quartò quòd dictum Bald.in dicto §.ſi pater filiam.loquitur in caſu vbi eſt appoſita dictio tantùm. & illud Bar. in dicto §. ſi liberi, vel non eſt verum, vel procedit duntaxat in caſu ſuo. Ad hæc tu re-
62 ſponde: † quòd verbum, Bona. ſignificat aliud, quam verbum, Hæreditas, nec vnquam capitur pro hæreditate, niſi quando ratio ſubiectæ materiæ neceſſariò id requirit: vt latiſsimè oſtendit Haym.Crau. in conſilio cxxxix. colum. ſecunda. quæ quidem ratio hic ceſſat. Secundum negatur, quia eo non expreſſo ſecundum legem, quæ inducit hanc compenſandi præſumptionem, legatum erat in iſto caſu in primis præſtandum de eo quod legatario debebatur: ne ergo id fieret, teſtator videtur expreſsiſſe legatum de bonis ſuis ſolui: quæ expreſsio tollit illam legis præſumptionem. Tertium ſimiliter negando tollitur, quoniam expreſſum facit ceſſare tacitum. l. ex facto. de vulg. & pupil. l. fin. C. de pact. conuent. & ſic prædicta præſumptio ceſſat propter expreſſum. Ad quartum reſpondeo, quòd ſi Bart. doctrina eſt vera in illis terminis prohibitionis, de non petendo plus de bonis teſtantis, multò magis videtur procedere noſtra concluſio, vbi non ſunt aliqua verba prohibitiua. Vnum aduertit Pepus in
63 col. xxxiiij. † quòd, ſi huiuſmodi verba, de bonis meis &c. appoſita eſſent de ſtylo vel cõſuetudine notariorum, non operarentur iſtũ effectũ. ſicut dicitur de clauſula codicillari ex more notarij, & nõ de teſtoris mente appoſita. Sed Cor. in d. conſ.

cxxvij.quamuis.in fin.vol.iij.videtur idem etiam in hoc casu velle,dum eam conclusionem facit,in terminis vulgatæ clausulæ:in omnibus autẽ aliis dicti testatoris bonis &c. super hac limitatione aduerte etiam quòd Cor.in consil.cxcij. videtur, & in ij.lib.aliud consuluit,& autoritates pro prædi-
64 cta limitatione citatas nititur euitare, † ꝙ procedunt,quando testator aliquid non relinquit de suo,quod velit in compẽsationem debiti venire: vel quando debitum in quantitate non consisteret. hæc responsio si esset vera,nimium præfata limitatio restringeretur:sed ego de ea valde dubi-
65 to. Aliud† sanè, dicendum est, quando testator diceret: Lego super bonis meis, vel super mea hæreditate.&c.tunc excluderetur à petitione lucri, vel alterius debiti,secundum Bal.in d. l. quoniam nouella. C.de inoffi.testam. Capr. in consil. lxij.cum viso.& Rimi. in d. autẽ.præterea.in fi.& Pepus ibi in col.xxxiij.& Rui. in cõsi:lxxix. nu.8.
66 vol.ij.Secundò † limita si legatum non esset permansurum penes virum,tũc cum lucro sibi debito nõ cõpẽsabitur:vt cõsuluit Cap.in cõs.cxliij.in col.ij.& voluit Bar.Bal.Dyn.in d.l.si cum dotem. §.si pater: & ibi Paul. de Cast.& Alex. in fi.& Ias. in d.aut. præterea,post Aret.in col.fin. nume. 26. ver.iij. limita,& ibi Pep. in col. xxxij. & Dec. ibi nu.12.ver.tertiò limitatur.& Rimi. post Ang. ibi ad fin.& ad hoc allegant plura iura. l. fin. §. fin. C. de bon.quæ lib.l.sed & si martis.§.item siquis, & §.seq. ff. de leg. præsta.l.cogi. §. hi qui solidum. ad Treb.l. Sulpitius.ff. de donatio.int.vir.& vxo. vbi

vbi probatur,quòd quando res non remanet aliquo tempore penes eum, cui datur,est perinde,ac si non esset data. & hæc limitatio de plano procedit secundum ea iura, quando maritus in continenti rem legatam esset alteri restituturus. Sed potest dubitari,quando aliquo tempore esset pe-
67 nes maritum permansura, † an illud medij temporis interusurium debeat in lucrum dotis sibi debitum imputare? Ias. Dec. & Pep. post Petr. vbi suprà, existimauerunt id compensandum esse, sicut fit in Trebellianica, & Falcidia. l. in quantitate. §. magna dubitatio. ff. ad l. Falcid. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebel. not. in l. fideicommissum eodem. alij Doctores hoc dubium non attingunt: Sed Capr. in dicto consilio cxliij. cum de pluribus, consulendo tenuit contrarium, dum in casu suo maritus, grauatus fuerat post mortem suam restituere, & sic penes eum legatum erat diu mansurum: nihilominus voluit præsumptionem compensandi cum lucro dotis ibi cessare. Certè, si in his terminis non recipiamus hanc limitationem erit de indubitabili, & inepta. Quis enim dixerit aliquid compensandum, si nihil est quòd compensetur, re, quam quis accipit, incontinenti restituta? ideo intellige eam in terminis, quando maritus commodum interusurij percepit. Nec obstat illud de Trebellianica, & Falcidia: quoniam illud est ex eo, quòd voluit lex expressim interusurium medij temporis in eam imputari: & ibi constat de voluntate legis, vel

testatoris id disponentis. sed casus noster procedit in dubio, an compensare id cum debito voluerit: & pro hoc videtur Bald. cõsi. clxxxv. quod post. libro primo. vbi in casu, in quo mulier mandauit hæredibus suis, quòd dotem à viro non repeterent, donec ille viueret, vice versa eundem maritum grauauit totam, vel integram dotem post ipsius mortem restituere. Consuluit Bald. videri mulierem voluisse, quòd illud dotis interusurium cedat marito loco partis lucrandæ ex forma statuti, & id reliquisse animo compensandi cum dicto lucro: & hoc, quia totam, vel integram dotem grauauit eum restituere: ergo secus, si de tota eum non grauasset, sed
68 simpliciter: vt in casu nostro. Porrò † leuis non est dubitatio, an si maritus hæres instituatur ab vxore, & hæreditatem eius absque inuentario adierit: posit dotis lucrum facere existente hæreditate debitis onerata: nam ex aditione hæreditatis actiones pro eo, quod heredi debeatur, confunduntur, l. si adulta. C. de hæred. act. l. si ab eo. ff. de negotior. gest. ac. l. si socer. in fin. soluto matrimonio. l. si vxor, de bon. aut. iud. pos. & sic actio mariti videtur confusa per eius aditionem, & sic nihil eũ petere posse. Sed reperio contrarium consuluisse Corne. in consilio cxxvij. quamuis. in volumine tertio. quòd maritus, qui vxoris hæreditatem absque inuentario adiuerat, & mater vxoris petebat legitimam in ea, posset lucrum dotis deducere de hereditate prædicta, non obstante, quòd adiuerit eam

sine

ſine inuentario. idem conſuluit Capr. in conſilio
69 cxliij.in columna penultima:dicens,†quòd omiſ
ſio inuentarij non debet marito quò ad hoc dotis
lucrum, officere: quia in his quæ valemus retinere, ſeu iure retentionis ad nos pertinent minimè preiudicat.l. debitor.l.ſi pater.ff.ad l.falcidiã. quoniã debitum non confunditur quantũ ad retentionem ſed tantum quò ad obligationem, & actionem: vt ait Bald. in l. debitori. nu. 4. verſi. extrà oppone. C. de pact. Ad hoc facit illa concluſio, quòd, ſi hæres grauatur alteri reſtituere hæreditatem, & adeat omiſſo inuentario, nihilominus in reſtitutione facienda poterit, id quod ſibi debetur ex quauis cauſa, retinere. Paul. de Caſtro in conſilio clxxxvij. dubium facit. & in conſilio clxxxviij.quia dubia. Alex. & cæteri in l.in ratione.§.quod vulgo.ad l.falcidiam. Ang.in cõſi.lxiiij. Lud. Roma. in conſ.clxxvj. viſis. nu. 2. Cuma. in conſi. xxxvij. quidam. Comuniter Doctor. tradunt in l.debitor. ad Treb.& in l. ab omnibus. §. fi.de leg.j.Rui.in conſi.cxv.nu.11.in ij.lib.Capr.in conſ.cl. pro facti.Haym.Crau. in conſ.cxliiij.magnificus.nu.5.& pulchrè tradit Iaſ.in conſ. xxviij.
70 in col.ij.in vol. iij.Et nota†differentiã,quæ eſt inter confuſionem actionum, & compenſationem. Nam confuſio fit pro parte, qua quis eſt hæres: vt pro ea rata actio debiti confundatur, & extinguatur. l. ſi vxor. C. de bon. aut. iud. poſ. & alijs præallegatis. Sed compenſatio fit de toto debito vſque ad concurrentem legati quantitatem l. ſi compenſandi.& ibi not.C. de hær. inſtit. Pariſ.in

conſ.lxix.vol.ij.Rui. conſ. lxx.viſo.nu.iij. vol. ij. vt aduertunt Caſt. & Alex.in d. l. ſi cum dotem.
71 §. ſi pater.nu.1.Modo quid,† ſi vxor voluit maritum lucrum dotis cõpenſare cum relicto ei facto, addens quòd plus petere non poſsit pro lucro ſibi debito: & maritus relictum ſimpliciter agnouit, quod poſtea reperit eſſe minus eo, quod ſibi nomine lucri dotalis debetur:nunquid illud,in quo debitum excedit valorem legati, poterit maritus
72 aſſequi? & receptum eſt, †quòd quotieſcunque legatum quis agnoſcit,onus etiam illi iniunctum cenſetur agnoſcere,etiam quòd excedat valorem legati. Haym. Crau.in conſi. clxxiiij.nobilis. nu. 6. verſ.ſeptimò teſtator.vbi allegat Pau. de Caſt. conſilio cxciij. ſuper iſto puncto occurrunt tria in tertio dub.& in conſi.ccccxv.viſo & examinatio dicto puncto,col.prima.in ſecundo lib. Corn. in cõſ.cxcij.in col.j.in ij.lib.Dec.in conſ. ccccxxv. col.pen.& Alex.& Paul.de Caſt.in d. l. ſi cum dotem.§.ſi pater filiam.Alex.in conſ.cij.viſis. nu. 4. col.ij.lib.j. & Dec.in conſilio. ccxcix. & Soc. Iun. in conſi.clxxiij.viſis.vol.ij.vbi conſuluit ſuper legato certæ quantitatis cum clauſula, quòd plus &c.quod licet minus eſſet, quàm ſtabilia debita. tamen poſtquam mulier illud agnouerat aliquid vltra non poſsit petere, niſi quaſi minor remedio reſtitutionis in integrum, per textum in l. Imperator. §. ſi centum. verſ. enimuero. de leg.j. l.plane.la.ij.§.ſi cui Stichus.ff.eo.de leg.j. & diffuſè declarando tenet Carolus Rui. in conſi. lxxix. viſo.in vol.ij.& Alex. in conſil.cxxxij.viſo inſtru-

men

mento. col. j. vol. ij. vbi tradit hanc theoricam, quòd aut testator legat aliquid animo compẽsandi, & plus non dicit. & tunc dato, quòd legatarius agnoscat legatum facta compensatione pro concurrenti quantitate, non impeditur residuum debiti, quod est supra valorem legati petere: aut etiam testator adiecit, quod plus petere, &c. & tunc, si agnoscat legatum, in totum, ab eo, quod sibi debetur, excludetur: tam & si legatum minus valeat, quàm sit debitum. & sic concordat aliquot auctoritates. maritus igitur agnito legato prædicto excludetur à dotis lucro iux. præfatas decisiones. At hæc conclusio patitur vnam
73 difficultatem, † quòd, si huiusmodi oneris appositio non valet, legatarius sibi non præiudicat in debito: per agnitionem de tali legato factam: vt per Bal. in consil. clxj. quidã mœchus. in lib. quinto. Alex. in consilio viij. visis subtilissimis. nu. 21. ver. nec etiã dicit esse. lib. iij. Rui. in d. cõs. lxxix. col. ij. & in cons. lx. postquã. in col. ij. nu. 4. in vol. ij. Haym. Cra. in cõs. cc. nu. 5. Paul. de Cas. in cons. lxxiij. licet ista domina Elisa. aliàs citatur cons. cxxxj. & exemplum ponunt, quando in legitimæ legato huiusmodi onus apponeretur, vt per præallegatos: & Soc. in cõsi. j. Franciscus. nu. 5. vol. iiij. Fulgo. in consilio lxxxiiij. Bonacursus. in col. ij. Corn. in consil. cclviij. numero 2. in iij. vol. Vel etiã in dote: secũdum Bap. de S. Blasio in tract. de priuil. dot. in iij. cent. nu. 8. Sed id negat Rui. in
74 d. cons. lxxix. Quando † autem legatum consistit in quãtitate, & debitum huiusmodi in quãtitate,

huiusmodi appositio oneris, quod plus petere nõ possit non valet quia nec legatum valet: & propterea maritus agnoscendo legatum, sibi nõ præiudicat in lucro dotis, in isto casu, in quo dos, & legatum consistit in quantitate. hæc est doctrina Paul. de Cast. in d. consi. lxxiij. licet ista domina Elisa. sed in hoc reprehenditur à Rui. in cõsi. lxxix. præallegato. & distinguit, quòd, aut testator legat pecuniam, & grauat legatarium in maiori quantitate pecuniarum. & tunc legatum non valet: aut legat pecuniam & prohibet pecuniam debitã petere & tunc grauamẽ tenet, & agnoscendo legatarius relictum sibi præiudicat, quia in isto casu intelligitur actionem competentem sibi ad pecuniam debitam remittere, quasi tanti ęstimauerit illam obligationem: quemadmodum contingit in specie, quæ licet minoris, vel pluris sit, tamen agnoscendo legatum, tanti videtur legatarius eam æstimasse. dicta l. Imperator. §. si centum. quod & mihi placet: quoniam tanti non est obligatio pecuniæ debitæ, quanta est ipsa pecunia: vt dicit Corn. in consilio clvij. in libro primo, numero 9. in columna prima. l. per diuersas. l. ab Anastasio. C. mandati. l. Lucius. §. finali. ad Treb. Extra materiã lucri dotalis, in quæstio. præsumendæ conpensationis legati cum debito
75 aliqua hic subiungere non ab re esse duco. † Et in primis de debito necessario in legatum compensando, vel imputando conclusio limitatur, quando directò legans ipse non fuisset debitor,
76 vt contingit † in quarta episcopali: de omnibus

bus enim legatis, quæ ecclesiis relinquuntur, quarta debetur episcopo loci. Docto.in capitulo, requisiuisti. & in capitulo,officij.de testam.Rom. in singu. cccccxiij. in quæstione qua Alexan. in consilio cxcvj. viso testamento. libro primo. Si igitur testator aliquid relinquat episcopo,id non tenebitur in prædictam quartam imputare,quoniam illius quartæ non est ipse testator debitor, sed ecclesia legataria: ita tradunt Saly. Dec. Ias. Alexan. & Pepus, in de autent. præterea. Alex. in l. si cum dotem. §. si pater filia. columna tertia. numero quarto. soluto matrimonio. Abb. Ant. de Butr. Ioan. de Imol. in dicto capitulo, officij.per illum textum ibi, quem dicunt esse me

77 liorem de mundo in hoc. De quarta † verò parochiali est aliqua dubitatio, quidam tenent cum Saly. & Alexan. quod legatum in eam imputetur, vt refert Dec. ibi allegans Fede. de Senis. in consilio tertio.& sequitur Pep.in columna xxxv. sed ipse Dec. contradicit post Anchar. & Card. in clementina,dudum. de sepulturis. Primò,quia ipse cum spontè eligit alibi sepulturam, suæ parochiæ iniuriam faciens, videtur voluntarius debitor effici dictæ parochiæ suæ in dicta quarta. capitulo primo.capitulo, cum super. de sepulturis. Secundò,quia in relictis ad pias causas, vt sunt legata huiusmodi pro salute animæ compensatio nullum locum habet: secundum Andræam Barbatiam in capitulo, requisiui-

78 sti.de testamentis. Secundò † declara prædictam conclusionem, de debito necessario in lega-

tum imputando non procedere, quando eo tempre, quo fit legatũ, testator nõ fuisset debitor, quia pro futuro debito vel debito in diẽ, non præsumitur animo compensandi legasse: vt tenuit Cor. in consilio cclxxxviij. videtur prima. numero xix. in volumine primo. & Rui. in consilio lxxxj. in quæstione. numero 17. versiculo, non obstat. volumine secundo. & in consi. lxiiij. numero 7. vers. secundo alia ratione. in eod. volumine secundo & in consilio lviij. super puncto. numero 24. eod. vol. Pep. in d. auten. præterea, in col. xliij. & Alex. in l. huiusmodi. §. cum pater. de leg. primo. allegatus à Rui. vbi suprà, dum dicit, quod si pater facit legatum filiæ non nubili, quoniam tũc eius debitor in dote dici nequit. l. quod pupillæ. ff. quandi. leg. ced. legatum non censebitur ei factum animo compẽsandi. Quod planè duplici modo procedere declarat Rui. in d. consi. lxiiij. nu. 7. vers. alia ratione. primò scilicet nisi aliud ex coniecturis colligatur. secũdò si dos debetur purè, loco legitimæ dispositione statuti, vt sæpe fit: secùs quádo legatum in tempus nuptiarum est collatũ, & sub conditione, si nupserit. tunc enim cùm legatũ incipiat deberi tempore, quo & dos ipsa cœpit deberi, compensationi locum fore dici potest: quia tunc supponitur debitum & creditum adesse, in quo ratio Alexd. fundatur. Cogita tamen super hoc. Ex ista limitatione Ruin. in dicto consil. lviij. inferebat ad casum suum, quòd legatum ab auo paterno factũ nepti, nõ poterat dici factũ animo cõpensandi cum legitima: quoniam ipse auus ad

ad aliquam legitimam non tenebatur ei, dum filius,eius neptis pater:viuebat de medio:nec etiã legitima in bonis filij erat debita præfatæ nepti: quia legitima nõ debetur niſi poſt mortem : iux. ea,quæ ipſe latiſsimè deducit ibi.& Socin.Iun.in dicto conſil.lxxix.numero 41.verſic.vel ſecundo ad doctrinam.volum.iij.vbi conſuluit, proRegina Maria,aduerſum Carolum quintum Imperatorem:illius fratrem, quòd dos ei data ducentorum milium florenorum Vngarorum per Maximilianum auum paternum non videretur data animo compenſandi cum ducentis milibus ducatorum pro dote debitorum à Carolo v. filio, & hærede regis Philippi, negando contemplatione filij auum dediſſe dotem nepti : ſed potiùs quòd cenſeatur ſoluiſſe ex proprio auito officio, quo tenetur poſt mortem filij auus dotare neptem per plura , quæ allegat.nã ad illud legatum per Regem Philppum factum de ducentis milibus ducatorum ipſe Maximilianus non tenebatur,ideo in illud dos data per ſe non poterat computari.quando enim aliquid ſoluitur , in cauſam neceſſariam imputatur:nõ autem in voluntariã. Cor.in cõſ.cccxvj.quo ad primum.nu.29.lib. j. Et in cõſ.cclxxxviij.nu.20.vol.j.Cum.in cõſ.cxxxiij. dom. Nic.l.fi.C.de dot.prom.tantò minus imputabitur in id, quod nullo modo debetur , nec ex cauſa neceſſaria,nec ex cauſa voluntaria.Quid ſi

79 †teſtator non ſit in aliquo legatarij debitor,ſed eius hæres : an ſicut præſumeretur teſtator animo compenſandi cum proprio debito legaſſe, ita [illegible] cauſa

cauſa compenſandi cum debito hæredis credatur legatum feciſſe? Et Paulus de Caſtro in conſilio xxxv. videtur dicendum quòd vtrunque. in columna ſecunda,reſpõdit pro hærede. tum quia perſona hæredis,reputatur vna & eadem cum defuncto.§. j. auten.de iureiur. à mori. præſt. tum etiam,quia teſtator non præſumitur duplici pręſtatione hæredem grauatum eſſe velle. l. Titia. §. qui inuita.de leg.ſeundo.Haym.Crau.in cõſi.clxvij. nu.14. ver.nonò teſtator.& iſta ratio per omnes paſsim in hac materia redditur.hoc Caſt.cõſ. refertur,ſub nu.64.à Rui. conſi.cxxxviij. proponitur. in col. iij. verſ. & iſtud etiam probatur. in vol.iiij.& in conſ. lxxiiij. ex his.nu.10.verſ.circa ſecundum. in vol.ij. vbi adducit iſtas rationes.& ſimpliciter refert & ſequitur Crau. in conſ.cxxxj.
80 nu.14.verſ.contra Corn.Sed ipſe†Rui.in d.conſ. lxxiiij.nu. 19. nititur in caſu ſuo illud euitare: dicẽs primò ꝙ ꝓcedit,quando pro aliqua parte ipſe teſtator non erat debitor legatarij:ſecùs vbi fuiſſet debitor ex parte aliqua, verbi gratia,erãt duo fratres obligati ex forma ſtatuti dotare ſororem, alter moriens fecit alterum hæredem,& aliquid legauit ſorori, vtrum legatum hoc in dotem debitam imputabitur? & reſpondit ibi,quòd quia pro parte tangente teſtatorem,non poterat videri factum niſi nomine proprio ipſius teſtatoris,ergo & ſic pro parte tangente fratrem hæredẽ eius, ne vna res diuerſo iure cenſeretur. l. eum qui ædes.ff.de vſuc.l.iam hoc iure, de vulg.& pup.& ſic animo cõpenſandi cum debito hæredis in hoc caſu

caſu non videri legatum concludit Ruinus. hanc rationem adduxit in iſta materia etiam Cor. cõſ. ccx. in hac. nu. quarto. vol. j. ibi tamen in caſu ſuo aliter concludit. ſimilimodo etiã arguit Soc. Iun. in d. conſi. lxxix. nu. 67. verſ. hoc ita poſito. vol. tertio. Secundò illud Caſtr. conſil. improbat Rui. ibi. per aliquot rationes, de quibus ibi per eum. Ego in hac re ſubſiſto, niſi aliud appareat. vt in caſu claro Rui. in conſi. lxx. viſo. in columna prima.
81 in volumine ſecundo. † vel etiam niſi aliqua ratione inferatur, quòd teſtator voluerit legare cauſa compenſandi cum debito alterius: vt quia dixit, quòd, ei legabat cauſa tollendi diſcordias inter eos. Cor. in conſi. cxv. quanquam. in volum. iiij. ſicut è conuerſo pro coniectura contrarij adducit Cor. in conſil. cclxxxviij. in fine, volumine primo. quod nõ eſt veriſimile patrem voluiſſe in præiudicium filiæ conſulere fratri debitori filiæ ſuæ, & quòd idcirco non debet intelligi animo compenſandi cum debito fratris, filiæ legaſſe. In iſta materia præſumendæ compenſationis de legato cum dote filiæ debita, eſt notandum in
82 primis, † quòd ſi quid pater legat filiæ, etiam non expreſſo dotis nomine, intelligitur nihilominus pro dote legaſſe. Iaſ. in l. filia legatorum. numero tertio. C. de legatis. Pepus in dicta autentica, præterea. columna xliij. Alexand. in l. huiuſmodi. §. cum pater. numero tertio. de legatis primo. Bald. in l. quod autem in ſtipuione. per illum textum ibi, & l. tali. §. finali. ff. de iure dotium. Ruin. in conſilio iij. quæritur.

num

nu. j. in volum.tertio. vbi dicit id esse, quando pater dotare filiam tenetur. l. qui liberos. ff. de rit. nup. ideo præsumitur in eam dotis causam necessariam legare: secundum cõmuniter Doctores in d. l. huiusmodi. §. cum pater. & in d. l. si cum dotem. §. si pater filia. vnde aliud esse in extraneo subiungit ibi Ruin. consilio lxiiij. numero 7. vo-
83 lumine secundo. Præterea sciendum est, † quòd si pater filiæ priùs legat, demum antequam moriatur, filiæ dat dotem, in dubio creditur ad computum legati dedisse, adeo quòd illud legatum amplius non debetur: vt communiter Doctor, velle in dicta l. filia legatorum. C. de legat. dixit Soc. Iun. in dicto consilio lxxix. numero 18. versiculo, demum. volumine tertio. & Rui. in consilio xxxviij. proponitur. versiculo, his igitur sic promiss. volumine quarto. & in consilio lxxx. in quæstione. nu. 7. vol. ij. Cor. in cons. ccxxx. viso puncto. nu. 2. vol. iiij. & probatur etiam in l. Lu-
84 cius: la prima. de leg. ij. Amplia † hoc procedere secundum Rui. in d. cõs. xxxviij. nu. 3. ver. sed hîc legatũ, etiã quando non ipse pater dotẽ dedisset, seu promisisset pro filia, sed eius filius: Nihilominus legatum censebitur solutum, quoniam factum filij soluentis, vel promittentis, reputatur patris, qui ad eam dotandam tenebatur, & videtur per filium â patre profecta, & constituta: iuxta dedu-
85 cta latius ibi per eum. Limitatur † verò per Soc. Iu. in d. cõs. lxxix. nu. 48. & nu. 112. d. l. filia legatorũ. non procedere quando à patre fit legatũ, & ab alio datur dos, seu econuerso: tunc filia non impe

peditur vtrunque petere, secũdum eum, dicendo sic illum textum limitat per Paul. de Castr. Ias. Cor. & Nellum, in locis, de quibus ibi per eum. Et infert Soc. ad casum suum, quod dos dabatur à Maximiliano Reginæ Mariæ, & legatum erat factum à Rege Philippo: ideo illa dos data à Maximiliano non imputabatur in computum
86 prædicti legati. Secundò limitatur † secundum eum, quando legatum erat in certa specie pecuniæ, diuersa à pecunia in dotem data. quod & ponderat Corn. in dicto consilio ccxxx. viso. numero secundo. volumine quarto. sed hoc ego non recipio, nisi pro vna leui coniectura, quæ contra compensationem potest adduci, quæ potest elidi per fortiorem. l. diuus. & ibi gloss. ff. de in integrum restitutione. capitulo. in nostra. de testi. capitulo: tua iuncta glo. in ver. constiterit. de sponsa. l. cum de indebito. ff. de probationibus, & hactenus, quò ad præsumendam compẽsationem in casu debiti necessarij. Nunc etiam aliquid dicamus quando debitum esset voluntarium, & in hoc casu tenent omnes, legatum factũ non censeri animo compensandi cum eo debito voluntario factum: vt per scrib. in d. aut. preterea. & in d. l. si cum dotem. §. si pater filia. Cor. in cons. cccxvj. in iiij. lib. & in cons. cxv. eo. & in cons. cclxxxviij. nu. 19. lib. j. & Doct. alibi passim. Verũ
88 potest dubitari, † quãdo dicatur debitum voluntarium. Ideo aduerte, secundum Doct. dici voluntarium debitum, quando quis in illud incidit ex proprio contractu vel facto: vt lucrũ dotis, quod debe

debetur ex pacto nullo ſtante ſtatuto de hoc, dicitur debitum voluntarium, & ideo legatum in illud non imputatur. Bald. in conſilio lviij. in reſtitutione. numero 3. in ſecundo libro. Item
89 †obligatio, quæ oritur ex quaſi cõtractu per aditionem hæreditatis, dicitur voluntaria, & ob id non imputatur legatum in debitum ex ea. Cor. in conſ. ccxcij. circa primum. in columna ſecunda. Caſt. in conſilio xxxv. videtur dicendum. Capr. in conſ. xxix & probatur in l. Lucius Titius. de leg. ſecundo. & ſequitur Soc. Iun. in conſi. cxxx. prope fi. lib. ij. Et Ioan. Ronchegallus Iuris peritiſsimus, ac ſummo ingenio præditus, in l. j. numero 22. verſic. & ob id cauſa hæc. & nu. 28. cæterum. de duobus reis: vbi declarat hoc eſſe verum reſpectu obligationis eius ad quod non tenebatur teſtator ex aliqua cauſa neceſſaria: vbi enim teſtator fuiſſet debitor neceſſarius, vt puta ad legitimam filij, hæres, qui illius hæreditatem adiiſſet, ex qua aditione ipſe hæres obligatur ad dictam legitimam, feciſſet legatum creditori dictæ legitimæ, iſtud legatum in eam legitimam computaretur: quoniam cauſa, ex qua illi debetur, eſt neceſſaria reſpectu patris, ergo & reſpectu hæredis eiuſdem: nec ea mutatur in ſui qualitate, ex eo quòd deſcẽdat in hæredem per aditionem hæreditatis. hoc pluribus probat Haym. Crau. in conſilio cxxxj. ad primum, nu. 14. verſiculo, ad vltimum. poſt Anch. qui hoc conſuluit in conſi. xxvj. in queſtio. & ſic procedit etiam deciſ. Afflict. cxxxviij. & Fulg. conſ. lxxxj. & Bru.

in tract

in tracta.ſtatut.exclu.in articu.ix.q. viij. ait do. Ronchegal.vbi ſuprà,declarãs etiam ibi quando dicatur debitũ neceſſarium. Nec eſt dicendum, quòd, quia obligatio deſcendens ex aditione hæreditatis, venit conſecutiuè ex diſpoſitione legis, quò fit, vt multum differre dicatur ab obligatione oriente ex contractu. Homod. in conſil.cxliiij. Ang. in conſil.cccxvij. nũquam voluntaria, ſed ſemper neceſſaria dici debeat: nam imò licet differat ab ea,quæ oritur ex contractu, tamen quò ad hoc, vt dicatur voluntaria,ſufficit tantùm,quòd ex facto voluntario ſit inducta & dubio procul factum aditionis,vnde oritur obligatio, eſt voluntarium, etenim poteſt hæres non adire: ita conſiderant Doctores
90 præallegati. Idem † ſi oriatur ex aliquo geſtu, vt tutelæ ſecundũ Rui.in conſil.xcij.vol.v.& Ang. in conſil.cclxxvij.puncta ſunt.in col.fina. Hoc tamen declarat Angel.ibi procedere reſpectu obligationis qua gerens obſtringitur propter geſtam adminiſtrationem, non autem reſpectu obligationis qua is, cuius bona geſta fuerunt, adminiſtranti obſtringitur:quoniã hæc obligatio legis diſpoſitione inducitur præter factum eius, & ſic efficitur neceſſarius debitor. in dubio igitur,ſi is legat aliquid, videtur animo cõpenſandi legare, ſecũdum Ang.ibi, inſpecta receptiſsima concluſione,de qua ſuprà. Succeſsi-
91 uè † concluſionem hanc,quòd debitor voluntarius non præſumatur animo compenſandi legare, aduerte procedere in dubio: vt dicit Soc.

Iun. in consil.clxxiij. visis. volu. ij.& alij vbi s. Secùs est, vbi sumus in claris. Et casus clarus est,
92 si testator dixerit, Lego ꝑ eo, † quod petere posset, &c. vt per Corn. in consil. cccxliiij. in præsenti. ad fin. vol. j Rui. in consil. lx. postquã. nu. 6. vol. ij. & in cõs. lxxix. nu. 8. versi secũdo respondetur. in vol. ij. & in consil. lxxxj. in quæstione. nu. 7. eod. vol. vbi dicit, quòd est perinde, ac si dixisset, lego, vt compensetur cum debito, &c. Idem firmat Soci. Iun. in dicto consil. clxxiij. vel dixerit lego computato &c. secundum Ruin. in consil. cc. in volu. j. vel quando pro residuo dotium, cùm pars dotis adhuc deberetur, diceret testator se legare. Corn. in consil. ccxxx. colũ. ij. vol. iiij. vel si dicat pro dote legare, quia fortè receperat, reputatur casus clarus pro compẽsatione. glo. in l. Titia. §. qui inuita. versic. non est verisimile. de legat. ij. l. j. §. j. C. de rei vxo. act. & Bald. ibi. & Alexand. & Ias. in d. l. huiusmodi. §. cum pater. Alexand. in consil. vij. viso. in volu. vj. Nec vis est faciẽda, an dixerit, lego dotẽ, vel pro dote, vel ex causa dotis. l. virilis. §. non solùm. de lega. præstan. Quod planè velim intelligas, quando ipse legans dotem promisisset dare, vel receptam olim restituere: quoniam tunc intelligeretur se referre ad illam dotem debitam, nec velle dotem duplicare. l. qui dotẽ. l. ij. ff. de dot. præleg. secùs si id non esset, quia tunc dos potest duplicari: nec videtur testator se restringere ad aliquã dotẽ de preterito. Ita consulendo determinat Rapha. Cuma. in dicto consi.

cxxxiij. Dominus Nicol. col.fin. Item, si legatum est de eo corpore rerum, in quibus consistebat debitum, vi puta vini certę amphoræ, vel pecuniæ depositæ penes talem fit legatum, quod vinum, vel pecunia debeatur legatario, proculdubo legatum computabitur in huiusmodi debito vt dicit Pepus in dicta autent. præterea, in colum. xliiij. post Castr. in l. frater à fratre. ff.
93 de condi. indebi. Postremò in genere, † quia materia præsumendæ compensationis, tota versatur super statu coniecturali, & compensatio fit ex coniecturis, vbi aliàs non fieret, vt inquit Haym. Crau. in dicto consi. cxxxj. nu. 17. allegans plures Doctores. Collige coniecturas
94 breuiter pro vtraque parte. Et in primis † contra compensationem, coniectura fit, quando dos, & legatum in diuersis rebus consistebant. Corn. in dicto consilio cclxxxviij. in lib. j. & in consilio cclvij. eodem. & in consil. ccxcij. eodem. & in consil. ccxxx, in lib. iiij. Soci. Iun. in dicto consilio lxxix. Item si legatum est qualificatum pro certo facto, vel causa, vel re, tunc præsumptio cessat compensationis pro debito non ita qualificato: vt per Corn. in dicto consilio ccxcij. in principio. Item si testator dixerit, se legare iure legati, & sic ex causa liberalitatis: ergo non ex causa satisfaciendi debito: secundum eundem in dicto consilio ccxcij. Sed hoc leue mihi videtur, quia omnes solent sub ista forma legare. Item ex affectione, quam ostendit testator, fit coniectura contra compensatio-

nem Corn. in consilio cxxvij. quamuis. volum. iij.& in dicto consilio ccxcij. & per Socinũ Iun. in dicto consilio lxxix. & Corn. ibi: adauget ex ratione sanguinis præsumptionem, ex qua facilè præsumitur donatio. l. Procula. ff. de probationibus, vt arguit in filiæ legato Corn. in dicto consilio cclxxxviij. Item quando testator non erat ipse debitor tempore facti legati, vel saltem de tanta quantitate: vt dixi suprà. Item quando id, quod erat debitum, erat reuersurum, sed non id, quod legabatur. Corn. in dicto consilio cclxxxviij lib. primo. Item quando dixit se legare de bonis suis, secundum eundem in consilio cclvij. in principio, & diximus anteà. Item, quando ex alia causa, quàm debiti compensandi potest videri factum legatum. Corn. in consilio ccx. in volumi. j. Item quando erat debitũ in duobus alternatiuè, vel quando iussisset alteri compensari: secundum Fulg. in consilio lxxxj. quia in alternatiuis, legatum si fit in vno, remanet obligatio in altero & mandans vnum compensari, in alio videtur contrarium velle. l. prætor. cum vulga. Item quando dos reiecta compensatione esset congrua. Ruin. in consilio lxxxvj. in secundo volumine. Corn. in consilio ccxxx. in iiij. lib. Item quando non induceretur fatua iactatio sui. Corn. in dicto consilio ccx. in lib. j. Item admittitur multiplicatio dotis secundum Corn. in dicto consil. cclxxxviij. Cuma. in d. cõsil. ccxxiij. col. fin. quia dos est reiterabilis. Rui. in consi. lxxiiij.
in

in ij.lib.& plures similes coniecturas consulendo collegit Ias.pro casu suo,in cōsi.cxxiij.in lib.
95 iiij. Pro † compensatione præsumenda, potest adduci, quando ea reiecta,fatua iactatio rerum induceretur sui.Corn.in dicto consil.ccx. Item quando inæqualitas inter filios resultaret.Rui. in dicto consil.Item quando, idem corpus, vel quantitas debita legaretur.Corn.in dicto cōsil. ccxxx. & in consi. cclvij. in lib. j. Item quando sub commemoratione causæ debitæ:secundum deducta paulò antè: Item quādo causa,sub qua fuit facta solutio, leuis esset: vt puta si dicatur dos data causa renuntiandi hæreditati paternæ, cuius causæ expressio nihil releuet,vel quia nihil sit in ea hæreditate, vel quia nihilo magis poterat ad eam agere, etiam illa renuntiatione non facta. Corn.d.consil.ccx. Item ratio,ne duplici præstationis onere testator credatur velle hæredes suos grauatos esse. dicta l. Titia. §. qui inuita. Item quia, in obscuris, quod minimum est, sequimur.Item fauor pro reo.Item quia si de aliquo obligando tractatur, in dubio propensiores nos esse oportet in denegan da obligatione, quàm in concedenda, si qua denegandi occasio datur: vt per Fulgo. in dicto consilio lxxxj. Item quia, si testator id voluisset, equidem id expressisset, secundum Fulgo. ibi. Sed hæc coniectura fit etiam pro altera parte: vt per Socinum Iun. in dicto consil. lxxix. Item ex præfatione coniectura sumitur.Corn.in dicto consil.ccx. Item si legatarius

non petiit legatum, quasi nouerit voluntatem testatoris, quòd voluerit illud cum debito compensari, secundum eundem in consil cxv. in iiij. volu. Item quando causa expressa legati, vt alimentorum, erat in iure communi debita: tunc causa compensandi cum illo debito secundum ius commune legatum præsumitur. Rui. in consilio lxxxj. in ij. volumi. Item quando legatum in arbitrium alicuius committitur. sed hoc pro vtraq; parte consideratur. Corn. in d. consi. ccxcij. in lib. j. Postremò debes aduerte-
96 re, † ꝙ quãuis legatum, cùm sit donatio, & actus liberalitatis. l. legatum. de lega. j. instit. de legat. in principio: facilè nõ præsumatur animo com pensandi relictum: tamen secùs est in promissionibus: quoniam si vna fit post aliam, faciliùs prima imputatur in secundam, & magis vrget præsumptio compensandi, quia actus nullus in liberalitatem sonans deducitur in hoc casu: vt tradit Corn. in consil. ccx. in hac. numero 4. in lib. j. sed hoc habet aliam indaginem, quando scilicet, vnum debitum censeatur in alio compræhendi postea contracto: de qua quidẽ quæstione hic non videtur agendum.

GLOS. IX.

In textu ibi, Meditatem, &c.

SVMMAE.

1 *An ius, & statutũ vigẽs in loco mariti, an verò illud, quod viget in loco, vnde ducitur vxor, attendatur in lucro dotis faciendo.*

Forum

2 *Forum sortiri,& statuto ligari à pari procedunt.*
3 *Intellectus multorũ ad l.exigere.de iudi. reprobatur.*
4 *L.exigere.non loquitur de foro,sed quæstionem decidit, secundum quæ iura dos debet restitui.*
5 *Vis matrimonij quanta sit*
6 *Vxor efficitur verè naturalis, & originaria loci sui mariti.*
7 *Conclusio,quòd statutum domicilij attendatur in lucro dotis.ampliatur,quando mulier dicit, se ignorare illud statutum.*
8 *Hæc ampliatio limitatur,quando probabiliter ignorasset, credens cum ciue contrahere.*
9 *Secũdò ampliatur etiã si in instrumẽto dotis dictum esset ;quòd promittebat dotẽ restituere vbique locorũ.*
10 *Tertiò,ampliatur etiam, quando alibi causa ageretur, quàm in domicilio mariti.*
11 *Quartò ampliatur etiam si notarius de eo contractu rogatus,illud ignorasset ,forensisque fuisset.*
12 *Quintò ampliatur,etiam ,quãdo instrumentum esset scriptum in alio loco, quàm in loco dotis receptæ.*
13 *Declaratur,quãdo dos datur in vno loco, & instrumentum de dote recepta rogatur in alio loco.*
14 *Sextò, ampliatur etiam, quando mutauisset ex post domicilium.*
15 *Intellectus l. si vxor.ff. de iudic.*
16 *Septimò ampliatur, quando dos consisteret in re immobili sita extra territorium.& infrà,numero 34.*
17 *Octauò ampliatur etiã,quando in loco cõtractus esset ciuis ex priuilegio.*
18 *Quod ampliatur etiã,si in loco mulieris habitationẽ habuisset, vel etiam domicilium sed nõ principalius.*

19 *Ex diuturna habitatione infertur ad domiciliũ, vt ex nunc in futurum non vt ex retrò in præteritum.*
20 *Patria dulcissima dicitur.*
21 *Nonò ampliatur etiam, quando in contractu diceretur talis ciuis, &c.*
22 *Deci. amplia, quãdo alius stipularetur dotẽ sibi reddi.*
23 *Vndecimò amplia procedere in dote ficta.*
24 *Duodecimò amplia etiam procedere, quando domiciliũ habitationis haberet extra locum suæ originis.*
25 *De domicilio lex mentionem faciens in dubio intelligitur de domicilio habitationis.*
26 *Quando vterque coniux sunt ciues originarij in loco contractus, an domicilium habitationis, quod vir habet extra eum locum attendatur.*
27 *Forensis in loco domicilij non ligatur eius loci statutis, nec eorum beneficio gaudet, nisi onera subeat, vel sit ciuis.*
28 *Statutum quod forensis non acquirat immobilia, an impediat virum dotem in stabilibus constitutam lucrari iuxta statutum de lucro dotis.*
29 *Statutum volens virum plus lucrari de dote vxoris alienigenæ, quàm ciuis an sit iniquum.*
30 *Limitationes præfatæ conclusionis.*
31 *Secundò limitatur quando maritus ducitur ab vxore.*
32 *Domicilium constituitur momento.*
33 *Tertiò limitatur: quando extraneus, seu alius sibi dotem reddi stipulatur.*
34 *Quartò limitatur, quando dos consistit in re aliqua immobili sita extra territorium statuti. & numero 35. versicu. sed non est verum.*

Satut

35 *Statutum siue in rem, siue in personam loquatur, non extenditur extra territorium.*

36 *Quintò limitatur, nisi partes conuenissent, quod dotis restitutio fieret secundum locum contractus,*

37 *Si vir promittit restituere secundum formam iuris, an intelligatur secundum formam statuti promisisse. & nume. sequen.*

38 *Consuetudo dicitur ius.*

39 *Sextò limitatur, quando vir & vxor contrahunt in tertio loco.*

40 *Septimò limitatur in sponsa de futuro.*

41 *Octauò limitatur in matrimonio putatiuo.*

42 *Nonò limitatur in bonis feudalibus & alijs modis, remissiuè tamen.*

43 *Quid si matrimonium inter absentes per epistolas factum erit, vtrum locus erit d.l. exigere.*

44 *In casu, in quo domicilium mariti non attenditur, nec etiam attenditur locus contractus, sed ius commune.*

45 *Stante statuto, quòd attendatur dispositio iuris vigens in loco originis vel domicilij mariti in lucranda dote, vir poterit eligere secundum quod velit dotem lucrari.*

46 *Dicta lex, exigere, non procedit quoad donationem propter nuptias.*

47 *Mulier quando tantum lucretur de donatione propter nuptias, quantum maritus in suo casu potest lucrari de dote.*

48 *Statutum prohibens lucrari dotem, censetur etiam mulieri prohibere lucrari donationem propter nuptias.*

INfra annum medietatem, & post annum à die ceptæ cohabitationis præmortua vxore sine liberis, duas partes dotis, & corredorum statutum nostrum disponit maritum lucrari. Non eodem modo statuta de lucro dotis solent vbi-
1 que cauere, Ideo † quæsitum extat, si in loco, vnde vxor ducitur, aliter quàm in loco, & ciuitate mariti, circa lucrum dotis faciendum statutum sit, vel aliud ius vigeat, quódnam inspiciendum sit, an ius in loco mariti, ad quem ducitur vxor, an ius vigens in ciuitate vxoris, & per omnes scribentes determinatum est, inspici oportere statutum, & ius loci mariti. l. exigere. ff. de iudi. & ibi Barto. Bald. Paul. de Cast. Ange. Cur. Hier. Cagno. Mand. & ceteri omnes. Deci. in cons. xix. & in consi. cclxxxiij. in ij. dub. & in consi. ccccij. in col. j. Rui. in consi. lviij. & in consi. lix. volu. iij. Soci. Iun. in consi. xiiij. in præsenti. volu. j. Matt. de Afflic. in decisi. Neapo. ccxxvj. Serenissimus. Alexan. in consi. 100. ex inspectione. in volu. iij. & in consi. cxxix. in vij. lib. Bart. in l. cunctos populos. nume. 19. C. de sum. trin. & fide cath. & ibi Saly. num. 6. versi. item quæro. & Ias. ibi in j. lect. nume. 24. versic. primo. Fallit. & in ij. lect. nu. 60. Curt. Iun. in consi. cxxix. Fely. in c. j. nu. 24. versi. secunda conclusio, post Anto. de Butri. & Abb. ibi. nume. 10. in col. fi. Cuma. in consi. lxxij. visis. vbi dicit omnes hoc firmare. And. Barba. in c. fi. col. ij. versi. & inquantum text. de foro compet. Archi. in c. illud. versi. in ea glos. ibi, alterius. xij.

distin

diſtin.Hip.Marſi.in l.fi.nu.60.verſi.prædicta tamen doctrina.ff.de iuriſ.om iud. Fran.Crem.in notab.lxvj.ſtatuto Florentino. Pau.de Caſt.in l. cum quædam puella.ff.de iuriſ.om.iudi.Bald.in l.ſi vxorem.C.de condi.inſer.& in rub.de priui. dot.Bald.nouel.in tracta.dot.fol.52.ſpeci.xviij. Bald.in autenti.omnes peregrini.C.commu. de ſucceſ.& in c.j.ſi de inueſt.de re alien.& in l.voluntas.C.de fideicom.Alber.in ij.par.ſtat.q.viij. Ioan. de Arno. in epito. xxviij. meminimus.& Roch.de Cur.in c.fi.q.xij.col.iij.verſicu.ex præmiſſa limitatione infertur:& in q.vlti.verſic.limitantur autem præmiſſa. Caſſan. in conſuetu. Burg.in rub.iiij.in tex. ibi & *en veue*. Iaſ. in l. ſi arrogator.nume.44.verſi.primo. adde pro hoc bene.ff.de adopt.And.Tiraq. in legi. connub.in glo.ij.*en pouuoir, de ſon mary*.nume.45.verſi.item quæro.Secundò vbi aliquot allegat.Rolan.vbi, ſuprà in quæſt.xiij.Et hæc receptiſsima concluſio fundatur in d.l.exigere.quatenus ibi cauetur in exigendo dotem per mulierem inſpici oportere locum non contractus,vt aliàs fit,ſed locũ domicilij mariti, in quod vxor per conditioné matrimonij eſt tranſitura, leges igitur domicilij mariti in reſtituenda dote inſpiciuntur:& ſic ibi ſtatutum de lucro dotis vigens attenditur, non autem ſtatutum vigens in loco mulieris,& hic eſt verus intellectus d.l.exigere. Non pauci tamen Doctores,vt Paul.de Caſt.Cur.Hier.Cagno.Iaco.Mand. intellexerunt hunc text. ſuper foro competenti in caſu dotis reſtituẽdę diſpo-

nere

nere,exinde arguentes ad decisi.quæstionis no-
2 stræ,†quòd quia procedunt à pari forum sortiri,& statuto ligari,vt per Deci.in dicto consilio cclxxxiij.colum.vj.glos.in cap. quæ contra morem.distinct.viij.capi.illud.xij.distinct.Alexan. in dicto consi.100.ex inspectione.volu.iij. & in consi.ccix.in ij.lib.Docto.in cap.ecclesia S.M.de constitu.mulier exigendo dotem,in foro mariti cogitur agere:illius ergo fori statuto ligatur: nam mulier per conditionẽ matrimonij transit ad forum mariti.d.l. cum quædam puella.ff. de iurisdict.omnium iudic.l.assumptio.§.penult.l. ea quæ.ff.ad municipa. Dicunt præterea mulierem in foro viri dotem repetere oportere,quoniam maritus in domo eius, quasi aduena statim inde recessurus contraxit,& propterea in loco illius contractus non potuit forum sortiri.l.hæres absens.ff.iudi.& not in d.c.fi.de foro competen.Sed videtur restitutionem tacitè destinasse in suo domicilio,& sic ibi ratione destinatæ solutionis forum sortitur. l. quæro. ff. de solutio.l.contraxisse.ff.de action.& obliga.Ho-
3 rum†intellectus mihi,quamuis à pluribus probetur,tam absonus videtur,vt nihil magis,& vt id pateat euidentius, verba textus hic subiiciamus,quæ sunt videlicet. Exigere dotem mu-
„ lier debet illic,vbi maritus domicilium habuit,
„ non vbi instrumentum dotale cõscriptum fuit:
„ nec enim id genus contractus est,vt potiùs eum
„ locum spectari oporteat, in quo instrumentum
„ dotis factum est, quàm eum, in cuius domici-

lium

lium etiam ipſa mulier erat reditura. Quòd « igitur iureconſultus voluerit decidere quæſtionem ſecundum quæ iura dotis reſtitutionem oporteat fieri : primò pondera verbum, exigere : quod non dixit petere , quo verbo vtuntur iura, quando de foro loquuntur. C. vbi fideic. pet. & ſimil. Secundò clariùs oſtenditur ex illis verbis, ibi eum locum ſpectari &c. quæ verba denotant deciſionem cauſæ, ſecundum quæ iura decidi debeat. Tertiò deprædenditur ex ratione ſpecialitatis, ibi, nec enim &c. Nam regulariter contractus quæſtio deciditur, ſecundum iura loci, in quo celebratur. l. ſi fundus. C. de euict. l. j ff. de vſu. l. ſemper in ſtip. vbi Deci. Cagno. & alij de regu. iuris. Doctor. in d. l. cunctos populos, & Roch. de Cur. vbi ſuprà. Prçterea de quçſtione fori ſi reſpõdiſſet, nónne ſuperfluum id fuiſſet? quis enim ignorat agentem ſequi forum rei. l. finali. C. vbi in rem agi opor. l. criminali. C. de iuriſdict. omni. iudic. c. ſi clericus laicum. de foro compet. ſi forum mulieris eſt forum viri, vt mox dicam, quæ potuit eſſe dubitatio, quòd vxor deberet ad reſtitutionem dotis in foro mariti eum conuenire? Rurſus vbi ratio ſpecialis eſt, quam iureconſul. voluit afferre ibi, nec enim id genus &c. Vnde prçterea coniiciunt, quòd quaſi aduena maritus contraxerit in loco vxoris? nónne, vt moram trahens ibi contraxiſſe poterat? & tunc ibi ſortitus fuiſſet forum ratione contractus, dicto capi. finali. dicta lege, hæres abſens. quin etiam

videant

videant necessariò eam rationem non concludere: quis forum sortitur in loco, ergo eius loci statuto ligatur. Nam hoc procedit: nisi leges loci contractus aduersentur legibus fori. d. l. cum fundus. cum concordan. ideo aduertit Bartol. in l. contraxisse. ff. de actionib. & obligatio. quòd, si ratione destinatæ solutionis quis conuenitur eo loco: quia ibi forum sortitur, quæstio tamen contractus decidetur secundum iura loci contractus, & non secundum iura illius fori. & Rui. in consilio lviij. numero 7. volumine iij. dicit, quòd licet in pluribus locis quis conueniri queat, tamen lucrum dotis non potest fieri, nisi secundum iura vnius loci, scilicet domicilij mariti, & dicemus infrà: quo fit, vt hæc eorum ratio, nec concludat, nec aliquid in proposito nostro releuet: quoniam si statutum fori concordat cum statuto loci, cõclusio est superflua: si discordat, non procedet ex ea ratione. Luce
4 † igitur meridiana clarius est, quod dicta l. exigere. non loquitur de foro, sed quæstionem decidit, secundum quæ iura dos debet restitui, & directò probat conclusionem superius factam de lucro dotis, & non per argumentum ex eo, quòd sortitur forum, seu ex ratione sortiti fori. Non nego tamen, quin in domicilio viri, mulier etiam forum sortiatur, vtrunque certè contingit ex matrimonio: & in ea l. alterum supponitur, alterum deciditur, scilicet quòd contractus dotis decidatur secundum leges domicilij mariti, & ibi mulier forum sortiatur, secundum

Bald

Bald.in consilio xxxj. statuto ciuitatis. libro iij. & idem Bal. in consil.ccccl xxj.quæritur vtrum, volumi.j. dixit quòd pro restituenda dote, maritus vel eius hæres debet in proprio foro conueniri, quod tunc habet, sed quo ad hoc, quantum de dote lucrari debeat, iura domicilij habitationis mariti inspici oportet. Quanta † verò sit vis matrimonij diffusissimè prosequitur Andræ.Tiraq.in legibus connub. in l. prima. in glos.j.numero 28.29.& 30. Nam efficit vt mulier perdat proprium domicilium, & acquirat mariti domicilium, atque forum, itidem efficiatur ciuis ciuitatis mariti. glos. in l. ciues. & ibi Bartol.Angel.& Ioan.de Plat.C. de incol.lib.x. Bal.in consilio cxxxix. statuto communis. lib.5. Ioan.de Imo. in consilio clxxiij. in casu proposito, ad fin.Fulgosi.in consilio xciij. Mar. Soci. in consilio xciij.rectè ac maturè,colum.ij.Corn.in consilio lv.pro decisione. lib. j.quin etiam ciuilitatem originariam acquirat. glos. in l. originem.C.de municip.& origi. lib.x. & Bartol. ibi Signo.de Homod.in consi. clxvj.quæstio disputanda. Bald. in consilio ccclj. in bonis feudalib. libro primo, & in consilio ccccxj. quidam Mediolanensis.eodem & in consilio ccccl vj.Seia origine. eodem, & in consilio cccx. ad euidentiam.libro tertio,& in consilio ccccxxxix.super primo,libro quarto,in quibus locis dicit matrimonium transfundere originem mulieris,in originem mariti, seu † quòd origo viri, dat ius nouæ originis vxori, & quòd vxor dicitur effecta pro

cta propriè & verè naturalis & originaria loci ſui mariti,quia per matrimonium vnitur viro, & vnitorum eſt eadem conditio & natura: etenim vir & vxor efficiuntur vna caro, vel ſubſtantiam in duabus perſonis propter ſacramenti vnionem,& in vnitis maius,vel dignius ad ſe trahit minus dignum, ac illud obumbrat. Ideo mirum non eſt, ſi in foro mariti, vel etiam cum partes rei, ſe defendendo, ſuſtinet, mulier cogitur litigare,vt per Tiraq. in loco mox citato. numero xxxiij. vel ſi vxori omnia mariti fiunt communia. Vnde teſte Liuio fertur Romulus proclamaſſe vxores in ſocietate fortunarum, ciuitatíſque & liberorum fore. & propterea Curt.Iun.in dicto conſilio cxxix. tenuit vxores aduenas,iunctas ciuibus nō dici forenſes, ideo ſub ſtatuto de lucro dotis comprahendi quaſi ciues.Hac ratione exiſtimo procedere iureconſulti reſponſum in d.l. exigere. quòd ob hanc matrimonij vim vir & vxor cenſeantur contraxiſſe ſecundum leges loci mariti, & de illis cogitaſſe in contractu,ex quo ille locus vtrique per matrimonium communis ciuitas efficiebatur,ſecundum Curt. Iunior.in dicto conſilio cxxix.num.5.& vult Cuma.in d.conſi.xxvj. cum ſtatutum Paduæ,& Iac.Mand.in d.l.exigere.nume.2.& ſequitur Rolan.in quæſt.xv.nume.3.referendo Cuma.in conſilio lxxij.Ex his habes verum intellectum d.l.exigere.quicquid alij dixerint.

7 Nunc † proſequendo concluſionem noſtrá amplia multis modis, primò,quòd præfata concluſio

clusio procedit etiã, quòd mulier dicat se ignorasse statuti dispositionem vigentis in loco mariti,nam nihilominus lucrum secundum illius statuti formam maritus faciet.Deci.in d.consil. xix.col.ij.versi.nec obstat quòd mulier ignorauit.Cuma.in consil.xxvj.statutum Paduæ. & in consil.lxxij. visis.col. ij.Ioan. Camp.in d.tracta. de stat.dot.in q.xx. in fin. Curti.in d.l. exigere. num.14.in vj.fall.Iaco.Mand.ibi.& Hier.Cagn. nu.5.vers.ampliatur ergo primò. & nu.20.vers. vj.limitatur.vbi citat Aquen.& alios: & consulendo tenuit Curt.Iun.in d.consil.cxxix.& Soc. Iun.in cõsi.xiiij.col.j.lib.j.Barba.in rub.de cõsu. col.xv.vers.limita.Andr.Tiraq. in legibus connub.in glo.ij *.en pouuoir de son mary*. nu.50. aliàs autẽ.nam dicunt,quòd aliàs cõmunis conclusio subuerteretur, quia semper diceret mulier se ignorasse statutũ loci. Addunt ꝙ non reperitur lex,quæ velit mulierem in cõtractu certiorem fieri, nisi in Senatuscon. Velleiano, & quòd in genere potuit cogitare de huiusmodi statuto in domicilio mariti vigenti,& præsertim,si simile statutũ in loco vxoris,licet nõ de tanta portione vigebat,inquit Curt.Iun.in d.cõsi.cxxix.Roland.vbi.š.in q.xiiij.post plura argu.in vtrãque
8 partem facta ita tenet.Ista†ampliatio restringitur,nisi id probabiliter ignorasset, quia credidisset cũ ciue patriæ suæ contraxisse, & se cum aduena reperit matrimoniũ fecisse:vt per Hier. Cagn.vbi š.& Ias. in d.l.cunctos.nu. 64.versicu. quinto limita.in ij. lect.& in j.lect.nu.28.versic.

quinto.Marſ.in d.l.fi.nu.68.verſ.quarto limita. Dec.in d.conſi.cclxxxiij.col.iiij. Alex.in conſil. 100.ex inſpectione.nu.6.& nu.16.volu.iij.Andr. Barb.in c.fi.verſ.limita niſi mulier. de foro cõp. & in cõſ.iiij.col.vj.in ij.lib. Fely.in c.j nu.29.ver. vj.limit.extrà,de ſponſ.& matrim. & ita procedere dicũt dictũ Bal.in c.j.§.fi.in tit.de inueſt.de re alie. dũ limitabat cõcluſionem noſtrã in muliere ignorãte ſtatutum mariti,negant alioquin eius dictũ ſuſtineri poſſe,fortiùs id nec Bald.firmare aduertit Soci.Iun.in d.cõſ.xiiij.Roland.in d.q.xiiij.hanc ſequitur declarando vt per eũ ibi.
9 Secundò.†iſta noſtra cõcluſio ampliatur etiam ſi in inſtrumẽto dotis dictũ eſſet quod promittebat dotẽ reſtituere tã in loco cõtractus, quàm vbique locorũ,ſecundũ Bal.in d.l. exigere. Caſſan.in rub. iiij.§.xx.in glo.fin.nu.2.Hier.Cagno. in d.l.exigere.nu.23. verſ.ſed maior eſt difficultas.Alex.in conſ.100.ex inſpectione nu.13.vol.3. Anch.in conſil.clxiij.viſis.col.ij.verſi.ij. ad quæſtionẽ Iaſ. in d.l. cunctos populos.nu.61. verſic. extende illã.Hip.Marſ.in d.l.fin,nu.61.verſic.& dicit Iaſ.& Rui.in conſ.lviij.nu.7.verſic.nec obſtat dũ dicitur.v. l.iij.Iacob.Mand.in d.l.exigere.col.penul.& mihi iſta ampliatio placet,quia per iſta verba generalia videtur tantùm renunciatum priuilegiis, & iuri fori. vt vbique maritus conueniri queat.ex renũtiatione autẽ vnius iuris nõ infertur ad renuntiationẽ alterius.l. ſi domus.ff.de ſer.vrb.præd.l.ſi ſeruum.C.de iure deliberã.l.j §.videndum.ff.de ſucceſ.edicto.Bal.

in

in consi.clxj.quidã meus.lib.v.alia dicit Cagno.
quæ nõ expedit recitare. hoc etiã tradit Rolan.
10 in quæst.xix. Tertiò, † amplia procedere etiam
quando causa restituẽdæ dotis ageretur in alio
loco quàm in domicilio mariti: vt respõdit Cu-
ma.in d.consil.xxvj. statutũ Paduæ. & in consil.
lxxv.visis.in col.ij.Rui.in. d.consi.lviij.nu. 7. &
voluit Bal.in consi.cccclxxj.quæritur vtrum. in
libro j.quia in decisiuis nõ attenditur vis loci,
in quo causa agitur: sed ius ipsius contractus.&
hãc ampliationem Doctores probare dicit Ca-
gno.in d.l.exigere.nu.8. versic.ij.amplia. & eam
tenet etiam Curt. ibi. sequitur Roland.vbi s̃. in
11 quæst.xv. Quartò † amplia, etiam si notarius de
eo instrumento rogatus, fuisset forensis & ad-
uena, & ignorasset statutũ domicilij mariti, se-
cundum Rapha.Cuma.in consil.xxvj.in col.fi.&
in consil.lxxij.in col.fi.s̃.allegatis: quia secũdum
eum notarius, qui adhibetur contractui causa
probationis.l.cõtrahitur. ff.de pigno. nõ potest
12 naturã, vel ius contractus alteri. Quintò † am-
pliando procedit omni proculdubio etiã quan-
do instrumentum esset scriptum in alio loco,
quàm in loco dotis receptæ: nam ipsa scriptura
nihil est.l. non figura. ff.de act. & obligat. vt di-
cit Mand. in dicta l.exigere.nu.1. & Bald. ibi di-
xit quosdam fatuos illum textum intellexisse,
de loco, vbi scribitur instrumentum per nota-
rium, non autem de eo, in quo notarius fuit ro-
gatus de contractu, quod referunt etiam Bart.
Paul. de Castr, Cagno.Curt,& alij ibi. sed tu in-

tellige hanc ampliationem in terminis fortioribus, scilicet † quando dos fuit simpliciter data in vno loco, & in alio conficitur, & rogatur instrumentũ de dote recepta, cum obligatione reddendi eam, in hoc etiam casu attendetur statutum vigens in domicilio mariti: quoniam in receptione dotis statim oritur ius, & tacitè quędam obligatio à iure inducta de restituendo dotem soluto matrimonio. l. ij. ff. soluto matrimonio. l. qui certo. de condi. indeb. nec diuersitatis ratio, inter hunc casum, & alium, quando fit expressim promissio de restituendo dotem, videtur dari posse: & Bald. vult illũ text. procedere in omnibus casibus tam quando maritus promisit dotẽ restituere receptã, quã cum cõfessus est tãtùm recepisse, vt ibi Mand. & Cur. in fine.

14 Sextò ampliatur † quando ex post mutauisset domicilium, vel cum moritur mulier, alibi domicilium habere reperitur: vt per Cagno. in d. l. exigere. nume. 9. versic. iij. ampliatur. & Curt. ibi. nu. 19. versic. iij. dubitatio. vbi citat Bar. Pau. de Cast. Salyc. Ang. in locis, de quibus ibi per eum. Ias. in d. l. cunctos populos. in j. lectu. nu. 26. versic. secundũ dubium est, & in ij. lectu. nu. 61. versic. istam cõmunem. vbi Ias. sic in specie tenuisse refert Anto. de Butr. Abb. Præpo. S. Amb. in c. j de spons. & ibi pleniùs firmat Felyn. num. 31. versic. tertia conclusio. vbi vltra prædictos allegat Guas. Cald. domi. Iacob. Bar. Ang. Paul. de Cast. vbi per eum. idem tenet Rui. in dicto consil. lviij. nu. 13. versic. septimò in contrarium.

trarium.& in cõsi.lix.nu.4.versi. quamuis. Ioan. Camp.in d.tracta.quæst.xx. Hip. Marf.in d.l. fin. nu.62.versicu.subdit postea Iacob.Mand.in d.l. exigere.dicens nõ satis constare, quæ sit cõmunis opinio in hoc. Sed certè constat apertissimè de cõmuni, quia in terminis nostris nemo contradicit præter Salyc.& Dec.qui id obiter dicit in consil.cclxxxiij. col.fina. versicu. tertiò accedit. Alexand.verò,in d. consil.100. vtrãque opinionẽ deducit arguendo ad casum suũ,ibi.nu.11. & nu.12. Et defenditur ista ampliatio, ea ratione, quoniã ad domiciliũ, quod maritus tẽpore contractus habebat,cõtractus refertur,id est ad iura illius domicilij, quod ius tũc ortum super contractu, postea non potuit per alteram partium mutari: vel transferendo in alium locum domiciliũ,vel aliud faciendo, quiá ius nostrum sine facto nostro, &c. l.id quod nostrum, & ibi not.de regul. iur. & pulchris decisionibus probat Felyn. in d.c. j. in col.penul.ostendẽs ex tali contractu oriri ius secundũ leges illius domicilij,quod ex post facto etiã per nouũ statutum mutari,vel alterari nequeat vt dicã,j. & sequitur plene Rolandus in q. xxj. Nec obstat ratio Salyc.in d.l.cunctos populos.nu. 6. col.iij.versi. item quæro. dũ dicebat domiciliũ tẽpore mortis habitũ attendi: quoniam maritus non priùs dotẽ lucratur, quã casus mortis cõtingat.& idcirco tempus mortis inspici in quo loco domiciliũ habeat:nam re vera ex sola morte non lucratur maritus dotẽ,sed ex ipso contractu iun-

cto ſtatuto id diſponente. Vnde ius, quod ſibi oritur ex contractu, licet ſub ea mortis conditione.§.ex cõditionali.inſtitu.de verb. obliga.l. cedere.de verb.ſigni. nõ eſt variabile,& fatuum eſſet aliter credere. Nec ſimile de illa q.ſtatuti eſt bonum:ſcilicet quod ſi ſtatutũ prohibeat,virum vxori relinquere niſi certum quid, & alibi maritus,quàm in domicilio ſtatuti prædicti,faciat vxori legatũ,huiuſmodi legatum valebit, attento quòd nõ eſt mortuus in loco illius ſtatuti prohibitiui: nam hoc pendet ab alia difficultate,an ſtatutum liget extra territorium ſtatuentis perſonam ſubditã,vt per Iaſ.in d.l. cunctos populos.& in l.ſi arrogator. poſt Bal. ibi.ff. de adopt.quæ ceſſat in iſto caſu, quia obligatio ex ipſo cõtractu oritur, & oſsibus perſonæ obligatæ inhęret,vt eũ ſequatur ſicut lepra,leproſum.l.quis ergo caſus.ff.de pecul.& ius eius nõ eſt,vt ex teſtamẽto,quod certũ non eſt,niſi poſt mortem teſtantis: quia eius morte cõfirmatur. c.cum morte.§.nouiſsimã. extrà,de celebr.miſ. & ante eam ſemper eſt reuocabile pendens ab eo tantũ.l.iiij.ff.de adimẽ.lega.ideo de vno caſu ad aliũ nõ bene infertur.

15 Nec obſtat † text.in d. l.ſi vxor.ff.de iudi.ſuper quo ſe fundabat Deci. in d. conſi.cclxxxiij.quoniam illi reſpõdet.Rui. in d.conſil.lviij.num.13.vbi dicit quòd loquitur quando propter diuortiũ repetitur ob culpam mariti,tũc ibi repetitur dos,vbi ſoluitur matrimoniũ:ſecus quãdo ſoluitur per mortẽ.Sed ego aliter dico,quod illa l.loquitur de foro, non tamen

men ibi Iureconsul.dicit, de modo restituendæ dotis:secundũ quæ iura oporteat dotis restitutionẽ fieri:ergo potest stare vtrunque, vt dixi s. Camp.dicebat, ꝙ quãdo propter accidens, vt ob adulteriũ, vel ob vergentiá ad inopiam, fit restitutio dotis, tunc attenditur lex illius loci, vbi istud cõtingit: si verò soluitur per mortem, secùs d.l.exigere. Istud dictum non caret ratione, quia non sic fortè pro istis casibus videntur partes se retulisse ad iura domicilij, sicuti pro restitutione prædicta: tamen nõ firmo hoc, citantur aduersum hãc ampliationẽ Felyn. Bal. nou.
16 per Cagn.qui non contradicũt. Septimò † amplia etiã quando dos consisteret in re aliqua immobili: sed quoniã de hoc controuersum est, dicam de eo j. limitando, vsq; ad xxxvj. nu.34.
17 Octauò † amplia, quando maritus, in loco, vbi contraxit matrimoniũ, & dotẽ habuit, ciuis ex priuilegio fuisset, & ibi forũ habuisset, quoniam nihilominus statutũ de lucro dotis vigẽs in domicilio mariti habebit locũ: vt consuluit Ruin. in consil.lviij.nu.9.& in cons.lix. nu. 7. & nu.9. vol.iij.quia nõ secundũ ciuilitatẽ, & forum absolutè lex intelligit coniuges cõtractum dotis celebrasse:sed secundũ domiciliũ ipsius habitationis:adeo ꝙ nec ciuilitas quidẽ originis attẽdatur, si ibi domiciliũ habitationis nõ habetur, secũdũ omnes in d.l.exigere. & hoc tenuit etiã Alex.in d.cons.100.ex inspectione, & in cõs.clv.
18 col.j.in volum.vij.Quòd † & in fortioribus terminis intellige, quando, scilicet in loco mulie-

tis etiam habuisset habitationem, vel domicilium, sed non principalius: secundũ Rui. in locis preallegatis. Et Cassan. in consu. Burg. in rub. iiij. §. ij. vers. *ou Duché*. Hier. Cagn. in d. l. exigere. nu. 19. versic. quinta limitatio. & nu. 25. & nu. 31. Et hæc non habet meo quidem iudicio difficultatem, quãuis Dec. in d. consi. cclxxxiij. consulés in eodémet casu Rui. videatur velle cõtrarium, vbi nixus est probare, quòd in loco mulieris maritus habebat domicilium principalius, & quòd de Castris suis in ciuitaté Mediolani mulieris transtulerat domicilium, & quòd erat attendendum domicilium mulieris, quoniã in eo erat res dotalis: nã si quis in duobus locis habet domicilium, illud inspicitur, in quo res est sita. Abb. in c. dilectus. in col. ij. de rescri. & sequitur inferendo Hier. Cagn. vbi s. nu. 19. allegans Soc. in c. fi. nu. 7. de for. cõp. Ad hæc respõdens Rui. in d. cons. lviij. nu. 11. vers. & dum postmodum, dicit in primis, quòd dictũ Abb. est verũ respectu eius, de quo loquitur ibi, scilicet respectu effectus computãdi dietas trahendi aduersariũ extra forũ, & ciuitaté suam ad iudicé, iuxta decretalé, de duabus dietis: sed nõ quò ad aliud. negãs præterea illũ Marchionem habuisse eo tépore in ciuitate Mediolani, domiciliũ habitationis: quoniam dicebat impetrationem ciuilitatis, & factũ cõtrahendi matrimonij ibi, vel habitandi cũ vxore nõ fuisse sufficientes cõiecturas constituti domicilij, ex quo cum maiore fortunarum suarum parte se in eum locum non transtulit.

&

19 & † ex diuturna habitatione dicit animum conſtituendi domicilium probari, vt ex nunc in futurum, non autem vt ex retro in præteritum, quòd ex præterito dicatur habuiſſe domiciliũ, per ea quæ ipſe deducit, vel ſaltem eius domicilium principalius non habuiſſe in ciuitate Mediolani concludebat: quoniam ibi non habebat imperium, ſtatum, & fortunas ſuas, ſicut in caſtris, loco ſuæ originis. Replicabat etiam non eſſe curandum de animo vxoris, quod ipſa non intellexerit ad caſtra mariti domicilium tranſferre: quia ſiue velit, ſiue nolit ad domicilium mariti cogitur tranſire, & propter vim matrimonij transfertur, vt eſt dictum ſuperius, & quòd præterea non erat præſumendum de huiuſmodi mulieris animo: quia quamuis verum ſit aliquem moleſtè ferre ſe patria priuari. l. fi-
20 nali.C.de ſerui.expor. † quæ dulciſsima dicitur. l.qui habebat. de legatis tertio, & prȩſertim magnæ ciuitatis, in qua melius eſt mediocrem eſſe, quàm maiorem in ciuitate parua, Bartol.in l.ij. per illum textum. C. de Alex. primat. libro xj. Ioan.de Amic.in conſilio xxv.in colum.iij. & in conſilio cij.in columna iiij. nihilominus hoc in vxore non cõſideratur propter matrimonium: quia cauſa habendi maritum, & cum eo viuendi, patriam, parentes, & omnia paruipẽdit, vt latè per Andræ. Tiraq. in legibus connubial. & exempla vbique ſunt in promptu, & quò ad celebritatem patriæ poterat reſponderi illud Cæſaris, Melius eſt hic eſſe primum, quàm Romæ

ſecundum, & melius erat ei viuere in caſtris vt dominam, quàm Mediolani vt ſubditam habi-
21 tare. Nonò † amplia ſecundum Ruin. vbi ſuprà; etiam quòd in inſtrumento dotali facta eſſet mentio de ciue, quia dixerit talis ciuis Mediolanenſis, &c. non vult Ruin. ex huiuſmodi narratione intelligi idcirco maritum contraxiſſe vt ciuem loci mulieris, & ſecundum illius ciuitatis iura; præſertim ſi alio nomine poteſt contractus intelligi, vt in ſuo caſu ponderabat; quòd vt Marchio maritus potiùs contraxerat, quàm vt ciuis Mediolanenſis, vt latiùs ibi per eum. Decimò † amplia etiam procedere, quando non ipſa mulier, ſed alius pro ea, vel etiam extraneus dotem ſibi reddi ſtipulatus fuiſſet, vt dicam infrà in tertia limitatione. Vndecimò
23 † amplia in dote ficta, quando ſtatutum fingit omnia bona in dotem data, de illis etiam maritus, iuxta formam ſtatuti de lucro dotis, lucrum faciet, vt per Rapha. Cuma. in conſilio cix. Ioan. in primo dubio, & alios quàm plures; de quibus in gloſ. ſubſequen. ad hoc allegatos.
24 Duodecimò † ampliando, declara procedere, etiam quòd in loco originis domicilium habitationis non haberet, ſed extra originem: quoniam hæc lex ſe reſtringit ad domicilium habitationis, & non originis, vt aduertunt poſt Bartol. ibi Curti. numero 18. verſiculo, ſecunda dubitatio. & ibi Cagno. numero 25. verſiculo, nona dubitatio. vbi dicit ita communiter teneri, & ibi Iacob. Mand. in colum. penulti. & Ruin.

in di

in dicto consilio lix.numero 9.versiculo,inquātum.& in consilio lviij.numero 5. Alexander in dicto consilio 100.ex inspectione.volumin.tertio. Ias.in dicta l.cunctos populos.numero 25. in prima lectu.versiculo,circa hanc,& in secunda lectu. numero 61. Deci. in consilio cclxxxiij. colum.penulti. versicu. item videtur quòd.& Paris.in consilio xxxiiij.statutum.volumi.iij. & in hoc non inueni contradictorem. Præterea
25 †eo ipso, quod lex meminit de domicilio, in dubio intelligitur de domicilio habitationis,& non originis.glos. nota. in capi.statutum.§.cum verò. in versicu. vnam dietam. de rescrip. in vj. Docto. in capi. fina. de foro competen.Deci.in consilio ccclij.viso. Ancha.in consi.ccccxxxviij. Matth. de Afflic. in decisio. ccclxxxiiij. Soci. in consilio lxxix.numero 15. volu.iiij.& quicquid sit in aliis casibus,an dispositio intelligatur subiecta legibus domicilij habitationis, vel originis,hîc determinatum reperitur secundum domicilij habitationis iura, restitutionem dotis esse faciendam,& sequitur Rolan. vbi suprà in quæstio.xxij. Et hanc ampliationem, intellexit Alexand. in dicto consilio 100. ex inspectione, procedere etiam, quando vxor esset etiam de eodem loco, vel ciuitate mariti. Sed contrarium consuluit Andræ. Barbat. in consilio iiij.
26 prope inquit.volumi.ij.†quòd quando vterque coniunx essent ciues originarij eiusdem loci, in quo contractus fuit celebratus, tametsi maritus alibi domicilium habitationis tunc habuerit,in

rit,inſpicietur nihilominus ius & leges commu nis patriæ, in qua matrimonium, & contractus dotis fuit celebratus,& non ius domicilij habitationis mariti,& ſic limitat iſtam concluſioné, ex mente Anto.Butri.in dicto capi.j.de ſponſat. quod in hoc caſu videantur partes contraxiſſe, ſecundum locum originis. Quoniam omnis diſpoſitio vel vltimæ voluntatis, vel contractus, ſemper refertur ad leges,vel conſuetudines patriæ,& ad hoc allegat quàm plurima,quę etiam in ſimili propoſito citat Barto.Caſſan.in conſu. Burg. in rubri.iiij.§.ij.in gloſ. *ſelon la generale coutume.* Addebat ex conſuetudine ſic receptum quia Florentini mercatores,alibi domicilia ſua habentes, Florentiam veniebant ad accipiendum vxores, & celebratis ibi nuptiis, & inſtrumento dotali, ducentes eas, reuertebantur ad ſua domicilia, ac eueniente caſu reſtituendæ dotis, illas reſtituebant Florentiæ, ſecundum eius ſtatuta, vel conſuetudinem. ea quoque ratione nitebatur Barba.quia in caſu ſuo donatio propter nuptias relata erat ad iura Florentiæ, pari ergo modo lucrum dotis referri oportebat,ad ſtatuta, & iura ciuitatis Florentiæ: quoniam æqualitas, ſeruanda eſt inter donationem propter nuptias & lucrum dotis,vt infrà dicam. Iſtam Barba. limitationem, puto teneri rectè poſſe, vt bonum capiamus omen, quòd aliquando patriam dulciſsimam cogitauerint reuidere,& incolere,iuxta illud Ouidij Naſonis, in Ponto,

Neſci

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Et tristem euentum reiiciamus. l. inter stipulantem §. sacram. de verbo. obliga. Restat in hac re
27 vna dubitatio, † quonámmodo maritus in loco non suæ originis, & patriæ, ratione domicilij posiit dotem lucrari secundum illius loci statuta, quia forensis in loco, quamuis ibi domicilium habeat, non ligatur statutis, nec eorum beneficio gaudet, itáque conclusionem nostram intellige quando in loco, vbi constituit sibi domicilium, subit onera communis, vel est effectus ciuis, alioquin non habebit beneficium statuti de lucro dotis, vt plenissimè probat Paris. in consilio xxxiiij. statutum. volumi. iij. & refert & sequitur Rolan. in quæstio. xxxvj. numero 15. & Hippo. Marsi. in singu. ccccc xiiij. Cor. in consilio clxxviij. videtur in hac. libro iiij. Hier. Cag. in dicta l. exigere. numero 15. versicu. notandum est. vbi citat Deci. in consilio ccccl. & in consilio ccccccl xj. & Ruin. in consilio 100. libro quinto, Soci. in consilio ccxlij. Ancha. in capi. statutum. de rescript. quando enim incola subit onera, omnis ratio dictat, quod commodum, & beneficium statutorum illius loci sentiat, vt tradunt Alexand. Cast. & alij in l. ij. §. finali. ff. de operis noui nunciatio. Hippo. Marsil. in dicta l. fina. numero 114. & sequen. de iurisdict. omnium iudic. & Soci. in consilio cxxix. colum. iij. libro primo.
28 Quid † si stat aliquod statutum, quod forensis, aliqua bona stabilia non possit acquirere, &

data

data sint in dotem bona stabilia, nunquid de hiis vir poterit lucrari, & consultum extat lucrari posse. Andræ. Barba. in consil. quinto, in colum. viij. volumi. iiij. & in consilio liiij. in colum. iiij. in fine volumi. iij. Alexand. in consilio cxxxv. & equidem. numero 9. colum. iij. versicu. & adduco. in libro iiij. & ibi appost. Tiraq. in tracta. de retra. ligna. §. j. glos. ix. numero 146. Bertran. in versicu. forensis prohibitus. aliquot allegat secundum istos, saltem quò ad valorem videtur tenendum, quod lucrum dotis faciat eo statuto
29 non obstante. Fuit † etiam dubitatum, si statutum disponat, maritum plus lucrari de dote, quando forensem vxorem duxit, quàm cum mulieri ciui se matrimonio coniungit, an huiusmodi statutum dicatur iniquum, grauans magis alienigenas, quàm ciues statuentibus subditas. & Curti. Iuni. in dicto consilio cxxix. nullam iniquitatem continere, & ideo valere
30 voluit. Nunc † præfatam conclusionem nostram limita multipliciter, & primo quando maritus æqualiter in vtroque loco domicilium habuisset, tunc domicilium loci contractus esset attendendum. Curti. in dicta lege, exigere. numero 12. versiculo, quinto, & Hier. Cagn. ibi.
31 numero 15. Secundò limita, † quando maritus ipse ducitur ab vxore, quia in loco, in quo instrumentum dotis est confectum, perpetuò viuere intendit in domo vxoris, tunc ille locus inspiciendus est circa dotis lucrum faciendum, secundum Ias. in dicta lege, cunctos populos. in
prima

prima lect.nu.27.verſ.ſecundo limita.Fel.in dicto capi.primo,colum.penulti.numero 26.verſiculo,tertiò limita.& Deci.in dicto conſilio cclxxxiij.numero 8.colum.iij.Hier.Cagn.in dicta l.exigere, numero 14. verſicu. ſi verò quæratur. & ibi Curt.numero 10.verſicu.tertiò limitatur. & Mand.ibi,Franciſ.Crem.in ſingu.lxvj.ſtatuto Florentino.Afflict in deciſio.Neapo.ccxxvj.ſereniſsimus.numero 7.Arno.in epito.xxviij.meminimus.Lup.in rubri.de donatio. inter virum & vxorem.§.lv.in fine.& Caſſan.vbi ſuprà, Andræ. Tiraq.in legibus connub.in gloſ.ſecunda, *en pouuoir de ſon mary*.numero 46.verſicu.quod tamen. Roland. in quæſtio. xvj.ſequitur multis hanc partem. Et hoc caret dubitatione,ſi intelligatur in terminis,quòd conſtet maritum perpetuò habitare in loco mulieris deſtinaſſe, ſeu decreuiſſe, prout in his terminis hanc limitationem firmant Cagno.Felyn.Tiraq.& Caſſan. vbi ſuprà,& Corne.in conſilio iij.in præſenti. numero 2.volumi.tertio,volens quòd quia maritus promiſerat vxori nunquam de eo loco diſcedere , eius loci ſtatutum inſpiciatur, nam
32 tunc domicilium habitationis, † quod conſtituitur momento,Domi.de S.Gemin.in cap.cum nullus.numero 11. de tempo.ordi.in ſexto, cenſetur maritus conſtituere in loco contractus,& conſtituendo eius contemplatione contrahere, & ſic ſecundum illius iura promittere dotis reſtitutionem, & hoc modo reincidet in concluſionem noſtram. Roland. in dicta quæſtio. xvj.

dicit

dicit ſic in telligendam eſſe hanc limitationem. Et extra hos terminos ſi intelligatur, non erit vera, quoniam vbi in loco mulieris non conſtituat domicilium, ſola habitatio, & mora in loco mulieris nihil operatur, ſecundum Ruin. in dicto conſilio lviij. columna ſecunda, volumine tertio, & eſt de mente omnium ſcrib. in iſta materia, nec ex perſona vxoris poſsibile eſt maritum domicilium acquirere, Ioan. de Amic. in conſilio xx. quoniam mulier ipſa perdit ſuum domicilium, vt diximus ſuprà, tantum abeſt & dicamus marito illud impartire, & in hoc caſu procedit dictum Bald. in dicta lege, cum quædam puella. allegatum ex aduerſo à Deci. Cagn.
33 & aliis vbi ſuprá. Tertiò † limita, quando extraneus aliquis, vel etiam mater, ſeu fratres dotem dediſſent, & ſoluto matrimonio ſibi reſtitui ſtipulati eſſent, in hoc caſu domicilium mariti non inſpicitur, ſed locus contractus in reſtituenda dote, & eius lucro faciendo, ſecundum Bald. in rubrica, de priuileg. dot. in columna ſecunda, verſiculo ſed ſtatim quæro. & Fely. in dicto cap. primo, columna penulti. verſiculo, quarto limita. Iaſ. in dicta lege, cunctos populos. in prima lectu. numero 28. verſiculo, tertiò limita. & in ſecunda lectu. numero 63. verſiculo tertiò ſingulariter. Hippol. Marſil. in dicta lege fina. numero 67. verſiculo, tertiò limitat. Mand. in dicta lege, exigere. in columna finali. Et prædicti mouentur, quoniam ratio domicilij, in quod eſt itura vxor, ſtipulans ſibi dotem reddi,

in hoc

in hoc casu cessat, si quidem non ipsa stipulatur, sed alius dotis restitutionem, in qua quidem ratione fundatur decisio d. l. exigere. & sequitur Roland. in quæst. xvij. Sed contra tenent Curt. in dicta l. exigere. nu. 11. versic. quarta limitatio, & ibi Cagno. num. 17. vers. quarta limitatio. nam quamuis mulier non sit itura in hoc casu in domicilium stipulantis dotem, nec ipse stipulans in domiciliũ mariti restitutionem dotis promittentis, & sic respectu stipulantis cesset ratio d. l. exigere. non tamen cessat respectu mariti alia ratio perpensa ibi à non paucis, scilicet quòd quasi aduena inde statim recessurus contraxerit, & ideo secundum eos adhuc militat eius dispositio. Ad hoc ego respondeo, quod ista ratio non est vera, vt supra reprobauimus, & hoc concernit tantum forum quod ille sortitus non videatur in loco contractus, iuxta notata in l. hæres absens. ff. de iudiciis: & in dicto capitulo Romana. §. contrahentes. de foro competenti: de quo principaliter non agitur in illo casu, sed de decisione causæ secundum quæ iura videatur decidenda. Verùm alio modo posset dubitari, an etiam extraneus videatur dotem sibi reddi stipulari secundum eadem iura mariti, secundum quæ mulier stipulata fuisset, si ei fuisset reddenda: quasi hoc ex natura negotij eueniat, nam videntur omnia promissa quæ sunt de natura matrimonij. & contractus, vt dicebat Cur. in autentica præterea. numero 23. vel quæ de consuetudine stipulandi veniunt. Iuxta notata. in l. cum quid:

ſi certum petatur. Bal. in l. excepto. C. de locat. l. ſi prius, §. rectè placuit. ff. de aqua pluui. Bar. in l. domini præditorum. C. de agricolis & cenſitis, libro xj. Bald. in additione ad Speculatorem, in titulo de locationibus. §. in eccleſia. & in l. finali C. de fideicommiſsis. ideo cogita ſuper iſtam rationem. Quartò † limitatur quan-
34 do dos conſiſteret in aliqua re immobili poſita in loco contractus: tunc ſtatutum loci contractus in lucro dotis faciendo attenditur, vt conſuluit Dec. in conſilio cclxxxiij. colum. penultima. verſiculo, ſexto etiam alia. vbi citat ad hoc Bal. in l. prima. C. de ſumma Trinitate. in quibuſdam lect. & And. Sicul. in rubrica, de conſuetudine. columna xv. verſiculo, limita, niſi. Et Ioa. Bap. de ſancto Seuerino in dicta l. prima. in columna lix. & Ang. in dicta l. exigere. Hip. Marſ. hanc limitationem refert in dicta l. finali. numero 69. verſiculo quinto & vltimo. & eam probat Alber. Brun. in tractatu de ſtat. exil. fem. prop. maſcu. in artic. ſexto. in quæſtione ſecunda. in fi. Mand. & Cagn. in dicta l. exigere. nume. 24. verſiculo, octaua limitatio. vbi atteſtatur pro hac eſſe communem opinionem, à qua non ſit recedendũ, & Bal. hoc vult in capitulo primo. in columna ſecunda. de iur. calum. vbi dicit, quòd ſtatutũ de lucro dotis debet procedere quò ad bona exiſtentia in territorio ſtatuentium, & quod maritus non lucrabitur bona alibi ſita. Nec obſtat (inquit ipſe) tex. in d. l. exigere. quoniam intelligi debet, ſi bona dotalia territorio ſtatuentium cohærent, vel ſi dos

con

consistat in quantitate, & in genere. & pro hac opinione, Ias. penè inclinat in dict. l. cunctos populos. numero 64. versiculo quinto & vltimo. in prima lectura. & remissiuè tenet And. Tiraq. in legibus connub. in glo. *En pouuoir de son mary*. numero 52. versiculo, quid autem si agatur. vbi allegat Cepol. in dicta l. prima. Barb. in dicta rubrica in col. xv. de consu. & Curt. etiam remissiuè in dicta l. exigere. numero 20. citando Dec. vbi suprà. & cum his tenet Rolãdus in quæstione xx. qui mouetur rationibus, quæ mihi non placent: & satis ex his, quæ dixi, & dicã eos, nõ concludere ostendit. Verùm enimuero, non pauci tenent contra istam limitationem, & in primis Rui. in d. consilio lviij. numero 12. versiculo, sexto etiam: vbi aduertit quòd Caccialupus, qui allegatur ex aduerso per Decium re vera tenet contra eum dicens, sic esse de mente Doctorum communiter. Idem firmat Rui. in consilio clxiij. circa illud, numero quarto. versiculo, alia etiam. in volũ. quarto & consuluit Bal. in consi. ccviij. Docto. vol. iij. vbi ait statuta de lucro dotis vigentia in domicilio mariti esse seruanda & quòd non refert in quo loco res dotales sint positæ. l. fi. C. de præs. long. temp. l. j. C. de contrah. emp. idem vult Cassa. in consue. Burg. in rubric. quarta. §. ij. nu. 9. versi. *Au duché*. Idem tenet Ias. in d. l. cunctos populos. in j. lect. num. 29. ver. vlt. attẽde. & Alex. etiam alia ratione motus in consi. cxlj. viso nu. 17. ver. pro hoc bene. volu. vij. vbi dicit statutum de lucro dotis extendi ad bona alibi existẽtia: quoniã

dos est ius incorporale, & statutum loquens de aliquo iure incorporali, extenditur ad bona extra territorium statuti posita. Horum opinio reprobātium hanc limitationem mihi longè magis placet, & videtur verior, & ad tollendum difficultates in hac re confugiendum est ad doctrinam Abb. in capitulo quod clericis. columna tertia. extra de foro competenti. quæ fuit Calderini, & Bar. & communiter probatur, vt dicit Roch. de Cur. in capitulo finali, in quæstione xvj. in col. quarta: vers, sed ius stat, de cōsuetu. & Cepol. sequitur in consilio xxij. consultationis. aut enim agitur ratione contractus, & tunc consideratur ius loci contractus. l. si fundus. ff. de euict. l. prima. ff. de vsuris. si verò ratione delicti, attenditur ius loci, in quo fuit illud commissum. auten. qua in prouincia. C. vbi in rem actio. Si agatur ratione rei seu iuris ad rem pertinentis, (verbi gratia) si quæstio est ad quam altitudinem domus, vel turris eleuari queat, lex vel consuetudo loci, vbi domus vel turris est sita inspicitur. Modo ad propositum, cum in hoc casu agatur ratione contractus ex obligatione inde nata personali, non autem aliquo iure reali, ad decisionem quæstionis inspicienda est lex, & statutum disponens circa huiusmodi contractum, non attenta alia lege, vel statuto disponente aliter de lucro dotis in loco rei sitæ; quia de iure rei non agitur, sed de iure contractus, sicut contingit in aliis casibus, in quibus fit aliquis contractus, vel conuentio de re existente extra

illud

illud territorium, in quo fit contractus: in quo casu non ideo minus impeditur ex contractu agere ad rem sibi promissam in alieno territorio, nec ius contractus in aliquo non alteratur: vt voluit Bal. in dicto consilio ccviij. Doctores. & quemadmodum Cassa. vbi suprà. §. xx. in gloss. finali dicit, quod si partes in contractu se referrent circa huiusmodi lucrum faciendum ad certam, seu aliam loci consuetudinem, oporteret illam attendi, quamuis consuetudo loci, vbi res est cita, in illa materia aliud disponens aduersaretur. ita dicendũ est in hoc casu, in quo contractus dotalis per partes subiectus legibus domicilij mariti dicitur ex dispositione dictæ l. exigere. Hinc etiam videmus decretum super alienationis contractu de bonis pupillorum extendi extra territorium rerum. l. magis puto. §. illud quæritur. ff. de rebus eorum. similiter interdictio bonorum administrandorum, & tutor datus, extenditur ad bona extra territorium posita, & id genus similia: vt recenset Ias. in dicta l. cunctos populos. & Anch. in capitulo, canonum statuta: & Doct. alibi passim: quãdo nitimur actione contractus, quia actio loco non circunscribitur. l. Caius. de leg. ij possumus vbique agere, & pro rebus vbicunque positis. l. fi. C. de præscr. long. tẽp. & dicũt Ias. Mars. & alij in locis præal. Nec obstat illa Bar. conclusi. in d. l. cũctos populos: & de qua per Ioã. And. in addi. ad spec. in tit. de instru. edi. §. compendiosè. & eam sequitur Gozad. in consilio xlix. numero 10. Ancha. in consilio clxiij. quòd

consuetudo Anglié, vel Parisi. dictans quòd præmoriente viro vxor lucretur medietatem bonorũ, non extẽdatur ad bona extra locũ huiusmodi consuetudinis sita. Nam illud est, quia ibi non agitur, nec competit ius ex contractu, sed ex ipso statuto, vel consuetudine tantùm: nimirum est idcirco si non comprehendat bona alibi existentia: quandoquidem statuẽtes potestatem disponendi de bonis nõ sui territorij, nullam habere dicãtur. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & ibi not. per gl. & Doct. & in c. vt animarũ. de constitut. in sexto. Et mihi videntur tenentes suprascriptam limitationem decepti, ea ratione, quia solutionem huius difficultatis, existimarunt pendere ab illa quæstione, Vtrum statutum extendatur ad bona in alienõ posita territorio, vt dixit Ias. in d. l. cunctos populos. in secunda lect. nume. 64. versic. quinto & vltimo. super qua firmata videtur vna com-
35 munis cõclusio, † ꝙ siue statutũ loquatur in rem, siue in personam, pro rebus alibi sitis, non porrigat vires suas extra territorium: vt dicit Lud. Goz. in dicto consilio xlix. circa. numero 6. vbi ait ita tenuisse Iac. de Raue. Dyn. Gul. de Cu. Cyn. & Iac. de Aret. & omnes antiquos in d. l. cunctos populos. Lap. in alleg. xcj. in primis videndum. Bal. in dicta l. cunctos. Anchar. in cap. canonum statuta. col. ix. versiculo, sed manet hoc dubium. Soc. in consilio ccxcij. visis. in volumine secundo. & consilio cclxxxviij. circa primum. in col. penul. libro secundo. Cor. in consi. ccij. circa præsentẽ. in col. quarta. in lib. ij. & in cõsi. clxij. cõstat.

vol

vol.iij.& in conſ.cxv.in hac.in lib.ij. Et latiſsimè Alb. Bru.in d.tract.in octauo art.q.xxv.quia conſuetudo localis,ad ſuũ locũ reſtringitur,ac ĩ.ſuos confines coarctatur.l.j.& ſecunda C.quæ ſit long. cõſ.& ibi not. Sed non eſt verũ ab iſta diſputatione,pendere ſolutionẽ quæſtionis noſtræ:quia maritus ſolo ſtatuto non nititur in faciendo dotis lucro,ſed ipſo dotis contractu continente relatiuè diſpoſitionem ſtatuti. eorum ergo opinio nititur in falſo preſuppoſito,vnde manifeſtè redditur falſa. ecquis non videt, aliud eſſe ſtatutum deferre bona, vel hæreditatem mulieris, & aliud, quòd ex cõtractu debeatur poſt eius mortem certa pars dotis? & propterea non bene infertur ex vno ad aliud. Si tamen vis alteri opinioni adhærere,pro limitatione eius duobus modis eam reſtringe ſecundũ Rui.in d.cõſ.lviij.ver.yj.etiã dicitur.nu.12.& in cõſ.lviij.nu.12.ver.nõ obſtat inſuper.vol.iij. primò quãdo res immobiles eſſent in dotẽ datæ æſtimatę:quoniã tũc reputatur dos cõſiſtere in quãtitate.l.quoties.C.de iure dot.l.qđ dicitur.ff.de impẽ.in reb.& aliis de qbus ibi p eũ.vnde iudiciũ fit,de ea,vt de dote cõſiſtẽte in q̃titate. ſcđo ſi dos cõſiſtat in q̃titate,& ad immobilia,agat hypothecaria ꝓ dote:nõ enim marit⁹ excludit ob id, quominus de dote lucretur, ſecundum diſpoſitionẽ ſtatuti vigentis in ſuo domicilio ſecun

36 dum Rui.ibi ṽ.Quinto† limitatur,niſi partes conueniſſent ꝙ dotis reſtitutio, & eius lucrum fieret ſecundum formam iuris loci cõtractus. tũc non poſſet negari quin leges eius loci ſeruãdę forẽt vt

per Iaſ. Mard. & Hier. Cagn. in d. l. exigere. num. 22. ver. ſeptima limitatio. & Curt. ibi. nu. 16. ver. vltima limitatio. vbi dicit ita cõmuniter teneri per Cano. in d. c. j. prout ibi tenet hoc Fely. nu. 30. ver. limita. ſeptimo. & alij allegati ibi per eum, & conſulendo ſequitur Fulg. in conſ. cciij. viſis. col. ij. Signo. de homo. in cõſ. lxix. & Ray. in cõſ. ccxxiij. nu. 16. Barb. in cõſ. iiij. prope. in col. iij. & in c. fi. ver. limit. etiã niſi. de for. cõp. Dec. in cõſ. ccccij. in col. j. & in cõſ. cclxxxiij. Rui. in d. cõſ. lviij. nu. 14. ver. poſtremò. & in conſ. lix. nu. 12. ver. & per hoc iudicio meo. Campeg. in d. tract. de ſtat. de dot. in q. xx. co. ij. Et Dec. in conſ. cxcv. ſtudendo. Bald. in conſ. xxxj. ſtatuto ciuitatis. vol. iij. & Cum. in cõſ. xxvj. cum ſtatutum Paduæ. & Caſſa. in conſue. Burg. in d. rub. iiij. §. ij. verſ. *Selon la generale*. nu. 9. vbi dicit quod partes poſſunt dotis contractum ſubiicere cõſuetudini locorũ, que magis eis placuerit, nam contractus accipit legem à conuentione partium. l. j. §. ſi cõueniat. ff. depoſ. l. cõtractus. de reg. iur. l. legem. & ibi not. C. de pact. & hoc indubium à nemine refricatur. Rolá. in q. xix. nu. 8. ver. limita tamen. Verũ quãdoque dubitatũ fuit, ad quam legem, vel conſuetudinẽ partes videantur contractum retuliſſe. Dec. in d. conſ. cclxxxiij. arguebat ſecundum ſtatuta Mediolani, reſtitutionem, & lucrum dotis fieri vbi partes cõueniſſent: quia dos data in tot feudis, fuerat data ſecundum iura Mediolani, arguendo à datione, ad reſtitutionem dotis. At Rui. in conſi. præallegatis id vehementer improbabat, quia relatio prædicta ad

ſtatuta, & iura Mediolani, intelligebatur facta quoad ius feudorum & reſpectu eorum tantùm, non autem dotis, & admiratur de Decio, in eo dicto. Alio modo And. Barb. in d. conſil. iiij. arguebat, quod quia donatio propter nuptias facienda, fuerat relata ad ſtatuta Florentina, intelligeretur quoque ad eadem ſtatuta relatum lucrum dotis, vt pari paſſu, ſeu iure, lucrum dotis, & donatio propter nuptias procedant: vt dicam in fine huius
37 glo. Sed † nunc quæro, ſi vir promittat reſtituere dotem ſecundum formam iuris, an intelligatur ſecundum formam ſtatuti promiſiſſe? & dicas, quòd ſic, iuxta ea quæ tradit pleniſsimè Iaſ. in l. omnes populi. nu. 20. in col. iij. verſ. hinc ſe offert. ff. de iuſt. & iur. Lup. in rub. de dona. inter virũ & vxoré. in principio. Item intellige id com
38 prehendere conſuetudiné lucrandi: † quia & conſuetudo dicitur ius: vt per Ioã. de Ami. in conſi, xj. in col. ij. Bal. in l. ij. C. de bon. quæ lib. Iaſ. in d. l. omnes populi. verſ. facit, quod decidit. Sexto
39 limitatur, † quando maritus & vxor contrahunt in tertio loco, quoniam tunc videntur ad ius commune ſe referre, quaſi noluerint legibus alterutrius domicilij contractum ſupponere vt dicit Hier. Cagn. in d. l, exigere. nu. 30. ver. tertiadecima. ipſe tamen aliud opinatur, & contra eã etiã tenuit Cuma. in conſ. lxxij. viſis. in col. ij. Afflic. in deciſ. Neap. ccxxvj. nu. 7. & mihi videtur cõtra mentem omnium. Rolan. in q. xxiij. tenet etiam contra iſtã limitationé declarando dicta Purpu-
40 rati in hoc. Septimò † limitatur in ſponſa de futu
 ro,

ro, nam si quod lucrum propter sponsalia celebrata esset faciendum, non putarem circa hoc dispositionem statuti vel iuris vigentis in domicilio sponsi, esse inspiciendam, quoniã cum sponsa de futuro non sortiatur forũ ratione domicilij sponsi, nec eius domicilij legibus subiiciatur, non potest videri secundũ leges domicilij spõsi fecisse sponsalia: & sic dispositio d.l. exigere. in hoc casu procedere nequit: vt volunt eã legem limitantes. Cagno. in d. l. exigere. num. xj. ver. ego igitur pro. Mand. ibi ad finem. Cassa. vbi suprà in rub. iiij. §. ij. ver. *Ou duché*. Ias. in d. l. cunctos populos. in ij. lect. nu. 62. ver. pone statutum. & in j. lect. nu. 27. ver. limita cõmunem. Hip. Mars. in d. l. fi. nu. 65. versic. dicit postea. Bal. in auten. omnes peregrini. nu. iiij. versic. fallit. C. com. de succes. Fely. in d. c. j. nu. 24. versi. & istam conclusionem. & And. Tiraq. in ll. cõnub. in glo. ij. ver. *En pouuoir de son mary*. nu. 24. vers. nec spõsa. vbi præter prædictos allegat & alios. Ita tenet Roland. in quæst. xviij. ex pluribus. vt ibi per eum. Et quamuis Curt. in d. l. exigere. nu. 6. col. ij. huic contradicat limitationi: ab ea tamen non est recedendum: tum quia est communis, tum quia rationes Cag. mihi vidẽtur leues: & textus dictæ l. egigere, manifestè fundatur in ratione acquisiti domicilij propter vim matrimonij, quæ ratio in casu sponsalium cessat. & sic iste cusus cum remaneat sub dispositione iuris communis, oportet inspici locum contractus, iuxta iuris regulam dictæ l. si fundus. de euict. & concord. In terminis mulieris disponsatæ

ſatæ per verba de præſenti iſta limitatio non eſt ponenda:quoniã hæc habetur pro vxorè, & non
41 eſt ſponſa:vt dixi s.in gl.ſecunda.Octauo †limitatur per Cagn.Cur.Mãd.Fel.& pleróſq; in locis præallegatis in caſu matrimonij putatiui.Nonò
42 †limitatur per eoſdem, in bonis feudalibus, ſed iſtæ duæ limitationes ſunt ineptæ: quoniã quæſtio,an ſtatutũ & ius circa dotis lucrũ diſponens ſit inſpiciendũ quod viget in loco contractus,vel potius in loco domicilij mariti vigens,rectè non proponitur,niſi præſuppoſito, quòd lucrum debeatur, ſiquidem exceptio debet eſſe de regula. Bartolus in l. ex his. ff. de legib. Dynus & alij in rubrica, de regulis iuris. Decius in l. prima. ff. eodem. Aliis quoque modis limitant Cagno. Curt. Mand. & alij in dicta l. exigere. in materia fori, quod cum rei noſtræ minimè attineat : pluribus non inſiſtam. Cæterùm prædicta omnia procedunt quando in certo loco ma-
43 trimonium celebratum fuit,†quid ſi factum per epiſtolas fuerit inter ipſos cõiuges abſentes, vtrũ locus erit d.l.exigere.vt attẽdatur domiciliũ mariti.Campe.in d. tract. in q. xx. putauit quòd ſic: quia vir eſt caput mulieris, & id mihi videtur indubitabile, quamuis forte aliud videatur Caſſa. in d. rubr. iiij. §. ij. verſi. *Ou duché.* numero iiij. Vnum quod dixit Cagn.in d.l.exigere.nu.21. ver. ſed inſtat dubitatio.aduertere nos oportet.nã dixit,quòd in caſu, in quo ſtatutũ domicilij mariti nõ attenditur,nec etiã attẽditur ſtatutũ loci con tractus mulieris,ſed ius cõmune ſecundũ Alex.in

conſil

consilio c. ex inspectione. in col. fin. vol. iij. quod non est verum, nec Alex. ibi id dicit, disputando enim arguit, quòd si maritus negat se contemplatione sui domicilij contraxisse nolens lucrari dotem secundum eius statutum, iuxta dictã l. exigere. & ibi notat. non ob id censetur secundum originis suæ statuta contraxisse: non negat igitur Alex. quin contractus deberet iudicari secundum leges loci, vbi fit, iuxta communem iuris regulam vbi cessaret dispositio dictæ l. exigere. Sed negat dictam l. exigere, posse referri ad locum originis. Sed aliud notandum dicit in dicto consilio c. ad finem nempe, quod si stat aliquod statutum cauens, quod in lucro dotis faciendo non attendatur statutum terræ vxoris, sed statutum domicilij mariti originis vel habitationis, & contingat in loco habitationis diversum statutum esse à statuto vigente in loco originis, maritus poterit in statuto orginis mitti si mauult, quia forte pinguius lucrum deferat omisso statuto habitationis: quia quando duo concurrunt, quod vnum prodest, & alterum nocet: illud, quod prodest, attendi debet, per ea

46 quæ ibi allegat. Demum scias, † quòd dicta l. exigere, non procedit quò ad donationem propter nuptias quòd vxor censeatur circa donationem propter nuptias, conuenisse secũdum dispositionem statuti vigentis in domicilio mariti, vt determinat Fulg. in cons. xciij. ad id in fine quod est notandum: quia in pluribus locis vigent statuta variè de donatione propter nuptias disponentia

nentia. In patria mea Lucensi donatio propter
47 nuptias improbatur. Cùm † autem in loco de donatione propter nuptias cautum aliquid nõ esset, sed statutum de lucranda dote duntaxat adesset, ex parte vxoris tantum esset nomine donationis propter nuptias lucrandum, de bonis mariti in suo casu præmorientis, quantũ maritus, præmoriente vxore, statuti de lucro dotis dispositione potest de dote in suo casu lucrari. ita voluit Cum. in d. consi. xxvj. statutum Paduæ. & Barb. in dicto consi. iiij. lib. ij. Ioan. de Amic. in consi. v. & Ias. in l. fi. nu. x. C. de indi. vidui. tolle. Abba. in consilio xlvj. tria, in vol. j. Ioã. Camp. in d. tract. in q. xix. & hoc quia mandatur æqualitatẽ seruari, inter donationẽ propter nuptias, & lucrũ dotis. §. pen. de non elig. secũd. nub. in aut. l. ex morte. & ibi not. C. de pact. conuent. gloss. in §. dotes autem. in verbo percipient. in auten. de nup. & in aut. æqualitas. Et in corpore vnde summitur de æqualit. dot. §. j. collat. vij. Soc. in reg. cvj. in ver. donatio propter nuptias. & Neuiz. in sylu. nup. in §. ampliant primo. nu. 47. ver. caueãt. Secũdò vbi dicit quòd si statutum vult mulierem lucrari antifatum præmoriente viro, ipsa id non lucrabitur nisi dotem dederit, quam ille in suo casu potuerit lucrari per allegata per eum ibi. & melius dixit
48 Ioã. de Ami. in consi. quinto. quòd si per statutum prohibetur lucrari dotem, intelligitur etiam prohibitum, quòd vxor donationẽ propter nuptias lucrari queat, quoniam hæc pari passu ambulant, & tanquam iuris correlatiuæ

haben

habentur. vt dispositum in vno, censeatur dispositum in alio; vt dixit Ias. in d. l. fi. num. 10.

GLOS. X.

In textu ibi, Dotis & corredorum.

1 *De corredis, & rebus mobilibus maritus partem lucratur sicut de dote.*

2 *Dotis confessatæ partem lucratur secundum statuti dispositionem.*

3 *Dotis instrumento præcedente si maritus, postea dotem confessus sit, sibi præiudicat.*

4 *Confessio habetur loco traditionis.*

5 *Statuto prohibente mulieri disponere de bonis, nisi de quarta parte: si mulier dedit omnia bona in dotem, maritus de illis poterit lucrum facere secundum statuti de lucro dispositionem.*

6 *An statutum de lucro procedat in dote ficta vel præsumpta.*

7 *Præsumptiones habentur pro liquidissimis probationibus.*

8 *Dos à lege inducta vera dos est.*

9 *Quando specialia manant à diuersis fontibus, concursus eorum toleratur.*

10 *Vnum statutum suppletur ex alio.*

11 *Quando in statuto fit mentio de constituta dote, lucrum dotis fictæ non fit.*

12 *Quando statutum dicit de dote promissa, vir non lucratur dotem fictam.*

13 *Statutum quod censeatur totum patrimonium mulieris*

lieris datum in dotem, restringitur ad bona, quæ tempore nuptiarum mulier habebat. & nu. 16. & 17.

14 *Si bona ea vir nunquam possedit effecta dotalia non dicentur.*

15 *Statutum nolens lucrari dimidium bonorum stabilium, non lucrabitur vir dimidium pecuniarum in emptionem prædiorum paratarum.*

18 *Solennitas alias requisita in contractu vel alienatione cessat, quando iuris dispositione fit alienatio.*

19 *In dote ficta non requiritur solennitas statuti.*

20 *Non est statutum iniquum, quod velit omnes mulieres dotatas censeri.*

21 *Minor in integrum restituitur aduersus dotem.*

22 *L. ij. C. de rescinden. vendit. habet locum in dote.*

23 *Minor, vel maior mulier prohibita dare dotem sine certa solennitate iuris vel statuti, non videtur tacitè dotem constituere.*

24 *Qui non potest expressè velle id non potest tacitè.*

25 *Mulieri est vtile dotem dare.*

26 *Laici possunt statuere super dote dum statutum non sit pœnale.*

27 *An dos cum solennitate priùs data censeatur eodemmodo repetita in secundo matrimonio.*

28 *Res ecclesiæ semel cum debita solennitate in emphyteusim data, poterit iterum reuersa ad ecclesiam in emphyteusim dari absque noua solennitate.*

29 *Solennitas adhibita in ipso matrimonio contrahendo an sufficiat quò ad dotem vt tacitè censeatur constituta.*

30 *Dos non est consequutiuum matrimonij, sed de se principalis.*

Quan

31 *Quando mulier dotem tacitè constituisse censeatur.*

32 *Mulier quæ dotem non exegit, non videtur secundo viro nomen dotis dare sed promittere quantum primo viro dedit.*

33 *Dos matrimonij immediatè præcedentis videtur repetita, in sequenti matrimonio.*

34 *Si mulier expressim promittit dotem, cessat tacita dotis constitutio.*

35 *Planè probandum est dotem primo viro datam vt videatur secundo viro repetita.*

36 *Quando aliqua dos nunquam reperitur constituta, vtrum præsumatur data.*

37 *Conclusio negatiua limitatur, quod pro congrua quantitate præsumatur data, sed hoc reprobatur.*

38 *Secundo limitatur ex consuetudine dandi dotem, sed hoc etiam reprobatur.*

39 *Tertiò quando mulier esset inferior viro: & ista limitatio reijcitur.*

40 *Quarto limitatur, nisi maritus bona mulieris vt dotalia possederit.*

41 *Dos nudo consensu constituitur.*

42 *Quanto tempore opus sit virum bona mulieris possedisse vt dos constituta præsumatur.*

43 *Patientia possessionis rei suæ duplex est.*

44 *Possessio sola non sufficit ad præsumendum dotem.*

45 *Præsumptiones, seu coniecturæ pro & contra dotem præsumendas.*

46 *Mulier dicens dum nubit ego tibi do me & mea, videtur dotem in bonis suis constituere & quid si dixerit dotem.*

47 *Dote semel constituta difficilius præsumitur ex causa*

causa dotis postea dari.

48 *De augmento dotis, de quo constaret, vir lucrũ etiam facit.*

49 *Dos si est promissa, non expressa certa quantitate, an videatur totum patrimonium pro dote promissum?*

50 *Maritus, qui vxorem duxit sine dote, an possit eam compellere ad dotem constituendã, vt eam lucretur. & nume. seq. in fine. & nu. 52.*

51 *Qui iurat accipere talem in vxorem, intelligitur data dote.*

52 *Pater mandans filiam maritari, censetur ad dotem se obligare.*

53 *Si filia, postquam obtinuit patrem condemnari ad dotem viro suo soluendam, moriatur, vtrum possit eius maritus pro executione illius sententiæ instare, vt constituta dote, partem eius lucretur.*

54 *Statutũ de lucro dotis, an habeat locum in dote profectitia.*

55 *Maritus an de bonis feudalibus in dotem habitis lucrum faciat.*

56 *Quid de bonis emphiteuticis.*

57 *Quid de bonis fideicommisso subiectis in dotem habitis, vtrum de his vir lucrabitur in præiudicium substitutorum. & pluribus nu. seq.*

58 *Permissa dotatione à testatore maritus poterit tunc dotem lucrari in præiudicium substitutorum.*

59 *Pater in dote potest substituere filiæ quatenus est suprà legitimam.*

60 *In casu simplicis fideicommissi, an non impediatur vir lucrum dotis facere.*

61 *Dotem spuriæ etiam vir lucratur.*

62 *Leges, quæ volunt de bonis fideicommissi dotem dari quomodo intelligantur.*

63 *Statutum de lucro dotis locum habet etiam in dote constituta de bonis subiectis fideicommisso pio loco relicto.*

64 *Alimentorum fauor præualet fauori ecclesiæ.*

65 *Dos constituta de bonis alienari prohibitis valet, & in ea sibi locum vendicat hoc statutum: secùs si fideicommissum sit pleno iure restituendum. vt nu.67.*

66 *Portio dotis per virum lucranda imputatur in Trebellianicam, & legitimam.*

68 *Lucrũ fieri non potest de rebus alienis in dotẽ datis.*

69 *Statutum volens lucrari dimidium patrimonij mulieris, non intelligitur in bonis fideicommissi.*

70 *Dotalibus bonis euictis quomodo marito consulatur.*

71 *Dotis excessiuæ de bonis restitutioni obnoxijs constitutæ non maius lucrum faciet maritus, quàm de congrua.*

72 *Satutum hoc cessat in dote à muliere constituta, de dictis bonis quando habebat alia propria.*

73 *Substitutus fideicommissarius vtrum si dotem, vt tutor dedisset excessiuam in bonis fideicommissi possit eam retractare.*

74 *Iuri futuro non potest renuntiari.*

75 *Quid, quando expressim testator prohibuit alienare etiam dotis causa.*

76 *Auth. résq; restringitur ad parentes liberorum.*

77 *Pater sicut non potest se exonerare ab onere dotandi filias in vita, ita non potest hoc post mortem ex aliqua dispositione facere.*

An

78 *An hoc statutum habeat locum quò ad filias principis nuptas in ciuitate sibi subdita.*

79 *An statutum de lucro dotis post datam dotem conditum attendatur vigens, tempore mortis mulieris, an verò statutum, quod vigebat tempore, quo dos fuit recepta: vsque ad fin. glo.*

80 *Legis natura est futuris negotiis dare formam.*

81 *Statutum non potest disponere contra iam conuenta. & in fine huius glo.*

82 *Vis futuri subiunctiui est importare futurum completum.*

DOS quid sit, & an hoc statutũ procedat in dote promissa, data, vel soluta, item an in putatiua, diximus s. partim in rub. partim in text. Correda quæ sint, in nostro idiomate notum est, & quidẽ sunt bona mobilia, quæ ad sui vsum parata fert mulier, ad maritum secum vltra do-
1 tem. De † his iudicãdum esse idem, quod de ipsa dote, ait Curt. Iun. in d. consil. cxxix. vult ergo statutum de his etiam lucrũ fieri per maritum. Addit Roland. in suo tract. de lucro do. in q. 50. quod etiam non facta mentione in statuto de lucro do. de iocalibus, cofannis, & aliis bonis mobilius parafernalibus poterit maritus nihilominus de his lucrari, quasi de dotis appendicibus, vt de ipsa dote vigore præfati statuti: At de aliis mulieris bonis, maritum aliquod lucrum facere non posse, pro indubitato ponit Socin. Iun. in consilio xciij. nume. 6. in volumi. j. Cæterùm, & alia plura occurrunt, de quibus contingit

 profe

2 profectò dubitari. Et in primis, † an dotis confessatæ partem maritus lucrari posſit iuxta ſtatuti diſpoſitionem. Pau. de Caſt. in conſil. cxciij. verba appoſita in ſtatuto. in fi. id ponit pro abſoluto, quòd posſit vir dotem lucrari. Sed Bald. in conſil. cccxxxiij. quia iſta dos. volu. iiij. attingens iſtam quæſtionem in ſuo caſu occurētem, in quo confeſſus fuerat maritus ſe dotem recepiſſe, & mox eius ſocer, vel alius, ſe obligauerat ei ſummam illius dotis ſoluere, reſpondit contra maritum dicens, quod aliud eſt dos data, aliud dos confeſſata. l. ab Anaſtaſio. l. pro diuerſis. C. mand. & not. in l. aſsiduis. C. qui pot. in pign. hab. Et quòd, quamuis videatur eadem lucrandi æquitas. l. fin. C. ad leg. Falc. tamen quia, maximè vbi agimus de lucro captando, non valemus ſtatutum extendere. l. ſi verò. §. de viro ſolu. matrimo. non poteſt ſtatutum hunc caſum dotis confeſſatæ comprehendere: & quia ibi fuerat datus terminus, & dilatio prædictis de ſoluendo quo durante non fuerunt in mora. l. qui Romæ. in princi. de verb. obli. vir non debebat dotem lucrari. Iſte caſus incidit in difficultatem, quam reſoluimus. ſ. in rubr. an ſtatutum comprehendat dotē non ſolutam, loquens ſimpliciter de lucro dotis, & ibi ſatis id explicaui, ideo hic non repetam. & propoſitam quæſtionem reſtringamus ad caſum ſtatuti ſimpliciter loquentis, & ad terminos, quādo verè nihil recepit maritus, qui tamen confeſſus eſt dotem ſe recepiſſe, quid iuris ſit in hoc caſu? Et tres caſus
ſunt

ſunt conſiderandi in hoc. Primus, quando ſpe futuræ numerationis cōſtat eum cōfeſſum fuiſſe, ſe dotem recepiſſe. Secundus, quando animo donandi. Tertius, quando ſumus in dubio. In primo caſu, quando ſumus infra tēpora, in quibus conceditur facultas excipiendi, de non numerata dote, tunc maritus dotem petere poterit. l. ſi voluntate. C. de dote promiſſa. & ibi not. & toto titulo, C. de de dot. cau. & nō num. vt ſic eius partem lucretur, iuxta ea, quæ in caſu dotis
3 promiſſæ diximus. Aduerte tamē in hoc, † quod ſi præceſsit inſtrumentum dotis, & mox ſubſequatur cōfeſsio dotis receptæ, huiuſmodi confeſsio ſtatim præiudicabit, nec etiam vel infra bienniū licebit de non numerata dote excipere, vt per Ioan. de Amic. in conſil. cxxxvj. domina, in col. iiij. vbi dicit ita ſe habere cōmunem opinionem de hoc, & titulū de dote cauta non numerata, procedere, vbi non præceſsiſſet inſtrumentum dotis, quo ſtante idem dicendum eſt, quòd in caſu ſubſequenti. ſi verò elapſa ſunt tempora excipiendi, ſicut denegatur exceptio, denegabitur etiam actio petendi dotem, & quidem multo magis. l. j. §. quod ait. de ſuperfic. l. inuitus. §. cui damus. de reg. iur. quod dicit Lud. Rom. in d. conſil. xliiij. ex §. narrato. nu. I. procedere niſi ex æquitate canonica aliud videatur, ne quis cū aliena iactura locupletetur. c. locupletari. de reg. iur. in vj. & tunc maritus tenebitur dotē, quam non recepit, reſtituere, minus tamen ea parte, quæ ad virum ſpectat ex forma præfati

ſtatuti de lucro dotis. In ſecundo caſu quando animo donādi confeſsio emanauit præmoriente vxore, quæ reputatur donataria, cenſetur confeſsio, vt donatio reuocata. l. cū hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de donat. inter virū & vxo. & ſic nihil reſtituere tenebitur, ſecūdum Rom. in d. conſil. xliiij. Si verò vir præmoriatur, illa cōfeſsio con-
4 firmabitur, vt donatio per eius mortē: †quoniā cōfeſsio habetur loco traditionis. l. Papinianus. ff. de dona. inter vi. & vxo. & hic caſus nō pertinet ad hoc ſtatutū. In tertio caſu diſparitas conditionis facit præſumptionē, quòd illa cōfeſsio emanauerit animo donandi, & ideo militant in eo, dicta in ſecūdo caſu: ſecundū Rom. in d. cōſi. xliiij. Adde tu caſum, quādo confeſsio fuit ſimulata in fraudem forte fiſci, vel creditorū: iuxta tradita in l. poſt contractum. ff. de donat. Et per Docto. alibi paſsim: prout ipſe, vt iudex habui in facto. In ſumma, ſi confeſsio dotis receptæ obſtringit maritū ad dotē reſtituēdam, puto ſtatutū de lucro dotis procedere, vt dotis cōfeſſatæ partē lucretur, & partem reſtituat maritus, prout aliàs debet ex forma ſtatuti lucrari. Adde
5 item quòd dubitatum fuit † ſtante ſtatuto, quod mulier habens filios non poſsit diſponere de bonis ſuis, niſi de quarta parte bonorum, an ſi mulier dotem vltra quartam partem dederit, & moriatur ſine liberis, maritus poſsit dotem lucrari ex diſpoſitione ſtatuti de lucro dotali: an prædictum ſtatutum obſtabit? Roland. in quæſtio. cv. excitatur. diſcutit hunc caſum, &

reſol

resoluit pro lucro: quòd statutū de lucro procedat in hac parte, quia dispositio illius statuti prohibentis ei disponere de bonis suis, non comprehendit casum dotis: vt ibi per eum.
6 Secundò † quæro, an hoc statutum procedat in dote præsumpta, vel ficta, & dos præsumpta est, quam lex pręsumit ex coniecturis, vel præsumptionibus: ficta verò, quando lex fingit dotem in certo casu, etiam vbi nulla adesset dotis præsumptio, vel coniectura, vt faciunt quædam statuta Italiæ: & multùm differt dos præsumpta, à ficta, prout præsumptio differt à fictione: nam præsumptio fundatur in veritate rei; fictio autem, contra veritatē facti inducitur, vt per And. Alc. in tract. de præsumpt. in princip. Nihilominus Ruin. & aliqui in ista quæstione promiscuè vtuntur his terminis, idem in vtraq; sentientes: sed faciliùs firmatur conclusio, quòd statutū de lucro dotis, procedat in dote præsumpta, quoniam non refert, quonammodo probetur dos; vel per probationes directò, vel per præsumptiones, & indicia indirectè, dos data verè vtroque modo præsupponitur: ideo præfatū statutum locum sibi vendicare in ea debet: ita determinat Rapha. Cuma. in cons. cix. domina Ioā. in
7 primo dub. † nam & præsumptiones habentur pro liquidissimis, & manifestis probationibus. iuxta nota. in l. si tutor. C. de pericu. tuto. Soc. in consilio cclxiiij. in ij. lib. Alexand. in l. manifestè. ff. de iureiurando. l. si quis locuplex. ff. de manumiss. testamen. Tiraque. in l. si vnquam. in

versiculo donatione largitus.numero 133.C. de reuoc.donatio.nec hic agitur de ipsa probatione,ita, vt dici posit magis requiri verã, quàm præsumptam probationem: vt quandoq; dubitatũ in aliis casibus fuit.Rui. in consil.xc. ad ea. nu.5.vol.iiij. Alexand.in l.Imperator.de leg.j.& istam conclusioné,quod statutũ, de lucro dotis procedat in dote præsumpta,tenet Ruin. in dicto cons.xc.ad ea.& latissimè in consil. clj. viso statuto.per totum.in vol. v. & in consil.ccxxiiij. prosequendo.in volu.j. & in consilio lxj. nu.12. in lib.iij. & post disputationem ita determinat in l.j. numero 107. soluto matrimonio. vbi aliquot allegat. & Bald.in l. nulla. C. de iure dot. Rom.in consil.cccxiiij. in casu proposito. Curt. in autent.præterea.nume.13.versi.alium casum. C.vnde vir & vxor. Bal.in consil. cij. mulierem maritus.in fi.volumi.iiij.aliàs est sub nume. 98. aliàs 100. lib.ij. secundum veterem impressionem.Corn.in consil. ccliiij. videtur in hac.nu.3. volu.j.Bar. in q.mulier habens amplum. Soc in consi.lxxx.præsens cõsultatio.in vol.iiij.Pau.de Cast.ponit hoc pro absoluto.in cõs.lxj.visis statutis cõmunis Vincẽtiæ. aliàs est sub nu.278.idẽ Cast.in l.si mulier.ff.sol.mat.Alex.in cons.cxxij. viso processu.nu.2.nu.9.vol.vij.& in cons. cxlij. in fi.statuto eod.& in consi.cxliiij.circa princic. vol.v.Corn.in cons.cxxvij.licet in hac. vol. iiij. & Curt.Iun. in cons.cliiij.ad fin.Paris.in consil. xxxiiij.volu.iij.Et quamuis ex his aliqui loquãtur in ficta dote,tamen id in casu dotis pręsumptæ

ptæ, velle clarum est: nam casus de dote ficta, an comprehendatur sub hoc statuto, videtur dubitabilior, quàm præcedens de præsumpta: nam in ficta non præsupponitur aliqua dos à partibus verè data, vel constituta: secùs in præsumpta. Nihilominus, in ficta quoque idem Docto-
8 rens determinãt: †quoniam (vt opinor) dos à l. inducta vera dos est: si quidem factum legis, seu iudicis reputatur factum partium. l. si ob causam. C. de euictio. nec refert per quem, vel quomodo dos constituatur, vel inducatur: sicut contingit in constituto possessorio: per quod quamuis sit fictus modus à lege acquirendi possessionem, vera tamen possessio acquiritur, & non ficta. l. certè. §. j. de precar. Barto. in l. ab emptione. de pact. Tiraq. latè de consti. possessorio. in ij. par. Nec obstat, si dicatur, quòd concursus duorum specialium non admittitur. l. j. C. de dote promis. & not. per Barto. in l. si tibi. in princi. de pact. vbi dicit, quòd licet hodie detur actio ex pacto nudo donationis. l. si quis argentum. §. penulti. C. de donat. illud habet locum in donatione vera, seu expressa, non autem in tacita, quod dictum multi tenent allegati per Ruin. in dicto consilio clj. viso statuto. nume. 4. volu. v. & quòd in hoc casu videntur duo specialia concurrere: primum, quòd præsumatur, vel fingatur titulus pro dote: contra l. ij. §. circa. ff. de dol. excep. secundum quòd maritus dotem lucretur. Nam respondet Ruin. in d. l. j. nume. 107.
9 & in d. consi. clj. num. 8. †quòd quando specialia

manant à diuerſis fontibus, concurſus eorum toleratur.l.ſingularia.ff.ſi cert.peta.& ibi Iaſ. & hîc ſic contingit: quoniam, quòd præſumatur titulus dotis, prouenit ex matrimonio, ſecundũ quod vir lucretur, cauſatur ab oneribus: quia propter onera matrimonij eſt inductum lucrũ dotis, vt per omnes poſt glo.in l.ſi donaturus.§. fi.ff.de condi.ob cauſ.& affert ſimile ex not. per Bar.Imo.& Alex.in l.ſi rem aliquam.ff.de acqui. poſſeſ.quòd ſi quis conducat rem ſuam ſcienter ab eccleſia, tanquam rem eccleſiæ, Dominium quaſi ex donatione transfertur: & tamen iſta ſunt duo ſpecialia, quòd ſcilicet ille cenſeatur tacitè donare.Item quod transferatur dominiũ ſine traditione.l.fi.C.de ſac.ſan. eccle. & dicunt illud eſſe, quia ex diuerſo fonte emanant: nos
10 poſſumus dicere; †quòd ſicut vna lex ſuppletur ex alia.l.quæſitum.& ibi not.ff.de teſti. glo.in l. qui reſtituere.ff.de rei vend.ita ſtatutum vnum ſuppleatur ex alio, dum ergo vnũ ſtatutũ vult virum lucrari doté, debet ſuppleri ab alio etiã loquente de dote, ſeu præſumente, & fingente dotem in aliquo caſu vltra ius commune, & ſic comprehenſiuè, vnum ſtatutum generale continet aliud: quia vnum ſtatutum interpretatur ſecundum aliud. Anch.in conſi.xciiij.iſta domina, & hoc modo euitabitur argumentum de cõcurſu duorum ſpecialium, & ex his ſtat concluſio, quòd ſtatutũ de lucro procedit in dote præſumpta, & in ficta. Quicquid videatur ſenſiſſe Ancha.in d.conſi. xciiij.de quo non eſt curandũ propt

propter præallegatos, hoc ſtatutũ de lucro dotis procedere in caſu dotis præſumptæ diffusè oſtendit Rolan. in qõ.lxxv. Iſtam concluſionem non procedere dicit Rui.in conſi.ccxxiiij.nu.4.
11 volu.j.quando † in ſtatuto ſit mentio de conſtituta dote, quòd tunc nõ ſolùm requiritur quòd dos ſit vera, ſed etiam ipſa dotis conſtitutio, ſit vera, & ſic non ſufficit ficta conſtitutio, de hoc tamen ipſe Rui.in dicto conſi.ccxxiiij. nume.6. verſicu.nec obſt.dum dicebatur, dubitat ex alio reſoluens caſum ſuum, in conſi.autem præallegato.xc.ad ea.num.4.firmat, quod imò ſtatutum de lucro, etiam in hoc caſu locum habeat, secũdum Cuma.& Caſt.allegatos ibi per eum, & tenet Soci.Iuni.in conſi.viij.lib.ij.vel ſecundo dicas hoc ſtatutum de lucro dotis non procedere in dote præſumpta, quando ſtat aliud ſtatutum diſponens, quod ſtatuta intelligantur ad literã,
12 vt per Iaſ.in conſi.50.in col.ij in lib.j. Adde † ꝙ quando ſtatutum diceret, quòd vir lucretur dotem promiſſam, non poterit tunc lucrari dotẽ, tacitè à lege conſtitutam, vt diffusè per Rolan. in quæſt.lxxvj.inci.maritus an lucretur dotem. Et circa ſtatutum fingens dotem, vt in pluribus locis extare vidi, quòd in caſu in quo non fuerit dos cõſtituta, intelligatur pro dote totum ipſius mulieris patrimonium, aliqua hic mihi occur-
13 runt non prætereunda. Primò, † quòd reſtringitur ad bona, quæ tempore nuptiarũ erant ipſius mulieris, & non extenditur ad bona ex poſt acquiſita, vel prouenta mulieri ſecundum Ang.in

conſi

consi.cccxxxv.statuto communis Bononiæ. Paris.in consi.lxij.num.37.volu.iiij.& voluit Curt. Iun.in d.consi.cliiij. Aduertit etiam aliud Ang.
14 in d.consi.cccxxxv.† quòd si bona nunquam habuit maritus,sed mulier semper ea possedit,nũquam dicentur ea effecta dotalia, quia sine traditione res non efficitur dotalis.l.de diuisione. ff.solu.matri.cum ibi concord.quamuis per huiusmodi statutũ,dici queat dos constituta,quod multùm refert.Fortius tenuit Paris.in d.consil. xxxiiij.statutum.volu.iij.quòd quando maritus nihil possedit,vel administrauit de bonis mulieris,sed ipsa mulier omnia administrando possedit fructus colligendo & cætera, non censeatur tunc aliqua dos constituta,non obstante prę fato statuto:quia illud dicit esse intelligẽdum, quando aliquid possedisset, vel administrasset, redigendo illud statutum ad ius commune, sed hoc mihi videtur violare, & verba & mentem statuti prædicti,ideo ego ei non assentior. Item
15 aduerte,†quod si statutum dicit,quod vir lucretur dimidium bonorum stabilium vxoris, non lucrabitur tamen vir dimidium pecuniarũ paratarum in emptionẽ prædiorum,vt quàm plu-
16 rimis probat Rol.in q.xcj.lex. Secundò † declara procedere,quando nullo modo esset dos cõstituta, scilicet nec tacitè, nec expresè, nam si altero modo potest videri constituta, scilicet saltem tacitè,vt quando mulier transit ad secũda vota,in quo casu dotem primo viro olim datam,videtur secundo tacitè dare,secundum iura j.

ra ĩ.allegãda,dispositio illius statuti debet cessare, quod censeatur totum patrimonium per mulierem datum in dotem: ita consuluit Pau. deCast.in consi. lxj.visis statutis communis Vincentiæ,& in d,l.si mulier.solu.matri.inferrendo ad qõ.de lucro dotis,quòd maritus non debeat de toto patrimonio lucrum facere in isto casu, sed de dote data primo viro,& istud consilium allegatur per Rui.in d.consi.ccxxiiij.colũ.j.& in d.consi.lxj.volu.iij.& Soci.in d.consi.lxxx.ad finem.& mihi hoc placet,& sequitur Rolan.in q.
17 cccccIxxix.statuto cauetur. Tertiò † dubitatur, an procedat in casu, quando mulier, vel esset minor,vel maior, sed sine certa solennitate statuti,non posset aliquem contractum facere,vel quicquam alienare,etiam ex causa dotis,an tũc vigore prædicti statuti, nubendo, aliqua dotis mentione non habita,censeatur totum eius patrimonium in dotem datum?istam conclusioné disputauit Soci.in consi.lxxx.præsens consultatio.volu.iiij.& post eum Rui.in d.consi. lxj. vol. iij volentes statutum de solennitate huiusmodi requisita,non extendi ad constitutionem dotis, à lege tacitè inductam, & loquuntur de illa tacita dotis constitutione,quæ iuris præsumptione inducitur, muliere nubente secũdo viro, iuxta l.diuus.ff.de iure dot.& concor.& sequitur Soci.Iun.in consi viij lib.ij.& mouentur multis
18 rationibus,& potissimè,† quia solennitas aliàs requisita in contractu,vel alienatione,tunc cessat,& iudicatur superflua,quando iuris dispositione

tione fit, & est necessaria dicta alienatio. Ludo. Rom. in consi. cclxxx. præsupposito. l. j. §. pen. C. quan. decr. opus nõ. l. non magis puto. §. si pater. ff. de reb. cor. qui sub tut. Soci. in consi. lxxxj nu. 12. & seq. volu. iij. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Pau. de Cast. in consi. clxxxiij. in causa quæ vertitur corã. Rom. in consi. cccxliiij. & Corn. in consi. ccliiij videtur in hac. col. ij. nu. 7. versi. iiij. & vlti. vol. j. Et And. Tiraq. in ll. connub. in glos. viij. *de son mary*. nu. clxxxix. versi. & simile. vsque ad nu. 203. Aduertatur, quòd Soci. & Rui. rectè loquuntur in terminis quæstionis nostræ, & in his rectè procedit eorum ratio, sed in terminis in quibus casus eorum consistebat, male cõsuluerunt: melius sensit Cor. in d. consi. ccliiij. consulens contrarium: nam solennitaté statuti, vel iuris, non requiri, vbi fit à lege alienatio, præter hominis voluntatem, & in casu præallegati statuti, verissimum est. Sed negatur in casu. d. l. diuus. & concor. dotis constitutionem à lege inducit: non enim inducit eam absolutè, sed præsumitur ex voluntate partium sic tacitè constitui, vt perpendit cõtra eos Cor. in d. cõsil. ccliiij videtur. colum. fina. nume. 30. volu. j. tex. in d. l. diuus. ibi, secundum voluntatem. & alios vt ibi per eum. adeo quòd illa dotis tacita constitutio dici non possit legalis, sed conuentionalis, ex voluntate partium per præsumptioné probata, quod aliud est, quàm cum statutum ipsum dotem inducit etiam prẹter partium voluntatem, & in dote conuentionali, quòd sit ad

e ius

eius constitutionem necessaria solennitas, requisita aliàs in contractibus, vel in alienationibus rerum minorum in tantum, quòd de ea aliter constituta non posit dotis lucrum deberi, latè deducit Rolan. de lucro dot. in qō. xlv. per totam. Et propterea duas facio conclusiones in
19 hoc: † Primam in casu dotis fictæ, & in ista non requiritur solennitas statuti, iuxta superius dicta, & quia statutum, & lex omnes indifferenter obligat etiam minores, & fœminas. Alexand. in consi. vlti. lib. vj. l. omnes. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. Bar. in l. ij. C. de fund. patrim. lib. xj. glo. in l. ij. C. quæ sit long. consue. & in specie statuti de lucro dotis, quòd sub eo comprehendatur minor, tradit Campe. in d. tract. de stat. dot. in q. xj. & Rochus de Curt. in cap. fin. in qō. 14. de cōsuet. Alexā. in d. consi. vlti. nume. 10. colum. pen. vbi dicunt propter id læsionem eum pati, vnde in integrū restitui oporteat, dici non posse. Sub statuto igitur fingente dotem, in certo casu, cōprehendetur minor, vel mulier, quæ alias sine certa solennitate non potest cōtrahere, & dum Paris. in d. consi. lxij. nume. 34. volu. iiij. & Ludo. Gozad. in consi. xxxiij. nume. 24. dicunt contrarium, scilicet sub prędicto statuto minorem nō comprehendi, seu nō ligari, patet idcirco, quòd contra communes doctrinas loquuti fuerunt, & eodem modo dico contra Ancha. in d. consil. xciiij. dum visus est idem velle. Adde quòd minor ligetur statuto de lucro dotis, tenuit Rolā.
20 in quæstio. xliiij. & in quæstio. xlv. Nec † potest tale

tale ſtatut um, iniquum videri in hoc, quòd velit omnes mulieres dotatas eſſe, fingendo in omnibus dotem: quoniam id publicam vtilitatem reſpicit.l.j.ſolu.matri.& ibi not. Et ſi dicatur quòd in iniquum res poteſt incidere, quoniam ſi m uiler, vel minor, amplum patrimoniũ haberet, ſimpliciter contrahendo matrimoniũ, totum fingeretur datum in dotem, vnde nimis
21 lęderetur, reſpondeo,† quòd non idcirco nego, quin minor in integrum aduerſum huiuſmodi factum, tanquam læſus ſui facilitate, poſsit reſtitui, vt dicit Gozad.in d.conſi.xxxiij. num.24. & per Bal.nouel.in tract.de dot.in vj.par.in priuileg.xliij.Cor.in conſi.cclxxxij.nu.57. in volu. j.Ludo.Roma.in conſi.cccxiiij.in caſu propoſitæ.ad fin.iuxta gloſ.& tradit per Bald.in l.j.C.ſi aduer.dot.l.ex cauſa.§.in dote.ff.de mino.& cõcord.vt ad congruam redigatur inſpecta qualitate perſonarum, & quantitate patrimonij.l. quæro.l. cum poſt.§.j.l. ſiue generalis.ff. de iure dot.l.cum filiæ.de legat.iij. vel non nego, ſi non
22 ſit minor,† quin pro læſione contingente vltra dimidium, quod pro dote dari fuiſſet inter eos congruum, ei prouiſum ſit remedio l. ij. C. de reſcinden.venditi.vt per Doctor.ibi,& maximè per Hier.Cagno.& Bald.Nouel. in dicto tracta. de dot.in priuil.xlij.& ſic ceſſat omnis iniquitas,& fauor publicus, militat reſpectu etiam minoris. Vnde rectè Roland.vbi ſuprà, in quæſtio. xlvj. concludit dari reſtitutionem in integrum minori, aduerſum conſtitutam dotem ſtante

læſione

læsione, sed non aduersum statutum de lucro dotis: constitutam dico dotem fictè, vel expressim verè per partes. Secunda est conclusio, in dote præsumpta, quæ prouenit ex voluntate. &
23 †in isto casu, minor, & mulier nubendo non facta mentione de dote, non censetur dotem constituere, quoniã id non potest expressè, nisi seruata iuris, vel statuti solennitate, vt per istam rationem tenuit Bar. in d. q. mulier habens amplum. & Lud. Rom. in dicto cõsil. cccxiiij. Anch. in d. consil. xciiij. ista domina, & enixè tenet id Corn. in d. consi. cclxxxij. circa. nu. 46. & nu. 57. vol. j. & in consil. ccliiij. videtur. eod. vol. & Lau. Calca. in consil. xj. in princip. Bar. in l. si constante. nume. 79. in iij. princip. artic. in quæstio. iiij. & ibi. Ias. & Mod. sol. matri. Stepha. Bertran. in cõs. clx. & dum loquor de minore in terminis iuris communis, intellige, quãdo in bonis stabilibus dote constitueret. Secùs quando in pecunia dotem diceretur promisisse, tũc, cũ promissio minoris carentis curatore teneat ipso iure, poterit, dos tacitè constituta videri, vt diffusissimè deducens hoc probat Curt. Iun. in consi. clxviij. lib. ij. Et damnatur opinio Socin. in consil. lxxx. præsens, & Ruin. in dicto consil. lxj. atque manifestè ostenditur falsa: dum eam fundant in eo, quòd legalis, & non conuentionalis constitutio dotis sit: quod est falsum, vt dixi. Si ergo conuentionalis est, proficiscens à tacita partiũ voluntate, sequitur, ꝙ quia nõ habet statuti solennitatẽ necessariã, nõ tenet: quia voluntas tacita,

ab expressa verbis nõ differt.l.quò enim. l. Paulus.ff. rem rat.habe.l. de quibus, & ibi not.ff. de
24 legi.c.dilecti.extrà, de appel.& † qui non potest expressè quid velle, id nõ potest tacitè.l.qui ad certum.ff.loca.l.item quia ff.de pactis.Nec Rui.
25 & Soc.consultatio defendebat, † quia dare dotem mulieri sit vtile, quòd melius tractabitur à viro suo: vt dicebat Bart.in dicta q. mulier habens.& Calca.in d.consil.xj. Pro quo facit illud Plauti in Aulularia.ibi,

Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri.
Dotatæ mactant & malo, & damno viros.

Nam ad hoc respondet Corn.in d. consil.ccliiij. nu.27.& in d. consil.cclxxxij col.fi.vol.j.negando:quia bonorũ, quæ dat mulier in dotem. dominium transit in maritũ.l.doce ancillam. C.de rei vend.& propterea absurdũ est dicere, quòd sit id mulieri vtile.l.cũ de indebito.ff.de proba. & eo ipso, quòd statutum requirit etiam in ipsa dotis constitutione, solennitatẽ: vel ius cõmune in minore, quando dantur immobilia.l. lex quæ tutores.C.de admi.tutor. l.in copulandis. & ibi not C.de nup.l.Titia.ff.de iur.dot.l.prędia.C.de præd.mino. præsupponitur contrarium: & fatuum est ex hac ratione, reiicere solennitatẽ requisitam dum potissimè, in hoc ipso statutum, vel lex cõmunis, vult adhiberi datam solennitatem,& formã.l.ille aut ille.de lega.iij.cũ vulg. Nec etiam vrget alterum, quòd statutum quasi restringens facultatem matrimonij, non valeat, dũ requirit etiam in dotis constitutione solennitatem

nitatem propinquorũ,qui possunt, nolle cõsentire, & sic matrimoniũ impedire per indirectũ, cum de facili mulieres sine dote non nubant, vt Rui.& Socin.dicebant, ex pluribus allegatis ibi per eos.nã,vt Corn.dicebat in præallegatis cõsi.
26 negatur hoc:†quia laici possunt statuere, & iudicare super dotem, dummodo statutum nõ sit pœnale,auferens dotem contrahenti matrimonium,quia pœnis non coarctatur facultas contrahendi matrimonij.l.Titia.de verb. obligat.c. gemma,de spons.cũ cõcor.& in his terminis loquitur Anto.de Butr.in cõsil.xxxvj. visa forma, qui per eos ad hoc, allegatur cũ aliis similibus. quod quidem cessat in casu isto. nec quia propinqui posśint, non consentire, dotis constitutioni,impeditur facultas matrimonij. cum possint ad iudicem,in eorũ dissensu confugere,qui illud negotium citò expediat. iuxta trad. per Alexãd.in l. si cum dotem.§. eo autem tempore. soluto matrimo.& in consil.cxlj. col.ij. vol.v.& Andr.Tiraque.in leg.cõnub. in glos.viij.nu.127. versicu.xv.quæro, Volo tamen cogites, si conclusio Socini:& Ruini,posset sustineri,quando, dos primo viro, cum solennitate à statuto re-
27 quisita,data fuisset:† quoniam, tacita ista voluntas mulieris à lege præsumpta, quæ præsumit,mulierem dotem primi viri tacitè dare secundo viro.d.l diuus.ff. de iur.dot. & concord. potest fortè inniti in solennitate adhibita in priore dotis constitutione;quẽadmodum fit in alienatione rei immobilis minoris:nã si res im-

immobilis minoris, vẽditur cũ debita iuris ſolennitate,& ea vẽditio effectũ non habet, fortè propter non pretij ſolutioné,poterit eam tutor ipſe,vel alius abſq; nouæ ſolennitatis interuentu,emere:vt eſt text.in l.tutor rerum.& ibi not. per Bar.& omnes.ff.de admin. tutor.idem Bart. in l.pupillus.§.itẽ ipſe tutor. ff. de aut.tut. & ſequuntur Soc.& Iaſ.in l.j.§. item acquirimus. de acquir. poſ. quod etiam probatur in l. ſi pupillorum.§.ſi pupillus.ff.de reb.eor. vbi dicitur, ꝙ ſi in pignoratione rei minoris, ſolénitas requiſita interuenerit, creditor poſtea eam rem vendere poteſt,nec eſt neceſſaria ad id, noua ſolennitas iuris.ex quo text.Bald. Bar. & alij,ibi infe- runt, quòd, ſi data eſt licentia pignorandi rem eccleſiæ,poterit etiam illa res vendi,abſque noua licentia, & ſolẽnitate. Hinc † res eccleſiæ ſe-
28 mel cũ debita ſolennitate, in emphyteuſim alienata: ſi ad eam reuertatur,iterum,eodem pacto abſque ſolẽnitate alienari poterit.Afflict.in deciſ.Neap.cvij.in cauſa domini. Alex.in cõſ.xxxviij.col.fi.vol.ij.Dec.in autent.qui rem.C.de ſac. ſan.eccl.ſic iſta dotis cõſtitutio poterit ſuſtineri abſq; alia ſolẽnitate,quaſi adhibita in prima dotis conſtitutione,ſufficiat etiam pro ſecunda, & tertia, & vlteriori, quæ contingeret fieri, iuxta præallegata & præſertim, quia vidua indiget maiori dote, quàm virgo, vt dicit Bal.in d.conſ. cij.mulierem. in iiij.volu. & propterea eandem dando dotem, quæ congrua ei, cũ virgo primo nupſit iudicata fuit, non poteſt lædi,& dici forè
neceſſ

necessariam statuti solennitatem, ne nimiũ pro dote constituat: hoc est de mente Bald. in consil. cij. mulierem maritus. versic. secũdo casu secùs.
29 volu. iiij. Vel secundo † an procedat, si solennitas propinquorum interuenisset in ipso matrimonio. & Soc. in d. consil. lxxx. præsens. conatus est ex hoc capite defendere id, quia solẽnitas adhibita super ipso contractu principali, extenditur ad consequutiua. secundum Bald. in d. l. si pupillorum. de reb. eo. & glo. magna in l. cùm non solum. §. necessitatis. C. de bon. quæ lib. Ange. in consi. clxxxviij. præmitto. glo. in l. iij. §. sed vtrũ ff. de mino. & dotem dicit esse consequutiuũ matrimonij: & sic ad illam extendi solennitatem adhibitam in matrimonio cõtrahendo. Corn. in d. consil. ccliiij. nu. 25. volu. j. consulendo in eo-
30 dẽmet casu, primò † negat dotem esse cõsequutiuum matrimonij. affirmans, ꝙ imò contractus dotis, est æquæ principalis, & separatus à cõtractu ipsius matrimonij, & in matrimonio cõtrahendo non requiritur solennitas iuris. l. in copulandis. C. de nupt. est tamen illa necessaria, quãdo dantur immobilia per minorem in dotem, iuribus præallegatis, & matrimonium potest esse sine dote, vel cum parua dote: quia dos non est quid vniformæ ad matrimonium: secundum Bald. in l. nulla. C. de iur. dot. & in d. consil. cij. mulierem maritus. volumi. iiij. Secundò, dicebat ad id quòd interuentus propinquorum, in celebritate nuptiarum, non debet in consideratione haberi, vtpote, qui tunc non vo-

cantur ad consulendũ mulieri, sed ad honorandum nuptias, & ad exultandum cum sponsis, ꝙ imò propinqui debent interuenire dum tractatur,& concluditur matrimoniũ, cum tunc agatur de præiudicio; vel re mulieris, alioqui accedentibus post peractam rem, nõ satisfit menti,& verbis statuti: Certè mihi videtur Corne. rectè dicere contra Soc.in d.consi.lxxx. ideo te-
31 neas cum eo. Nunc† videamus,quãdo videatur tacitè dos cõstituta per mulierẽ, præsupposito, quòd per statutũ,vel ius cõmune non impediatur mulier dotem quouis modo constituere:est enim necessariũ hoc scire,ad quæstionem,an de bonis mulieris,maritus possit quicquã lucrari, vigore huiusmodi statuti de lucro dotis, quasi sibi pro dote cõstitutis,vel datis.Et in primis dicemus de casu, quãdo in alio matrimonio fuisset dos data: & secundũ matrimonium contrahitur aliqua dotis mentione non habita.Et tunc videtur dos prima tacitè dari per mulierem,secundo marito.l.diuus.l.si mulier.l. dotẽ.l. post diuortiũ.ff.de iur.dot.l.si mulier.§. pen.§.vxor. ff.solu matr.l.cũ maritus.§.Titiũ.ff.de pact.dot. quæ quidem iura, quamuis hoc non videantur rectè probare. Corn. in d.consil. ccliiij. tamen sic communiter intelliguntur, secundũ eũdem, & Cast.in d. consil. lxj. visis statutis communis Vicentiæ.& in d.l.mulier.Bar.in d.q. mulier habẽs.Cyn.in auten.quãuis.nu.9.C.de rei vxo.act. Curt.in d.aut.præterea.nu.13.C. vnde vir,& vx. Rui. in d.cõsi.lxj. vol.iij.& in cons.cxxxvij.nu.5.

vol.iiij.& in d.l.j.nu.110.ff.solu.matri.Soci.in d. consil.lxxx.præsens.nu.1.& nu.18.volu.iiij.& in cons.lxxxj.in fi.vol.iij.Lud.Rom.in d.cons. ccc-xiiij.in casu propositæ. Paris in d.consi. xxxiiij. volu.iij. & alij in locis præallegatis. Addit Roland.in q.lxxv.vbi infert,quòd statutũ de lucro dotis,habeat locũ in ista dote præsumpta, vt ex pluribus ibi per eum. Quod amplia procedere etiam, si matrimoniũ primũ fuisset inualidum, in quo illa dos fuit constituta, nihilominus repetita in secũdo videbitur:vt dixit Rui.in cõsil. ccxxiiij.prosequendo.nu.5.vol.j.quoniã ex actu nullo etiam declaratur volũtas.l.fi.ff. de reb.eo. & ibi not.Id tenet Rolan.ex aliquibus in q.lxx-vij. quid si.Modo declarandũ est id intelligi, vt eodem modo,quo,erat dos data primo viro:intelligatur, secundo tacitè repetita, ita vt si in quãtitate data fuerat, in quantitate repetita videatur:tametsi ab hæredibus primi viri, prædia loco quantitatis in restitutione dotis habuerit, nisi tamen eadem prędia secundo viro dedisset: hæc latè dicit Cor.in d.consi.clxxij.circa.in iiij.
32 dub.vol.j.Ad quod considera viceuersa,†quòd si mulier nondũ dotẽ exegit ab hæredibus primi viri:videtur secũdò nubẽs dare tacitè dotẽ, nõ illud nomẽ cõtra hęredes prædictos ei cõpetẽs,sed quãtitatẽ eãdẽ,secũdũ Bal.Nou.in trac. dot.in ij.par.in priui.lxxj.Cor.in d.cõsil.ccliiij. nu.18.vol.j.& in cõsil.clvij.nu.8.in vol.j.& inci-
33 pit,licet.Itẽ intellige,†ꝙ dos matrimonij immediatè pręcedẽtis videtur repetita:si plura matri-

monia cũ diuersis dotibus pręcesserũt: vt tenuit Rui.in cósi.cxxxvij.col.iij.vol.iiij. & in consl.lvj. nu.7.vol.v.& Paris.in d.consi. xxxiiij.statutum. in princ.vol.iij.vbi dicit de hoc sibi videri text. in l.Mela.§.j.ff.de alim.& cib.legat.Et ita tenere Bal.Nou.in d.trac.de do.in vj.par.in priui.lxxj. referẽtẽ sic in facto fuisse iudicatũ, & cõprobat, tũ quia relatio fit ad proxima, tũ q̃a vltimus status rei inspicitur: p multa quæ ibi latè deducit. Adde q̧ idẽ probat Rolan.in q.lxxviij.occurrit. Itẽ intellige procedere quòad ipsam mulierẽ,q̧ videtur ad sui pręiudiciũ dare viro, dotẽ primi mariti: vt ea viuẽte, dotẽ tantã habeat,& de tãta dote lucrũ facere queat maritus ad illius præiudiciũ, iuxta statuti formã: Sed nõ ad præiudiciũ filiorũ prioris matrimonij: quoniam tũc, cũ lex vetet, plus in maritũ transferri de bonis mulieris, quàm sit id, quod de eis aliquis filiorum habeat, qui inter eos minus habuerit: nõ creditur per istam tacitã dotis constitutionẽ, plus transferre voluisse in maritũ nomine lucri, q̃ per legem licuerit, secundũ Bar.in d.q.mulier habens amplũ patrimoniũ.Curt.in aut.præterea.nu.13. C.vnde vir & vxor. Alex.in d.consil.cxliiij.in v. lib.Rui.in consil. clj.viso.nu.1.in volu.v. Et hoc non habet dubium in terminis in quibus, expressim id non potuisset per prohibitionem d. l. hac edictali. Cum nihil releuet voluntas, nisi potestas etiam adsit. Sed hoc est intelligendum, etiam in terminis alterius statuti, concedentis mulieri facultatẽ dandi, secundo viro in

præiudicium filiorum primi matrimonij quicquid ipſa voluiſſet, quoniam in præiudicium filiorum, non eſt credendum eam dediſſe, ſecundum Iaſ.in conſi.50.volumi.j.& Cur.Sen.in conſi.lxxviij.& refert Curt.in dicta autent.præterea.nu.16.& dixi ſuprà,in quinta gloſ. quibus adde hanc rationem,quia tacitum non extenditur.glo.not.in clem.ſæpe.in verſi. partib.ad fin. de verb.ſigni.Abb. in cap.ſi quis contra clericũ. de foro compe.& in cap.quoniam contra.colũ. fin.de prob.Pau.de Caſt.in l. ſi conuenerit. ante fin.ff.de iuriſd.omni.iudi.& in conſi.xxxiij.viſa appellatio.colũ.iij.lib.j.Caſt.in conſi.cccxxxiiij. Rom.in conſi.cxxxiij.in propoſito caſu.Iaſ.in l. quæ dotis in fin.ſolu.matri.Dec.in l.j.C.qui admit.in iiij.not.& in rubri.extrà,de conſtit.Deci. in conſi.ccccxvj.teſtamento.colum. iiij.& alibi per Doctores.Sed iſta eſt conſtitutio dotis tacita ſecundum iura præallegata,quòd ſcilicet mulier voluerit dare tacitè dotem primi viri: ſecundò ergo non debet extendi,quòd etiam voluerit dare ad pręiudicium filiorum,quos,pluſquàm ſeipſam diligit,attenta,& naturæ,& iuris præſumptione.l.iſti quidem.ff.de eo,quod met. cau.& in auten.vt ſine prohib.mat.deb. & cred.
34 tut.in princi.Idem declara,† quòd ſi expreſsim promiſit dotem ſecundo viro, ceſſat illa tacita dotis conſtitutio: tum quia non eſt veriſimile duplicem dotem dare voluiſſe, tum etiam quia expreſſum facit ceſſare tacitum.l.fin.C.de pact. conuen.ita determinat Cor.in conſi.clvij. licet

volumi.j.& hoc eſt verum, quando ipſa mulier promittit ſecũdo marito, ſecùs ſi eius pater, vel alius: nam tunc incidimus in aliam q. an is promittens, cenſeatur animo compẽſandi cum dote data primo viro ab eius hęredibus exigenda, & recuperanda promittere, ita vt ſecundus vir habeat quantitatem promiſſam, prima dote cõputata, an potius vltra prædictam dotem, velit & iſtam promiſſam habere: & ſuper iſtam q. reſponderunt, Soci.in conſi.100.ſuper controuerſia.volu.iij.& Cor.in conſi.cij viſis in cauſa. volu.ij. ad fauorem mariti, quod vtrunque debeatur tanquam vna dos aucta: excluſa ratione cõpenſandi militantibus contra eam pluribus cõiecturis, & præſumptionibus, de quibus ibi per eos: Et de iſta q. loquitur Nicol. Boër. citans plures in deci.cxxxvij.& Signo.de Homo.in conſil. ccl.ſuper dubiis.nu.10. Guid.Papæ in q.ccclxxv.

35 Vltimò † notandum eſt, quòd opus eſt probare plenè, dotem primo viro datam fuiſſe: vt ſecundus vir obtineat in iſta tacita dotis conſtitutione: nec enim ſufficit probare, quòd primus maritus in ſuo teſtamento legauerit vxori dotes ſuas, quas confitetur recepiſſe, & quòd mulier poſtea aduerſum illius hæredes, mandauerit ei actiones, ad dictas dotes exigendum, vt in his terminis conſuluit Alexan.in conſi. cxxij. col.j. vol.7. quia dicit, quòd legatum, & confeſsio dotis receptæ, non probat dotem datam & pręſertim ſi fiat parte abſente, & ideo opus eſt aliter conſtare de debito. Nec releuat, etiam fuiſſe expreſſam

pressam certam quantitatem, in quo casu valet legatum, etiam constito, quòd nihil deberetur, vt per Cor. in consi. ccliij. viso processu. colũ. iij. nume. 6. versi. circa merita. volu. iij. l. si non designata in fin. C. de fal. cau. adiect. quia, id quidem facit, vt iure legati relictum valeat, non vt inde probetur, dotem primo viro fuisse datam, & non legatum, inducit istam tacitam dotis constitutionem, sed veritas facti, quòd primo viro certa dos verè fuerit data, & ita procedant leges in hac materia superiùs allegatæ. Adde quòd & plenissimè probat in terminis nostris, conclusionem hanc Rolan. in q. lxxx. quid si vxor. Bald. tamen in consi. cxl. confessio viri in lib. v. in antiquis. tenuit in alio proposito in vim probationis dotis datæ huiusmodi confessionem sufficere.
36 Secundus † est casus, quando nunquam aliqua dos reperitur constituta, vtrum præsumatur dos aliqua constituta marito, qui de dote aliqua non conuenit. & regula est contra maritum, improbata Aristotelis sententia, quam refert glo. in l. mulier bona. ff. de iur. dot. dum voluit in Topicis, in dubio censeri mulierem omnia bona sua dare in dotem, viro suo. ita asserit Deci. & Curt. in dicta autenti. præterea, & Bart. in d. q. mulier habens amplum. Soci. Iun. in consilio viij. in lib. ij. & in l. si constante. vbi Ias. & cæteri, solu. matri. Lau. Calca. pluribus id tenet in dicto consi. xj. in j. & ij. col. Ang. in dicto consil. cccxxxv. statuto communis Bononiæ. Alexã. in consi. cxliij. circa primum. colum. j. volu. v. & in con

in consi.cxlij.viso statuto.lib.vij.& in d.consilio cxxij.eod.volu.Cor.in consi.cxxvij.licet in hac volu.iiij.Deci.in consi.cccccxxj.Ludo.Roma.in consi.cccxiiij.Bald.in d.l.nulla.C.de iure dot.& in l.fina.C.de senten. quæ sin.cer.Ruin.in consi. ccxxiiij.volumi. j.& alibi passim per Doctores. Verùm ex coniecturis sæpè aliud iudicatur,& ideo Deci.& Curt. in d.autenti. præterea. dixerunt,ad hanc regulam plures dari limitationes, & de his nos dicere oportet.Adde quòd Rolan. ponit hunc casum, in q̃ō.lxxj. & in sententiam prædictorum ex pluribus transit.Et primò Cur.
37 in d.autent.præterea.nu.13.dicit limitari,†vt ea intelligatur non omnia bona in dotem dedisse, sed pro congrua quantitate,& allegat Bal.in d. consi.cij. mulierem maritus. qui hoc non dicit, nisi cõcurrentibus aliis indiciis,præsertim longa possessione de bonis, vt dotalibus. & ista limitatio nullo modo est recipienda, secundum Curt.ibi ponderando,quòd si videretur pro cõgrua quantitate dos data,ille text.nunquam locum haberet,quoniam,illius autenti.dispositio, secundum omnes,non procedit stante congrua dote mulieris. & certè ista limitatio, si vera esset,destrueret prẹfatam conclusionem,quẹ fundatur in ratione,quia matrimonium esse potest absque dote,etiam muliere habente bona.l.fin. C.de repud.l.ex his C.de dona.inter vir.& vxo. & aliis multis,de quibus per Lau.Calc.in dicto consilio xj.&Cor.in dicto consilio cxxvij.licet: quia dos non se habet vniformiter ad matrimoni

monium.Bald.in autenti.res quę.C.commu.de-
lega.& in dicto conſilio cij.maritus vxorem du-
xit.Rolan.in quæſti.lxxiiij.num.9.contra iſtam
limitationem videtur tenere, aliquot allegans
38 vt ibi per eum. Secundò † limitatur ex conſue-
tudine:quoniam, ſine dote nubere non ſoleant
mulieres,ſed potiùs omnia bona in dotem dare
conſueuerint,vt dicit Curt.in dicta autent.præ-
terea.nume.13.verſicu.limita tertio.Bal.in dicta
autenti.res quæ.verſicu.ſed nunquit. Alexan. in
conſilio cxliiij. circa primum. nume.ij. volu. v.
vbi refert Bald.ſic ſaluare ſententiam Ariſtote-
lis.& in conſilio cxlij. viſo ſtatuto. lib. vij. & in
conſil.cxxij.viſo proceſſu.nume.9.eod.volumi.
Corn.in conſi.cxxvij.licet in hac.Et Alexan. vbi
ſuprà,allegat ad hoc l.excepto.C.de loc.l.quod
ſi nolit.§.aſsidua.ff.de ædil.edict.l.ſi prius.§.re-
ctè placuit.ff.de aqua plu.arc.& ſimilia quæ ſo-
lent allegare, vt ſecundum conſuetudinem vi-
deatur initus contractus. Sed caue,quòd ex hoc
ſolo dos non eſſet inducenda, vel iudicandum
pro dote,quoniam contractus dotis eſt quid fa-
cti,& factum non pręſumitur.l.in bello.§.factę.
ff.de capt. & poſtli. reuer. quantumuis illud fa-
ctum, fieri conſuetum ſit, quoniam non probat
hoc eſſe,quod de facili, & frequenter, id ab hoc
contingit abeſſe,vt dicit Bald.in hac materia.in
dicto conſilio cij.l.non hoc.C.vnd.legi.& alle-
gata. de d.l.excepto. & ſimil. procedunt quo ad
interpretationem contractus, poſtquam eſt in
eſſe deductus, ſed vbi non apparet, quod in eſſe
fuerit

fuerit deductus, quòd præsumatur factus, nulla consuetudo potest id suadere. intellige igitur hanc limitationem pro vna leui cõiectura, apta ad adiuuandum alias, sed per se non sufficeret ad præsumendum dotem datam. Aduerte quòd Rolan. in dicta quæstio. lxxj. nume. 11. intelligit, quando cõsuetudine censeretur mulier dotem dedisse, & in hoc casu sicut potest per statutum induci, vt bona sua dicatur in dotem dedisse, limitatio prædicta esset vera: quia ita debet posse per consuetudinem fieri, aliàs ex eo, quòd sint solitę mulieres dotem dare, secùs est dicendum.

39 Tertiò †limitatur, quando mulier esset inferior marito, quia dignus esset omnia bona mulieris in dotem habere, & refert Curt. vbi s. in versic. iiij. limita. Martinum de Fano id dixisse, qui allegatur à Barto. in d. l. si constante. nume. iiij. quęstio. iij. princip. in fin. & facit dictum Bald. in d. l. nulla. nume. 2. versicu. si autem. & diffusè per Lau. Calca. in dicto consilio xj. colum. iij. Dec. refert in consilio ccccc xxj. nume. 8. Soci. in consil. lxxxj. non est dubium. nume. 6. volumi. iij. Alex. in consil. cxxij. volumi. vij. Sed nec ista limitatio mihi placet, nisi pro vna leui coniectura, de se non sufficienti, ad præsumendum dotem, prout Deci. Alexan. & Soci. vbi suprà, etiam displicuit & Rolan. in d. q. lxxj. nume. 10. istud, quod sit verisimile à communiter cõtingentibus matrimonium non fuisse sine dote attenta dignitate personæ, & cõsuetudine loci, operatur, vt si de dote data extet confessio, illa probet dotem etiam

quo

quo ad tertium, vt per Fulgo. in consil. cxxxiij. & Bal. in cõsil. ccclxxxix. Dominus. lib. j. in anti-
40 quis. Quartò † limitatur. nisi maritus bona mulieris possederit, vt dotalia, sciente & patiente vxore sua, tunc dos præsumitur constituta, vt voluit Barto. in dicta quæstio. mulier habens. in solut. Bald. in dicto consilio cij. mulierem maritus. Stepha. Bertran. in consilio clx. in fin. lib. ij. Laur. Calca. in dicto consilio xj. colum. iiij. Ang. in dicto consilio cccxxxv. statuto communis Bononiæ. Bald. Nouel. in tracta. de dot. in vj. par. priuil. xiiij. in fine. & istud non potest negari, quin præsumptionem dotis concludat, ex quo maritus sub nomine dotis possedit: & hoc sequitur Rolan. in quæstio. lxxiiij. nume. 13. in fi. Nec refert, quòd verbis, vel instrumento dos
41 non probetur expresśim constituta: † quia nudo consensu dos constituitur. l. ad exactionem. C. de iure dotium. & consensus tam nutu, & facto, quàm verbis declaratur. l. nutu. de lega. iij. l. vbi non voce. de regu. iuris. l. Labeo. de supel. lega. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in possesś. eatur. l. item Labeo. ff. de pact. dotal. ita inquit Angel. in dicto consilio cccxxxv. statuto
42 communis. Sed dubitatio est, † quanto tempore possedisse marito opus sit. Profectò si possedisset per decennium, res esset clara: iuxta ea, quæ dicit Domi. Alci. post alios in l. si certis annis. C. de pact. & Ias. in l. secunda. versicu. decimosextò quæro. C. de iure emphyteu. & not. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. quòd si aliquis quasi
emphy

emphyteuta ſoluerit per decennium canonem, præſumitur emphyteuta.& titulus præſumitur per poſſeſsionem decennalem ſub eo nomine habitam,ſecundum prędictos,& ſic procul omni dubio,in hoc caſu dos præſumeretur.At difficultas eſt,quando minori tempore poſſediſſet. & Barto.in dicta quæſtio,mulier habens in ſol. in colum.ij.verſic.concedo.vult ſufficere triennium,ſi id ex teſtamento haberi contingat,aliàs titulus non præſumatur. Tu aliud teneas in iſto caſu, quòd quantumuis modici temporis poſſeſsio prædicta, ſufficiat ad præſumendum dotem: quia per indicia poteſt de dotis conſtitutione probari, vt dixit Lau. Calca. in dicto conſilio xj.& Bald. in conſilio clxxxv. punctus. in libro v.& vult Abb. in conſilio xlvj.tria. nume.3.libro j.dum ibi arguit ex augmento dotis, quòd præſumatur priùs dotem fuiſſe in bonis conſtitutam, quæ adminiſtrauerat: ideo pro præſumptione, & indicio concludenti, debet ſufficere, poſſeſsio illa habita ſub nomine dotis, cum ſubſit matrimonium, quod eſt cauſa dotis.l.j.ſolu. matri. & concord. Ad deducta ex not.in d.l.cum de in rem verſo.& in d.l.ſi certis annis. & ſimil. reſpondetur quòd procedunt, quando pro præſumendo titulo aliud, quàm ſola poſſeſsio, non deducitur, hîc autem deducitur cauſa tituli, ſcilicet matrimonium, quod cum ſit oneroſum, facilè inducit præſumptioné dotis datæ, vel conſtitutæ, maximè arguendo, à communiter contingentibus, pro quo poteſt

conſid

considerari, quòd sicut quando præcedit aliqua causa possessionis de aliqua re habitæ, possessio ad pręambulã causam refertur, vel pretextu pręcedentis causæ præsumitur capta. l. quædam. ff. de publ. in rem actio. l. ij. C. de acquir. poss. Ita matrimonium, quod est eius causa pręambula, debet præsumptionem addere illi possessioni qualificatæ scilicet sub nomine dotis habitæ, quòd dos constituta exinde satis pręsumatur ad sic iudicandum, iuxta superius dicta. & in ambiguis iudicandũ est pro dote. l. in ambiguis. de reg. iur. cum concord. Aliqui etiam attentarunt dicere, quòd simplex possessio mariti, de bonis vxoris, ea sciẽte, & patiente, faciat præsuptionẽ dotis. Sed hoc
43 est falsum: † quoniam patientia in permittendo aliquem bona sua possidere, est duplex, vna informis, altera formis. quę est in formis, id est sine causa: nullum ius tribuit, vel aliquem effectum non parit, argu. l. traditionibus. de pact. l. nuda traditio. ff. de acquir, rerum dom. formis verò patientia, idest quæ sub aliquo titulo pręstatur, parit iuris effectum: ita tradit Bar. in d. q. mulier habens amplum. illa ergo informis non releuat. nec matrimoniũ dicatur habere se pro causa possessionis, quoniam hoc est falsum, vt dicã inferiùs. hoc adeo verum est, quòd patientia mulieris informis non releuat, vt si x. annis possederit vir nihil adiuuetur: vt secũdum communẽ opinionem ita tenendum esse dixit Rolan. in q. lxxiiij. nu. 8. Hinc
44 † Cor. in cons. cclxxxij. circa à nu. 31. vsque ad nu. 58. vol. j. possessionem, quæ ex parte mariti proba

F batur

batur in bonis mulieris noluit ſufficere ad præſu mendam dotem: quia vel iure familiaritatis, vel alia de cauſa, quã dotis potuit ea poſsidere, & hoc
45 dixit Rolan. in d. q. lxxiiij. nu. 11. Et in caſu † ſuo multæ coniecturæ fuerunt hinc inde allatæ. Pro dote allegabatur diuturna mariti poſſeſsio bonorum & ſolutio gabellæ per eum facta de illis, vt ſibi in dotem datis, & ęſtimũ in quo fecerat illa pro ſe ſcribere. iſtã cõiecturã de æſtimo allegat etiam Lau. Calca. inter alias in d. cõſ. xj. quia æſtimum, licet non probet dominiũ, vel poſſeſsionem eius, ſub cuius nomine ſunt deſcripta, l. quod quis. ff. de acqui. re. dom. tamẽ in dubio præſumptionem facit. Bal. in l. quidam. ff. de cond. inſtit. & aliis de quibus per Calca. vbi ſuprà. Ex aduerſ. conſiderabat Cor, pro coniectura contraria qualitaté perſonarum, difficultatem, ſeu impoſsibilem maritantis filiam, in dando tunc dotem, & famam, quæ erat, quòd ille duxiſſet vxorem ſine dote: quæ cùm concluderent dotem non fuiſſe tempore matrimonij conſtitutam, poſteà ſuperuenientibus bonis mulieri, fuiſſe conſtitutam non credebatur. & reſpondebat ad coniecturas, ad primum de poſſeſsione, vt ſuprà diximus, & ad illas duas de ſolutione gabellæ, & æſtimo: quòd non appareret ſciente id vxore, feciſſe: ei non pręiudicabat aliquo modo: & maritus poterat id feciſſe, vel in fraudem, vel ad ſui pompam, ſeu exiſtimationem concitandam: ideo non concludebant ad dotem vt oportet probari ex parte eius, qui eam allegat, ſecundum Cor. in cõſi. cxxvij. licet in hac. vol. iiij.
Calca

Calca.in d. consilio xj. Aliæ verò coniecturę constitutæ dotis, considerantur à Soc. Iun. in consilio viij. volumine secundo. & à Roland. in dicta quæstione lxxiiij. numero 12. vt confessio mulieris, vel etiam præsente socero: vel legatum dotis & eius cõstitutio à patre facta, & possessio vt de dotalibus, hæ concludunt ad dotis constitutionem. Porrò in casibus, in quibus dotem tacitè constitutam, coniecturæ aliàs suaderent: nihilominus tunc non præsumetur, si minor mulier fuerit, vel talis. quæ expressim constituere non potuerit, sine certa solennitate dotem: ita limitat Lud. Roma. in consi. cccxiiij. in casu propositæ. & Cor. in consilio iij. in præsenti, columna penultima, volumine iij. post Bar. in dicta quæstione, mulier habens. & alios suprà in simili quæstione citatos. Quod quidem Roma. intelligit etiam si maritus perseuerauit in dicta possessione, postquam mulier facta est maior, quia (ait ipse) initiũ possessionis est inspiciendum. l. clam possidere. de acquir. poss. Circa quod aduertit Lau. Calca. in dicto consil. xj. quod post lapsum quinquennij, à die cõpletæ legitimæ ætatis inducitur ratihabitio alienationis factæ tẽpore minoris ætatis. l. fi. C. si maior. fact. rat. hab. & si longissimũ tempus est elapsum, inducitur præsumptio decreti & omnium solennium: iuxta tradita in l. sciendum. de verborum obligationibus. & in l. qui in aliena. ff. de aquirenda hæreditate. & propterea non poterit huiusmodi dotis constitutio tacita impugnari. Secundò limitatur, in bonis prohibitis alienari: tũc nõ vide-

bantur in dotem tacitè data:Soc.in d. conſ. lxxxj. non eſt dubiũ in fi. vol. iij. de quibus infrà dicam. Tertiò non præſumetur tacitè conſtituta in nominibus, & creditis, quia iſta non poſsidentur. Ita limitant Bald. in cap. primo. an maritus ſuc. vxor. Calca.in d. conſ. xj. nume. quarto. Alex. in d. conſ.cxxij. nume.10. volu. vij. Guid. papæ in q. cccclxx. Roland. non paucis tenet in quæſt. lxxxj. quòd in tacita dotis conſtitutione, ratione ſecũdi matrimonij ſimplititer contracti, non cenſeatur aliquod nomen dotis primę datum in dotẽ. Aliud eſt in tacita, quæ vel ſtatuto vel legis diſpoſitione inducitur: hæc cùm non inducatur ratione poſſeſsionis, poteſt & nomina comprehendere: vt vult Corn. in conſil. clvij. vol. primo, Bal. Nou. in tract. de dot. in vj. par. in priuil. lxxj. Alio etiam in caſu videtur tacitè dos conſtituta, quando ſcilicet aliquod relictum factum fuiſſet mulieri pro dote in teſtamento: poſtea ſi nubat, de dote mentione non habita: illud legatum videbitur tacitè in dotem datum: quia ad illam fuerat deſtinatum: ita conſulens Rui. dicit in conſilio ccxxiiij. proſequendo. volumine primo. num.10. extendit id etiam ad legatum ſimpliciter factum, quia intelligitur pro dote factum, & pręſertim cùm fit ſub commemoratione matrimonij, quando nupſerit, per multa quæ ibi allegat: & poſt eum conſuluit pleniſsimè Socinus Iun. in terminis fortioribus in conſilio viij. in lib. ij. nam voluit, quòd legatum dotis præcedens, videatur in dotem datũ marito à muliere, etiam

minore & ideo ſtatutum diſponens, virum lucrari dotem ſibi conſtitutam, procedat etiam in hoc caſu, in quo expreſsim non fuit marito conſtituta dos & reſpondet rationibus contrariis vt ibi per eum. Quandoq; ſolet dubitari, de verbis prolatis per mulierem, in traditione bonorum ſuorum facta marito, vtrũ ex illis probetur dos conſtituta:
46 ideo aduerte, quòd † ſi mulier nubẽs. Titio dixit, Ego do tibi me, & mea, alio nõ expreſſo, tunc bona cenſebuntur in dotem data. Bal. in l. nulla. nu. ij. C. de iur. dot. per text. in l. quod autem. ff. de iur. dot. & eũ referẽdo ſequitur Alex. in conſi. cxliiij. circa primum. colum. ij. in vol. j. & idem Bal. citando. Nic. de Matar. in l. fi. nu. 10. C. de ſent. quæ ſine cert. & Lud. Roma. in cõſi. xliiij. ex ſuprà narrato. nu. 4. verſ. ſuperuenit poſtmodum. idem tenet Roland. in q. lxxij. Si autem dixerit, Trado tibi me & mea bona, tũc aliud iuris eſſe exiſtimãt præfati Doctores, & Bal. in d. l. fi. aſsignat rationem differentiæ: quoniam verbum, Do, importat tranſlationẽ dominij. §. ſic itaq;. inſtitut. de actio. Sed verbum trado importat nudum factum. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verborum obligationib. Cũ ergo mulier in primo caſu intellexerit dominium transferre in virum, intelligitur id voluiſſe ex cauſa dotis, propter matrimonium ſubſiſtens inter eos: cùm de alia cauſa non appareat ad quam potuerit in dominio transferendo ſe referre. ſed in ſecundo caſu, de voluntate dominij transferendi non apparet: ergo traditio mera, non poteſt ad cauſam dotis ſe referre. hoc dicit verũ

esse Roland. in quæstione lxxiij. vbi maritus tantis bonis nõ fuisset dignus, secùs si dignus fuisset, tunc dotem per eorum traditionem constituisse videtur: sed hoc mihi non placet. Baldus Nouellus in tract. de dote in sexta parte. in priui. xix. voluit, imò ex sola, & nuda traditione bonorum, per mulerem facta tempore matrimonij, vel post eo constante, videri in eis dotem constitutam, vt videatur mulier tradidisse bona ex causa dotis, & hoc propter matrimonium subsistens inter eos & onera matrimonij, arguens de promissione ad traditionem, iuxta l. finalem. C. de lege Falcid. nam, si promissio inter sponsum, & sponsam de aliqua pecuniæ quãtitate intelligitur ex causa dotis facta, quamuis ea expressa non fuerit, dicta l. quod autem. l. tali. ff. de iure dotium. ergo traditio quoque debet intelligi ex causa dotis facta, vt videtur arguere Calcaneus in dicto consilio xj. columna secunda. Et Cornelius in consilio cclxxxij. numero 36. volumine primo. & Baldus in capitulo primo. an maritus succed. in fine. Nec obstat si dicatur dictã l. quod autem. loqui in stipulatione, in qua promisi restituere certam quantitatem pecuniæ, soluto matrimonio: & ideo mirum non sit si ea, intelligatur ex causa dotis: quia aliter non poterat interpretari, cùm præcessisset dotis datio. vel secundò quòd debeat ille textus suppleri, secundum gloss. ibi, ex eo quòd extrinsecus apparebat. quia extrinsecus constabat, ex causa dotis illam promissionẽ emanasse: vt his duobus

illum

illum tex.procedere intellexit.Bar.in d.q. mulier habens.in solu. Nam replicando subiicit Nouel. quòd alter est diuinatiuus alter, verò non conuenit titulo. l. Imperator ff. de in diem addict. quia in titulo de iure dotium non tractatur de restituenda dote, sed promissione, & stipulatione dotium: & ideo dicit se consuluisse in facto quod cùm mulier probaretur tempore matrimonij, dixisse Viro trado me & mea bona tibi, vel verba similia, & posteà vir, ea possedisset longo tempore, dos censeretur in his constituta: facitque differentiam, an mulier ipsa tradiderit bona, an verò vir appræhenderit bona absque illius traditione, & ea patiente, & sciente possederit. Tu potes ad argu. Nouelli respondere, negando consequentiã de promissione ad traditionẽ quoniam promissio, cùm sine causa non valeat. l. ij. §. circa. ff. de doli exce. & interpretatio, pro eius validate, sit facienda. l. quoties: de reb. dub. Credendum est ibi causa dotis eã propter matrimonium emanasse, quoniã, quando vna tantũ causa potest adduci, illa habetur ꝓ expręssa: vt per Bal. & Ias. post gl. ibi. C. de fideic. Sed in traditiõe cessat hoc: nã potuit fieri causa administrationis cõmittẽdę, ideò necessariò nõ cõcludit ad causam dotis, sicut promissio: & stãte ratione differentię nõ procedit ęquiparatio: per d. l. fi. Nec ex cõtractu matrimonij, infertur ad cõtractũdotis: q̃a matrimoniũ põt esse sine dote: & ad positionẽ vnius, nõ seq̃tur necessariò positio alterius: vt dicit Bart. in d. q. mulier habẽs, nu. 8. in viij. opp. ꝑ ea, quę ibi alleg. Neq;

multam vim facio, inter casum patientiæ, præstitæ, in possidendo, vel traditionis factæ, sed in causa, ex qua præstatur patientia, vel fit traditio: quia absque causa, est vtraque informis effectum iuris non patiens: secundum Bart. in dicta quæstione, mulier. & patientia habetur loco traditionis. l. secunda. C. de acquirenda possessione. & ibi Doctores & Rui. in consilio clj. viso. numero 11. vol. quinto. qui loquitur in statuto loquēte de dote tradita lucranda. Vnde consultatio Nouelli, non videbatur ex his valde sustineri. Cùm
47 autem † dos semel fuit constituta, si posteà aliquid traditum marito comperiatur, multominus creditur ex causa dotis traditum: quia cessat illa necessitas, id præsumendi: cum matrimoniū, propter quod contrahendū dos datur, sit cōtractum & mulier dotata dicatur antea: tūc clariùs, & euidētioribus probationibus, necesse est probare id, quod est traditum, fuisse datum in dotis augmentum: secundum Bal. in d. l. fi. nu. 6. C. de sen. quæ sine cer. & in l. nulla. C. de iure dot. Bal. Nouel. vbi suprà. Dec. in cōs. ccccxxj. col. iij. vbi consuluit in magna causa: quòd summa pecuniarum quā mulier dicebatur in instrumēto dare pro supradotibus, non intelligebatur data in augmētum dotis, sed tanquā parafernalis. Parafernalia enim sunt, quæ dantur marito in administrationē supra dotem secūdum eum ibi, & Gui. Papæ in q. cccclxx. l. hac lege. l. finali. C. de pactis conuent. & ad illas clausulas instrumenti, scilicet ad habendum &c. & ad faciendum perpetuò quicquid &c.

Item

Item ad clausulam constituens procuratorem in rem suam &c. respondebat, verificari respectu fructuum, quos posset habere vt de bonis parafernalibus, quousque ipsi mulieri placuisset, illa bona seu pecuniam maritum habere,& possidere: vt latissimè ibi per eum.
48 Vbi†autem de augmento dotis constat, minimè esset dubitandum, quin in eo etiam statutum de lucro dotis, locum sibi vendicaret: quoniam idem ius est de augmento, quod de ipsa dote. l. etiam. C. de iure dotium. Bartol. in l. inter. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus. l. ex toto. §. primo. de leg. primo. Paris. in consilio cxxvj. in primis & interminis huius statuti ita dicit Rui. in consilio cxxxvij. in volumine quarto. & in dicto consilio ccxxiiij. numero 9. versiculo, & prædicta procedunt. in columna quinta. volumine primo. Abbas in consilio xlvj. tria. volumine primo. Et Ioan. Camp. in tract. de stat. dot. in quæstione xix. & sequitur Roland. in quæstione centesima, nunquid, vbi hoc pluribus comprobat similibus, vt ibi per eum.
49 Quid modo,†si dos est promissa, sed nõ expressa certa quãtitate: an videtur promisisse totũ suum patrimoniũ in dotẽ? Ad arbitriũ boni viri censeri promissam Roma. existimauit in d. cõs. xliiij. ex supranarrato. l. cũ post. §. gener. ff. de iur. dot. Bal. in d. l. fi. num. 9. C. de sent. quæ sin. cert. & facta declaratione per arbitros, maritus eius partem lucrabitur secundum statuti dispositionem, inquit
50 Roma. in d. cons. xliiij. Nouissimè†dubitari contingit vtrum maritus, qui ducit vxorem sine dote,

posſit eam (matrimonio conſtante) compellere ad ſe dotandum de bonis, quæ ipſa poſsidet. Et Socinus in conſilio lxxx. præſens. in columna fin. in volumine iiij. tenuit quòd ſic: & Lup. idem tenuit in cap. per veſtrum. in iij. not. §. ij. ampliari etiam poſſunt: volens per indirectum, eam compellere poſſe, denegando illi alimenta, & de domo expellẽdo: quoniã, quod dicitur maritum, ſi contraxerit matrimonium mentione de dote non habita, teneri nihilominus vxorem alere, nec eam expellere poſſe propter non datam dotem. l. quod ſi nulla. ff. de relig. & ſump. fun. §. quoniam. in autentica qui. mo. nat. effi. leg. §. ſi quis enim. auten. de nup. procedit, ſi mulier eſt inops: ſecùs, ſi bona poſsidet, & eſt diues: tunc æquum eſt, quod det dotem, quamuis à principio ni-
51 hil de dote fuerit dictum, quemadmodum, † ſi quis iurauit accipere talem in vxorem, intelligitur tamen id, quòd talis mulier det dotem. Bal. in capitulo, iurauit. de probat. ita dicit Lupus ibi. contrarium tenuit Rip. in l. ſecunda, nu. 43. ſol. mat. Poſt Bart. ibi. & Alex. in l. ſi donationis. §. ſi quis indebitum. ff. de cond. ob. cau. & Lau. Calca. in conſilio xj. colum ſecunda. Alex. in conſilio clxix. viſis inſtrumentis. nume. iij. lib. vij. vbi poſt Paul. de Caſt. & Doctores in l. ſi ſocer. ſoluto matrimonio dicit, quòd maritus debet ſibi imputare, quòd vxorem voluit abſque dote: & quòd, quamuis ſecundum veras & communes opiniones filia quæ nupta eſt abſque patris conſenſu poſsit ipſa, patrem compellere, ad ſe dotan

tandum, quoniam pater non liberatur ex eo, quod maritata eſt, non promiſſa dote, ab illa dandi dotem obligatione, de qua per l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. & in l. obligamur. ff. de actionibus obligationibus. ſecũdum quamplurimos Doct. allegatos ibi per eum. Et Iaſ. in §. fuerat. nu. 97. inſtit. de actio. & in addit, ad deciſ. Toloſan. cclxxxix. Item fuit quæſitum ſi filia. tamen maritus ipſe, nõ habet ius contra mulierem, vel patrem ad dotẽ aliquã petendũ, & ꝙ poſsit eã expellere quia non dat dotẽ, eſt verũ duntaxat in caſu, quando dotẽ promiſsit & eam nõ ſoluit: ita reſpondit Calcan. & Rip. vbi ſuprà. & Bald. in l. fi. C. de ſent. quæ ſin. cert. quanti. mihi placet opinio iſtorum, præſertim in muliere, quæ patrem non habeat, à quo ſibi dos debeatur: nam ex eo, quòd ſit decens, & honeſtum matrimonium habere dotem: non competit actio, vel ius dotem petendi, nec tacitè videtur ſenſum de dote inter partes: quia imò videtur placuiſſe contrarium, ex quo matrimonium contraxerunt ſine dote, de qua, certè conueniſſent, ſi cum dote matrimonium eſſe voluiſſent, & poſsibile eſt, quod maritus libenter eam duxerit, abſque vllius dotis ſpe: & conſtitutio dotis, eſt conditio extrinſeca matrimonij: Sed conditiones extrinſecæ, non intelliguntur niſi exprimantur. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verborum obligationibus. ideo teneo contra Soc. in d. conſi. lxxx. quod maritus non poſsit vxorẽ compellere ad cõſtituendam dotem, vt eius partẽ lucretur ex forma ſtatuti

tuti

52 tuti. Limita † hoc, nisi pater mandasset filiam maritari, vel simpliciter consensisset matrimonio, quod fuisset contractum sine dote: tunc crederem, quòd marito liceret petere dotem: quasi tunc pater intelligatur dotem dare velle: vt dicit Lup. vbi suprà, allegans Bartol. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. soluto matrimonio. & alia, de quibus ibi per eum. Pulcher
53 casus occurrit, † vtrum si mulier, postquam patrem ad dotem sibi dandam instante marito obtinuit condemnari, moriatur: pòssit maritus ad exequutionem sententiæ procedere: vt dote præstita, secundum sententiam eius partem iuxta formam statuti lucretur. & Rui. in consilio cxxxj. considerans. libro quarto. consuluit, quòd non: quia impossibile est cum in vita mulieris nulla dos fuerit, post eius mortem, soluto matrimonio, dicatur, & incipiat dos esse: & quia officium iudicis ad dotandum, finitur per mortem mulieris, & ex parte eius non est transitorium ad hæredes, licet ex parte patris, sit transitorium contra eius hæredes: sicut in alimentis contingit, ex parte alimentandi, finitur per mortem suam: tametsi non finiatur ex parte eius, qui alere tenetur. Sed inuenio Alexand. in consilio clxix. libro septimo. numero quarto dicere: quod, si filia, quæ poterat petere se dotari, hoc non fecit, nihilominus, filiæ hæres poterit hoc petere: & allegat Bald. in dicta autentica, res quæ. C. commu. de legat. qui pro hoc allegat gloss. Sed ipse videtur aliud velle citando

do Bart. & in apostil. allegantur plurimi. Ego puto Rui. veriùs dicere in terminis iuris communis. vbi autem ex conditione statuti, dos deberetur loco legitimæ, proculdubio transiret ad hęredes mulieris: vt dixit Alex. in d. consi. clxix. nu. 11. præterea si statuta. non tamen crederem ob id fore locum statuto de lucro dotis, quia sub nomine dotis id non potest ad hæredes transire, vel deberi post eius mortem tanquam dos, iuxta ea, quæ dicit Rui. in consilio ccxxv. in volum. primo.
54 nu. ij. & nu. 7. ad finem. Quæri etiam potest, † an statutum de lucro dotis vendicet sibi locum in dote profectitia? Dubitationem facit cõsi. cxxxj. præallegatum Ruini: dum ibi vult, quòd statutum virum succedere morienti vxori sine liberis in dote volens, non procedat in dote profectitia stante eius patre, quia ad patrem debet redire: sicut de iure communi redit ad patrem, etiam stantibus liberis eius, secundum vnam opinionem magis veram, & communem in l. dos à patre. C. soluto matrimonio. Bald. in l. post dotem. numero 28. versiculo, quinto quæro. solut. matri. & ibi Alex. Ias. & cæteri. Alex. in consi. cxv. vetus. lib. primo. & in consilio lxvij. lib. vij. Abb. in cõs. cxv. lib. ij. Dec. in consilio cvij. & Doctores alibi passim. & hoc quia in profectitia mulier non habet hæredem: sed pater eam occupat iure peculij. l. prima & secunda. ff. de pecul. sicut ergo non habet mulier in hoc casu hæredem de iure communi: ita illo statutario iure, non debet habere in eo casu hæredem, quia statutum debet ad ius

com

commune reſtringi, iuxta vulg. ita vult arguere Ruin. in dicto conſilio cxxxj.& quamuis conſuetudine opinio M. fuerit contra communem approbata, reſpectu filiorum, vt filios in dote ſucceſſores, vel etiam hæredes mulier habere poſſit, illa tamen conſuetudo non fuit reſpectu aliorum hæredum, nec extenditur ad alios, vt dicam infrà. Sic ergo ſecundum vtranque opinionem ſuſtinetur argumentum quòd, de iure communi, in dote profectitia, non habet mulier aliquem hæredem extraneum: ergo nec per ſtatutum (vt dixi) habebit virum hæredem. Solue quòd, cùm dos filiabus hodie detur loco legitimæ, quia ſtatuta per totam Italiam ſolent eas excludere ab hæreditate parentum: in illa hæredes habent vt dicam infrà.& propterea ſtatutum in profectitia locum poteſt habere, vt maritum in ea etiam dote ſuccedere poſſe dicamus. Vel ſecundo fortè dici poſſet, quod ex Ruin. caſu non poteſt inferri ad hunc ſtatuti, quia ibi dum defert iure hæreditario, poteſt ad ius commune referri, intelligendo prout de iure communi, dos defertur iure hæreditario: vt eo iure quatenus deferri poteſt maritus dotem habeat: ſed per hoc ſtatutum, lucrũ dotis non defertur iure hæreditario, ſed potiùs iure particulari ex cõtractu, vel ſtatuto: ideo non poteſt illam interpretationem pati: Sed deferri cenſetur per ſtatutum, non obſtante cuiuſuis prætenſione, vel iure, & id ſtatuto noſtro expreſſum eſt, & per hoc videtur cõcluſio Ray. per Alex. in l. poſt dotem. in fi. & Iaſ.

num. 32. iuxta istam. soluto matrimonio. approbata. & per Alexan. in consilio cxxxiij. super quęsitis. nu. 5. ver. pro hoc etiam. volu. v. & in consil. v. circa primum. nu. 15. in col. fi. vol. iij. & alibi: dum voluit, quòd si pater dat pro filia, dotem marito: & ab eo stipulatur dotem sibi restitui, in omnem casum &c. stante statuto de lucro, poterit nihilominus dotem lucrari: nec fit contradictio, quia dos sit profictitia, fortè quia illa stipulatio intelligitur, saluo casu illius statuti: in quod tacitè partes videntur consensisse: iuxta ea quæ dicunt

55 præallegati Doct. vbi suprà. Superest † vt videamus, vtrum maritus de bonis feudalibus & similibus cõditionatis, lucrũ facere queat, iuxta huius statuti dispositionem. & quo ad bona feudalia, hoc negatur per Bal. in auten. res quæ. num. iiij. vers. quęro an ex forma. C. cõmu. de leg. per tex. in cap. primo, §. fin. de inuest. de re alie. vbi dicitur quòd ratione quartæ, vel tertiæ, quæ vel à Romanis, vel Longobardis fieri solet per mortem alterius coniugis, non potest feudum ad mulierem pertinere: ergo idem ratione, partis delatę à stautto per mortem mulieris, non poterit feudum alienari: idem tradit Bal. in c. j. an maritus succed. vxo. dum ibi dicitur, quòd maritus non succedit vxori in feudo, nisi de eo, ipse fuerit inuestitus. & Iac. Alua. hoc tenet in dicto capitulo primo. §. finali. de inuest. de re alie. Addens, quod non sufficit, maritum esse. de feudo inuestitum, nisi expressim de hoc etiam fuerit dictum. Et hanc conclusionem, quod statutum de

lucro

lucro dotis non procedat in feudis, faciunt Cagn. in dicta l. exigere. numero 29. versiculo, duodecima limitatio. & Curt. ibi. ff. de iud. Ias. in d. l. cunctos populos. in prima lectura, numero 29. & in secunda lectura. numero 65. C. de summa Trinitate & fid. cath. Fely. in capitulo primo. in columna penultima de sponf. & Marf. in l. finali. numero 70. versiculo, dicit. postea. Ias. ff. de iurisd. om. Iud. & Soc. Iuni. in cõsi. lxxij. nu. 50. lib. j. Rip. in l. ij. nu. 19. ver. vltimo dubitatur. solut. matri. & quamplures citat And. Tiraq. in tract. de retract. ligna. §. j. in glo. tertia, nu. iiij. ver. similiter & Caccialup. in tract. de feud. artic. quinto. nu. 12. & Ias. in dicta auten. res quæ. nu. 26. versi. an autem res prohibita. vbi dicit, quòd mulier potest in feudum dotem dare, dum tamen illud non det sub pacto, vel conditione lucrandi: & quamplurima allegat ad hoc: & determinatur an pater filiæ feudum in dotem dare posſit, determinatque pro affirmatiua durante vita ipsius, & iure suo: de quo per Curt. in tract. feud. in iiij. par. in iiij. q. princip. & per Marſ. vbi s̃. nu. 73. Roland. in quæstione liiij. tenet post disputationem pro ista parte, plures citans. Intellige tamen hoc, nisi feudum esset allodiale alienabile in quascunque personas. iuxta notata. in c. primo per illum textum ibi. de feud. non hab. propriã nat. in hoc casu, qua ratione potest per quẽcunq; cõtractum alienari in extraneas personas, eadem ratione, poterit alienari ex causa dotis, in maritũ. iuxta statuti dispositionem vt tenet Cagn. in d. l. exigere. num

nu.29.& Rip.in d.l.ij.nu.19.versic.vltimo dubitatur. ita aduertit limitando Rolan.in d.q.liiij. nume.19.exemplificans,quādo feudū datū esset sub clausula, & pro quibus dederit, &c. vt per eum ibi,hunc punctum diffusissimè pertractan-
56 tem. Eadē dubitatio † cadit circa bona emphyteutica, & idem resoluitur per Bal. in d.autent. res,quæ.nume.14.& in consil.cccclxxvj.ex actis. vol.iiij.vbi dicit, quòd vir non lucratur de bonis emphyteuticis, in dotem datis, quoniam in illis non datur successio, vnde vir, & vxor. & Lup.in rub.de donat.inter vi. & vxo.§.xij. col.j. sed aliud mihi placet, ꝙ, scilicet respectu vtilis dominij, maritus possit de bonis emphyteuticis in dotem habitis, lucrari partem iuxta formam statuti: quia emphyteutica, respectu vtilis dominij,possunt per emphyteutam alienari in quibusdam casibus, etiam irrequisitio domino: & inter alios, ex causa dotis,cùm sit alienatio,non requiritur domini licentia:secundum Specula. in titu. de locat.§.nunc aliqua.versicu. cix.Socin.in consilio xxv. dominus Franc. nu.9. volumi.j.Alexand.in consil.clxxiij. viso thematè.nume. 1. volu.ij. vbi dicit ita cōmuniter Docto.tenere in c.potuit.extrà, de locat.quia ergo dominium, & ius vtile est alienabile, non est cur negetur lucrum, respectu illius, iuxta statuti formam: respectu autem iuris directi, non nisi per ipsum dominum directum, fieri potest alienatio, quoniam cuique de re sua integrum arbitriū disponendi saluū esse oportet.l.nemo

G exter

exterus.C.de Iudæis.l.in re mandata.C.mandat. Et dictum Bal.poteſt intelligi reſpectu directi, alioquin non video, quomodo ſuſtineri poſsit. nã quando emphyteuſis accipitur pro ſe, & ſuis hæredibus,& quibus dederit, ſi Doctores nolũt alienari rem emphyteuticam poſſe in quẽcunq; irrequiſito domino. Alexand.in cõſil.xcj.lib.iij. & in conſil.cx. lib.iiij.Bal.in conſil.cccclxv vol. v.& Bertran.in conſil.ij.volum.ij.poſteriorum. Alex.in conſil.cvj.& ſeq.in vol.iiij.Corn.in cõſi. cccxx.in ij.vol.Signor.in conſil.x. Marſ. in ſing. cccccx. Alber.Brun.in conſi.lxxx.Deci.in conſi. cccxcv. & in conſil.clxxj. Rub.Alexand.in conſil.x.Bello. in conſil.xxxiij. Afflict. in deciſ. cccvij.Ruin.in conſil. clxix.nu. 12. lib.j. Cur non in hoc caſu, in quo de iure eſt permiſſa alienatio etiam irrequiſito domino, & eadem poteſtas, vel licentia data eſt? ſi ergo diuerſa ratio reddi non poteſt in hoc, ſequitur quòd idem ius ſtatui debet.l.à Titio. de verb. oblig. cum concor. hoc probat Roland.in quæſtio.liiij. numero 21.

57 Quid dicemus† de bonis fideicommiſſo ſubiectis? vtrum de his,in dotem habitis,maritus poterit lucrũ facere,iuxta ſtatuti formã? & in hoc mihi vidẽtur conſiderandi quatuor caſus principales. Primus,quando teſtator relicta bona, vel hereditatem grauat mulieres reſtituere alicui, conceſſa illis poteſtate ſe dotandi de illis bonis.Secundus,quando relinquit dotem, & in ipſa dote ſpecialiter ſubſtituit. Tertius,quando in bonis relictis fit fideicommiſſum expreſsim, non

non conceſſa, neque prohibita alienatione ex cauſa dotis. Quartus, quãdo expreſsim ex cauſa dotis alienationem prohibuiſſet. Circa pri-
58 mum, † ſentio pro marito, quòd in præiudicium ſubſtitutorum, lucrum dotis, à ſtatuto delatum ſibi debeatur: vt conſuluit per plures rationes Haym. Crau. in conſil. clxxxvj. præſens conſultatio. col. iij. & iiij. nam teſtator permittendo eis dotationem, videtur permiſiſſe, quòd ſe dotent, cum ſolita ſtatuti conditione, de lucrando: tum quia hoc videtur de natura ipſius dotis, tũ quia teſtator cenſetur diſponere cõformiter ſecundum ſtatuta, & iura de dotibus: tum etiam, quia permittens antecedens, ſcilicet conſtitutionem dotis, cenſetur velle neceſſarium cõſequens, id eſt lucrum dotium, quòd ex ſtatuti diſpoſitione, neceſſariò conſequitur, & maritis obuenit per mortem mulieris ſine liberis. Addit quòd ſic eſt veriſimile, & quòd alioquin eſſet decipere maritos earum: vel quòd, aliter intelligendo impediretur matrimonium: quoniam ſine conditione lucrandi, mulieres maritos non inuenirent, & omnia multis autoritatibus, & iuribus deducit Craue. per duas magnas colũnas, & vltrà, de quibus aliquid his non tranſcribam. & hæc deciſio confirmatur multis autoritatibus, in indiuiduo facientibus, quas adducam in tertio caſu, qui fortior eſt, ſcilicet in terminis, vbi non reperitur expreſsim conceſſa dotatio. Secundus caſus, eſt diſputabilis. In eo pro vtraque parte, arguit Bal. in conſilio lxxix.

casus talis est, Zeno.lib.j.columna ij. Primò dicit videri, quòd portio statutaria, minuat fideicommissum paternum; quia ex quo pater legauit in causam dotis, ergo in tali legato, locum habent omnia statuta loquentia de lucro dotis, quia statutum trahitur ad legatum interpretatione passiua. l.j.§. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. Item ex quo promisit principale, id est dotationem, videtur & accessoriam, id est lucrum promisisse, id est lucrum ex forma statuti: nam accessoriũ intelligitur in suo principali inesse. l. ex diuerso. ff. de rei vendi. In contrarium allegat, quòd ex quo testator expressim substituit in dote, potẽtior est expressa substitutio, quàm tacitum lucrũ, quod prouenit ex statuto: quasi ex tacita volũtate, quoniam expressum restringit, seu cessare facit tacitum. l. ex facto. §. idem quæro. ff. de vulg. & pupil. fortè secùs si specialiter, & expresim in ipsa dote non substituisset. Tandem resoluit pro marito, quia substitutio de restituendo, intelligitur de eo, quod restitui potest, de iure, & de facto. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebel. Sed de iure non potest restitui pars, quę venit lucranda ex forma statuti, quia statutũ refragatur, dũ vult eam maritũ lucrari: quod iure publico deroget vtilitati priuatæ. d. aut. res quæ. c. cõmu. de leg. Item ex quo lex disponit de lucro dotis, & pater de dote, quæ est quoddam vniuersale, disposuit, de lucro dotis disposuisse intelligitur, quod est onus dotis. Itẽ pręsumitur quis velle, quod leges, & cõsuetudines, locum habe

habeāt in sua dispositione.l.quæritur.§.si venditor.ff.de ędil.edi.quoniā igitur pater videtur in lucro dotis consensisse, meritò illud non venit restituendū,tam legis dispositione,quàm patris voluntate restitutioni aduersantibus. Et iura quæ dicūt de fideicommisso, loquuntur in alio casu,quando,scilicet ius fideicōmissi, nō minuitur ex alia causa:hæc Baldus.Per ista & alia Rolan.determinat ita hunc casum in q.lvij. Verùm iterū contra hanc Bald.resolutionem potest argui,quòd testator sciuit statutum de lucro: nec enim illud ignorare vllo modo potuit: toto tit. in C.& ff.de iur. & fact.igno.substituēdo autem in dote,facit scienter contra statutum illud, & scienter cōtra statutum faciens nō potest videri velle id,quod statutum vult: ergo omnis interpretatio voluntatis eius,secūdum statutum, in hoc casu debet cessare: sicut Doctor. dicunt, quòd statuti interpretatio non fit secūdum ius cōmune, quando statutū in specie vult contrarium eius,quod disponit ius cōmune: vt dixi s. in gl.v.Adde,quod testator fortè voluit ad substitutum,post mulieris mortem deuenire, quia legauit plus pro dote,quàm debuerat, si contra lucrū non apposuisset fideicommissum, & maritus fortè contentus fuit,& debuit esse illa dote cum onere fideicommissi: quia erat magna, & tantam non habuisset sine huiusmodi onere. ita arguit Paul.de Castr. in consilio lix.pro pleniori. in col.ij. vbi, cum fratres sororem maritassent, data magna dote de bonis fideicōmisso

ſubiectis, & maritus accipiens huiuſmodi dotem, ſciuiſſet illud fideicommiſſum, conſuluit quòd maritus non deberet lucrum ex forma ſtatuti facere, quia accipiens huiuſmodi dotem, videbatur cum illa conditione, & onere fideicommiſsi accepiſſe, cuius fideicommiſsi contemplatione, maiorem habuerat dotem, quàm non habuiſſet abſque illo onere: nam magna dos, quæ in prima facie eſt magna, inſpecto onere non erit magna. l. liberi. ff. de iure dot. l. ſi conuenerit. ff. de pact. dot. neque conditiones, vel onera, de dote reiiciuntur. l. inter ſocerum. ff. eodem. de pactis dotal. Et hæc procedunt præſuppoſita poteſtate teſtatoris, quòd potuerit dotē ſubiicere oneri fideicommiſsi, & facere quòd maritus eam non lucretur poſt mulieris mortem. quam poteſtatem, extraneum dotantem habere non eſt dubitandum. nam ſi potuit eam non relinquere, multò magis potuit ſub conditione relinquere. l. videamus. ff. de in lit. iuran. ſicut & potuit, in caſu reſtitutionis faciendæ, ſtipulari ſibi reddi. l. j. §. ac-
59 cedit. C. de rei vxo. act. † patrem verò poſſe filiæ ſubſtituere in dote, quatenus eſt ſupra legitimam, tenuerunt Bartol. Bald. Cyn. & cæteri, in l. final. §. filiæ. de legat. ij. Guido Papæ, in deciſ. ccccccxiij. ſi pater. & alij plures citati à Hier. Cagno. in l. ij. numero 102. verſicu. quando autem mulier. C. de pact. quinimo cũ per ſtatuta, eis nulla legitima debeatur, pater poteſt imponere onus dotem reſtituendi poſt earum
mort

mortem in totum, secundum Paulum de Cast in dicto consi. lix. pro pleniori. col. j. in antiquis. pro quo facit quod consulendo tenuit Ruin. in consilio clxxix. volumi. ij. dum vult ibi onus dotis apponi licere, quamuis secùs sit quò ad legitimam. aduerte quò ad hoc, quòd cũ nostrum statutum prohibeat patri, stipulari sibi dotem reddi, vel alteri personæ, quæ ad dotandum teneretur, fortè dicendum est, quòd nec per viam vltimæ voluntatis, id non liceat ei, scilicet onus restituendi, cui ipse vult, apponere. Vbi autem statutum, hoc non expressisset, dictum Castren. fortè rectè procedit: quoniam nulla lex prohibet doti onus apponere, effectum accipiens maximè post solutum matrimonium, nec prætextu legitimæ, si non debeatur, onus poterit reiici de dote. Considera etiam super isto casu, si dici potest, quòd si dos, quam pater legat, cum onere restituendi post mulieris mortem, non sit sufficiens ad inueniendum maritum respectu dicti oneris, quia verisimiliter nemo, qui sciat se cariturum beneficio statuti de lucro, cùm ea dote sit contracturus matrimonium habeatur illud onus pro non apposito, ex verissimili mente testatoris, qui si credidisset fore, vt propter illud onus mulier impediretur maritum pro dignitate inuenire, certè non apposuisset. ita argumentatur Haymon Crau. in dicto consilio clxxxvj. columna tertia. nam dum legauit ei dotem, profectò voluit, quòd ea

nuberet, & apponendo onus fideicommiſsi, non cenſetur ab ea voluntate recedere. l. non ad ea. ff de conditio. & demonſtrationibus. Sed intelligi debet appoſitũ, quatenus nuptiis contrahendis non officiat, vt in caſu, in quo maritus præmoreretur, & demum mulier, tunc dos deueniret ad fideicõmiſſarium: vt ſic ex cauſa fideicõmiſſum reſtringatur ad fauorem matrimonij, qui fauor præfertur vtilitati priuatæ. d. autent. res quæ. cũ ibi not. & in his terminis recipiatur Bal. conſil. lxxix. caſus talis Zeno. lib. j. Et deciſio Roland. in dicta quæſtio. lvij. vbi in nu. 12. ſe fundat in hac ratione, ne viduitas inducatur filię. vel procedit in caſu, in quo ſtatutum expreſsim prohiberet pactum, vel aliud fieri in præiudiciũ lucri dotalis, vt in noſtro ſtatuto fit. Alioqui vereor, ne fiat aduerſum teſtatoris voluntatem nullo iure improbatam. Nã non prohibetur teſtatori, vel alij, facere quominus lucrum fiat de dote, ſecundum ſtatuti diſpoſitionem: quando ſtatutum non habet clauſulam prohibentem fieri contrarium: & ideo negatur, quòd iſta pars, non poſsit, & de iure, & de facto reſtitui ſecundum onus fideicommiſsi. Alterum retorquetur contra Baldum, quia teſtator, dum cenſetur de lucro diſponere, videtur quidem diſponere contra lucrum: quia diſpoſitio ſonat ſimpliciter cõtra lucrũ: dum vult ſubſtitutũ in ſpecie dotem habere: ergo nõ maritum lucrari eam concedit. Tertium procedit, nulla

nulla ſtante ſpeciali ſubſtitutione in ipſa dote, vt in caſu præcedenti Haym.Crau.ſecùs illa ſtāte per rationes priùs per eum adductas. Tertius
60 caſus,eſt minus difficilis, † quoniam ex fideicōmiſſo ſimplici iniuncto, non cenſetur prohibita dotis conſtitutio. l. mulier.§. cum proponeretur.ff.ad Treb.dicta autent.res quæ.& conſequenter,nec etiam lucrum ex ea proueniēs, per ſtatuti diſpoſitionem, videtur per teſtatorem negatum: quin fieri, à marito poſsit, vt tenuit Bal.in conſi.lxxvij.filia.lib.iiij.& in conſil.ciij.in dicto teſtamento.eo.lib.iiij.& in conſi.cccxxvij. factum ſic proponitur.eod.& idem Bal.præſuppponit pro abſoluto in conſi.ccclvj.mortua Bertola.lib.ij.& Corn.in conſi.iij.in præſenti.volu. iij.Pau.de Caſt.in conſi.lxxx.quia per ſupraſcriptum eximium.Crau.in conſi.clxxxvj. præallegato.in colum.fin.Camp.in d.tract.de ſtatu.dot. in q.xviij.& voluit Alexan.in conſil.clxxvj.viſis narratis.volu.vij.Curt.in d.autenti.res quæ.nu. xlvj.verſic. vigeſima dubitatio.Caſt.in d.conſil. lix.pro pleniori.Bald. Nouel. in d.tract.de dot. in ſexta parte.in priuil. xxvj. tenuit id in ſimili,
61 † quòd maritus dotē lucrari debeat, vbi duxiſſet ſpuriam in vxorem, in quo caſu,ſolet ad dotantem dos redire,nec ad hæredes mulieris poteſt pertinere, quia de ea mulier non poteſt diſponere.prout iſtum caſum ſpuriæ diſcutiendo plenè probat Roland.in quæſt. xciiij. vos ſcitis. Et Bald.in dicta autenti.res quæ. nume.14. vult, quòd mulier de bonis fideicommiſſo ſubiectis,

posſit dotem conſtituere, cum pacto de lucrando dotem in præiudicium ſubſtitutorum. Si ergo in pacto hoc admittitur, multò magis id admittendum eſt in ſtatuto: quia de pacto ad ſtatutum, valet argumentum. l. impoſsibile. ff. de pact. ita arguit in iſta materia Craue. in dicto conſilio clxxxvj. in colum. ij. ideo in iſta concluſione notat differentiam inter alienationem ex cauſa dotis, & alias alienationes. Bald. in dicto cõſilio lxxvij. quem ſequitur Corn. in dicto cõſilio iij. in præſenti. nume. 4. volumi. iij. quod exiſtente fideicommiſsi conditione, alienatio ex cauſa dotis, quæ bona fide ſine fraude fuerit data, non reuocatur in irritum; ſecùs contingit in aliis alienationibus, & hoc fit propter priuilegium dotis: & ipſe Bald. inquit, in dicto conſilio cccxxvij. factum ſic proponitur. & in dicto con-
62 ſilio ciij. in dicto teſtamento. in fi. † & iura, quæ volunt bona fideicommiſsi dari in dotem poſſe, intelligũtur ad perpetuã ſubſtitutorum excluſionem, vt tradit Ruin. in conſilio cc. numero 6. volumi. j. adeo quòd, ſi tempore conditionis fideicommiſsi exiſtentis comperiatur reuerſa, vel reuertatur ad perſonam grauatam de reſtituẽdo, non tamẽ illa reſtituetur fideicomiſſariis ſubſtitutis. Ita tenuiſſe Vgoli. Accurt. Petr. Cyn. Rapha. Fulgo. & Barto. & Bald. refert Cor. in dicto conſilio iij. in præſenti. in colum. j. & in colum. iij. verſicu. & non eſt neceſſe. & Curt. in dicta autenti. res quæ. nume. 27. verſicu. circa ſeptimam. vbi poſt Iaſ. atteſtatur de communi, &
Haym

Haym.Crau.in dicto consilio clxxxvj.versiculo octauo.in colum.fin.& licet id Curt.ipse restringat ad communem opinionem, quando mulier dotem soluto matrimonio recuperasset, & demum ipsa moreretur, quòd tunc debeat ad substitutos deuenire: tamen de eius dicto non est curandum, stante communi indistinctè in contrarium: & ratio, qua ipse mouetur non est bona. Dum arguit, à cessante ratione, quòd cessat dotis constitutio, quæ erat obstaculum fideicõmisso: ergo locus fideicõmisso esse debeat. Quia potest dici quòd fideicommissum fuit extinctũ, & non impeditum, propter dotis constitutionẽ: sed semel extinctum non reuiuiscit, tametsi causa extinctionis deficiat. l. qui res. §. aream. cum ibi not. de solut & eius responsio ad argumentum quod res semel effecta alienabilis, durat perpetuò alienabilis.l.pater.§.quindecim.de lega.iij. per eum non videtur mihi rectè probari, vel quòd in isto casu dicatur prohibitio realis, vel quòd illa differentia sit vera, nam ego concedo, quod realis prohibitio plus operetur, quã personalis, quia realis facit, vt à nemine, vel vnquam alienari res nequeat, & semper detur reuocatio in quencunque, & per quascunque manus res transierit, quod non contingit de personali. Sed dubito, an si semel res, sit legitimè alienata, & effecta alienabilis, duret perpetuò alienabilis, quasi sublata prohibitione reali: sed vtrunque sit, secundum communem opinionẽ, stante, quòd per constitutionem dotis perimitur si

tur fideicommiſſum ad perpetuam excluſionẽ ſubſtitutorum, ſequitur, quòd fideicommiſſum non poteſt obſtare marito, quominus dotem
63 lucretur iuxta ſtatuti formam. Amplia † procedere hoc, etiam quòd fideicommiſſum pro loco factum fuiſſet, nihilominus maritus dotem lucrabitur ſecundum Bald. in dicto conſilio cccxxvij. factum ſic proponitur. & Crau. in conſilio clxxxvj. præallegato. Rolan. in dicta quæſti. lvij. nume. 13. & eſt communis opinio, vt dicit Curt. aliquot allegans in dicta autenti. res quę. numero 37. & quamuis ibi contra eam nonnullis arguat, tamen illa mihi placet, & ſoluuntur eius argumenta, quia dos datur pro alimentis. Bald. in tracta. de dot. in vj. par. princi. in priuil. xxvj.
64 † & fauor alimentorum præualet fauori eccleſiæ, vt per hanc rationem conſuluit Ludo. Rom.
65 in conſilio cclxvij. circa. Secundò † intellige eam procedere, etiam quòd teſtator alienationem bonorum prohibuiſſet, quia huiuſmodi prohibitio, non extenditur ad cauſam dotis. dicta autenti. res quæ. ſecundum omnes ibi, vt per Iaſ. ibi. nume. 25. verſicu. tamen pro opinione Bart. & in l. filius. §. diui. de lega. j. Si non extendit, ergo marito in dote non obſtabit. Nunc declara
66 primo quòd † portio per virum lucranda debet mulieri in legitimam, & Trebellianicam, quas quidem quartas filiæ liceret de fideicommiſſo detrahere, iuxta iuris communis diſpoſitionẽ, imputari: ita vt filia dicere non poſsit, Volo detrahere dictas quartas. Item & id, quod venit à

marito

marito lucrandum, vigore prædicti statuti, ex bonis fideicommissi in præiudicium substitutorum, vt consuluit Cor. in dicto consilio iij. in præsenti. colum. fin. volu. iij. & Bal. in consil. ccclvj. mortua Bartola. lib. ij. Haym. Craue. in dicto consi. clxxxvj. nume. 15. & probat Corn. in consi. cccxx. videtur respondendum. nume. 15. versicu. licet autem. libr. j. vnde fiet, quòd si lucrum erit faciendum de istis quartis, seu ad computum earum, mulieri imputabitur, plerunque nihil, vel parum substitutis illud lucrum præiudicabit. Quod tamen intellige, quò ad præiudicium mulieris, non autem mariti, qui dotem accepisset: nam quamuis mulier consumpserit de fideicommisso sui culpa vltra legitimam, & Trebellianicam: nihilominus, quia culpa vxoris non debet nocere viro, maritus lucrum dotis faciet: ita consuluit Pau. de Cast. in dicto consilio lxxx.
67 quia per suprascriptum eximium. Limita † secundò, quando testator diceret in testamento, quòd pleno iure restitueretur fideicõmissario per istud enimverbum videtur declarasse, quòd pars aliqua non possit, quauis ratione retineri, & sic ex causa lucri vigore statuti faciẽdi. Alex. in consil. clxxvj. visis narratis. volu. vij. vbi consuluit in relicto pro dote, & voluit, quòd cum testator mandasset terram, quam legabat in auxilium dotis, restitui pleno iure post illius mulieris mortem, non fieret locus lucro dotis, & hoc sequitur simpliciter Crau. in dicto consilio clxxxvj. & sequitur Roland. in d. qõ. lvij. nu. 5. &

nu. 20

68 nu.20. Et Alex.dicit, †quod ſicut non poteſt lucrum fieri de rebus alienis in dotem datis, ita nec in illo caſu. Simile dixit Curt. Iun. in conſil.
69 cliiij. †quod ſi extat ſtatutum volens maritum lucrari dimidium patrimonij mulieris, nulla dote expreſsim conſtituta, maritus non lucrabitur partem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum: quia illa non ſunt in patrimonio mulieris, ſed pertinent ad ſubſtitutos, quod dictum fortè non eſt tutum: quia illud patrimonium debet haberi pro dote tacita, & ficta, in qua videtur idem ſeruãdum, quod in expreſſa, ſaltem
70 pro modo dotis congruę. Et nota, †quòd quando dantur bona aliena in dotem, euictis illis per dominos eorum, marito ſuccurritur actione, de euictione, quæ competit ſibi ad æſtimationem partis, quę veniebat lucranda, ex forma ſtatuti, aduerſum obligatos de euictione: ita reſpondit Bald. in conſil. cccclxviij. quidam habens duas, volu. iiij. Et ſequitur Craue. in d. conſil. clxxxvj. in fin. idem vult Alex. in d. conſi. clxxvj. viſis. nume. 9. colum. fina. volu. vij. & Rolan. in d. qõ. lvij.
71 nume. 6. & in qõ. lviij. Tertiò †limita, in dote exceſsiua, quàm ſine moderamine mulier conſtituiſſet, id non præiudicabit ſubſtitutis, nec maritus plus lucrabitur in præiudicium ſubſtitutorum, quàm de dote congrua. Camp. in dicto tracta. in q. xviij. Corn. in dicto conſil. iij in præſenti. volu. iij. Bal. in dicto conſil. lxxvij. filia. lib. iiij. Paul. de Caſt. in d. conſi. lxxx. quia per ſupraſcriptum eximiũ. Curt. Iun. in d. conſi. cliiij. quia in ex

in excessu dotis,constitutio eueniente cõditione fideicommissi,in irritum reuocatur,vt dicit Rui.in consi.cxxxvij.de duobus.nu.18.versi.nũc est videndum.in ij.lib.& volunt Docto.in d.au-
72 tenti.res quæ. Vel quartò limita,† si mulier habebat,cùm dedit dotem de bonis fideicommissi,alia bona propria,tunc etiam irritabitur dotis constitutio,& maritus non poterit de eis lucrum facere,secundũ Curt.Iun.in d.consi. cliiij. & Haym.Crau.in d.consi.clxxxvj.in fin.& Rol. in q.lviij. per plura,de quibus ibi per eum:quoniam remedium d.autenti.res quæ.est subsidiarium,quo in defectum aliorum bonorum conceditur mulieri se dotare de bonis fideicõmissi. Rui.in consil.cxxiij.nu.12.versi.tertio in isto casu.vol.ij.& in consi.xcix.nu.iiij.eod.vol. Dec.in consi.ccccxix.ad fin.Bald.Saly.& Pau.de Cast. in d.autenti.res quæ.Rip.post Alex.in l.filiusfamilias.§.diui.Alexã.in consi.lvj.consideratis.in col.ij,in vol.j Lup.in rub.de don.int.vir.& vxo.
73 §.xiiij. Vltimò quæro† nunquid substitutus,qui vt tutor, dedit de bonis fideicõmisso subiectis, dotem pro pupilla,marito censeatur sibi pręiudicasse,ita quòd contra maritum, lucrari volẽtem dicta bona,ex forma statuti,de lucro dotis, nequeat ad dicta bona agere, & allegare illam dotem fuisse excessiuam.Corn.in d.consil.iij in præsenti.lib.iij.respondit super isto dubio. Primò arguendo contra substitutum,quod videatur sibi pręiudicasse.argu.l.fideiussor.§.pater.ff. de pig.l.Lucius Titius.§.Paulus.quib.mod. pig.

vel

vel hyp.ſol.l.ſicut.§.non videtur.eo.tit.l.quidá. ff.de eui.& quia ipſe fuit autor dotis exceſsiuæ, ideo exceſſum non poſsit ipſe allegare.l.tranſactione.C.de tranſa.& dolus non infertur voléti.l.cum donationis.C.eo.c.ſcienti.de reg.iur.in vj.l.nemo videtur fraudari.ff.eo.cõtrarium reſoluit.nu.6.col.pen.nam reſpondet,quòd ſubſtitutus,poteſt allegare non fraudem, ſed quòd non ſit locus.d.autent.res quæ.quoniam illa autenti.non procedit niſi in caſu dotis congruę,& in defectum aliorum bonorum, nec ſibi præiudicat proprium factum vel conſenſus: quia id fecit ratione.& neceſsitate proprij officij tutelaris,quod nemini debet nocere.l.ſancimus.C. de admi.tuto.l.ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemadmodum teſta.aper.l.j.ff.ex quib.cau.maior.& quia ſciebat ius ſuum durare,ſibi non præiudicabat,dationi in dotem conſentiendo.l.ſicut.§. non videtur.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.Caſt. in d.conſi.lix.pro pleniori.in col.ij.nam ſciebat, quod eueniente caſu fideicommiſsi, dotis conſtitutio in exceſſu retractatur,ſecundum præallegatos, & ſic quòd poterat ad illa bona agere, & quòd interim,quia pertinebãt ad mulierem, poterat in dotem omnia dare,vel quouis titulo alienare.l.fina.§.ſinautem ſub conditione,& ibi not.C.commu.delega,& quòd ſtant ſimul,quòd dos cõgrua dicatur reſpectu mulieris,id eſt talis,quòd vtiliter dicatur data quo ad mulierem: ita quòd nullo modo dici poſſe lęſa,in huiuſmodi dotis conſtitutione, propter viri conditionẽ

fortè

fortè vel aliam causam: & tamen respectu substitutorum sit excessiua: ideo vt fideicommissarius ille, potuit eam excessiuã dicere ex propria persona, & iure, sed non vt tutor ex per-
74 sona, & iure mulieris. Insuper addit Corn. † quod iuri futuro non potest renunciari. l. si ita scriptum. §. j. de leg. j. l. j. §. decretalis. de succes. edi. ergo nec tacitè: & quòd saltem consentienti alienationi rei fideicommissi, datur semper regressus ad pretium, vbi cessat præsumptio donationis. Bart. & Doctores in l. si fundum per fideicommis. de leg. j. & ibi enumerat cõiecturas non donationis: concludens propterea, contra maritum pro fideicommissario: vt latius ibi per eum. Quartus casus, resoluitur ex hac distinctione, quòd aut testator erat de ascendentibus, qui tenebatur illas fœminas dotare: aut erat extraneus ad id nõ obligatus. Si extraneus
75 erat, † & tunc expressim in causam dotis alienare prohibẽs, facit, vt maritus in præiudicium fideicommissorum, non possit de illis bonis lucrum dotis facere: secundum Alexand. in dicto consil. clxxvj. & Crau. in d. consil. clxxxvj. in fi. & alios, suprà allegatos. præsupposito nullum extare statutum prohibens fieri contra lucrum dotis. nec quicquam est, quod huic conclusioni
76 refragetur: † quia dicta autent. res quæ. non habet locũ in extraneis, & restringitur ad patrem, & ascendẽtes, respectu liberorum: vt dicit Bart. Salyc. Pau. de Cast. Ias. in d. autent. res quę. Rip. in d. §. diui. nu. lxxvj. Aret. in consil. xxxvij & Rui.

in conſil. cxxxvij.nu.17.verſic nunc videndum, lib.ij.& quiſque rei ſuæ poteſt apponere legem, quam vult.l.legem.C.de donat.quæ ſub modo. Deci.in l.traditionib.C.de pactis.facit text.in l. j.C.de ſacroſanc.eccl.l.j.§.fi.ff. ſi quis à par. cum ſimilib. Si verò teſtator pater eſt, vel alius de aſcendentibus, qui teneatur dotare, & in hoc caſu eſt aliqua Doctorũ controuerſia; mihi placet opinio Caſt.in d.conſil.lxxx.quia per ſupra-

77 ſcriptum eximium.† quòd ſicut pater nõ poteſt exonerare ſe à debito naturali dotandi filias, l. qui liberos.ff.de ritu nupt.dum viuit, ita nec in vltima voluntate id poſſit ſubiiciẽdo bona ſua fideicommiſſo, & prohibẽdo expreſsim alienationem, etiam ex cauſa dotis:& quo ad patrem, illa autent.res quę.procedat ex defectu poteſtatis: vt & tenuit Curt. Sen.in conſil. xxvij.nu.13. & probatur ibi, dum dicit id fieri, ſi legitima portio non ſufficiat ad dotem, quaſi velit Imp. quòd, licet legitimam pater reliquerit, nihilominus ea nõ ſufficiente, poſsit filia etiam contra eius prohibitionem,& voluntatem bona fideicommiſsi, pro dote alienare: & iſtam opinionem tenuerunt. Iacob.de Aret. Cyn.Bald.& Salyce.in l.voluntas.C. de fideicommiſ. Bart.in dicto §.diui. & Salyc.in l.fina.C.de rebus alien. non alien. Alexand. in conſil. lvj. conſideratis, nu. 3. verſicu.verum, quia,lib.j.Rip.in d.§. diui. nu. 9.verſi.ij.quærit.Bart. & Ruin.in d.conſilio cxxiij.nume.4. volumi. ij. & opinio eorum, qui dixerũt d.aut.res quę. procedere ex præſumpta

teſt

testatoris volũtate, est vera, vel respectu extraneorum, vel in casu, vbi expressim in causam dotis non fuisset facta prohibitio: quoniam in omnibus testantibus militat pręsumptio in dubio, quod generali prohibitione noluerint causam dotis compręhendere: & in claris cessat illa præsumptio: Sed in vno, scilicet in patre, & ascẽdenti, nõ propterea necessitas iuris deficit, qua subiiciũtur oneri dotandi eius bona, quod non cõtingit in extraneo: sic ego d. auten. res quæ. intelligo, quicquid dixerint Ias. Curt. & alij in hac materia: Vnde sequitur, quòd, maritus nõ obstante fideicõmisso, cũ prædicta expressa prohibitione poterit lucrũ dotis facere: quia dos in hoc casu erit legitimè constituta: & de legitime constituta, debetur lucrum iuxta statuti dispo-
78 sitionem. Hîc quæro, † an hoc statutũ de dotis lucro, habeat locum in dote filiarũ principis copulatarum in ciuitate illi subdita, & Roland. in q. lxxxiij. tenet ex pluribus quòd non, vt ibi per eum. Idem quò ad statutum ipsius principis de lucro dotis, quod ipsum non obstringit: vt per eund. in q. lxxxiiij. Item quæro, an hoc statutum habeat locum in castris vasallorum subditorum, & Roland. tenet quòd sic, in q. lxxxv. ex
79 multis vt ibi per eum. Vltimo loco quæro, † an statutum de lucro, quod vigebat, cùm dos data est, an vero statutũ, quòd post dotem fuit conditum, antequam tamen matrimonium esset solutum, & conditio lucrandi dotem extitisset, inspiciatur. Et in terminis reperio determina-

tum, inſpici oportere ſtatutum temporis, quo fuit dos conſtituta, & non illud, quod poſtea de nouo conditum fuiſſet: vt per Imol. in c.fin. verſicu.tertia eſt ſi ſtatutum diſponit. in fin.col. viij.de conſtitut. & poſt eum ibi Felyn.in col. ij. verſicu.ex iſta ampliatione, & in c.j. col.pen.nu. 31.de ſponſal.& in conſil. j. erat ſtatutum.nu.12. & Ioan.Crot.in l. omnes populi. col.xxxij. verſicu.limitatur iſta cõcluſio ſi effectus. in quibus locis repræhendunt Bart.contrarium tenẽtem, in d.l.omnes populi.nu.47.verſicu.ecce alia dicit ſtatutum.Dum Bart.ibi voluit ſtatutum nouum de lucro dotis compræhendere dotes veteres, id eſt, conſtitutas tempore ſtatuti veteris. & mouentur prædicti, quoniam ex contractu dotis datæ, à die celebrationis ipſius, ius ortum eſt partibus circa quantitatem de dote reſtituenda, quod auferre noua lex non potuit:
80 †quoniam legis natura eſt, futuris negotiis dare formam, non autem præteritis. l. leges. C.de legib.l.per diuerſas.§.fin.C.mand.c. fin. de conſtitut. quemadmodum & Imperator conſtitutionem l. vnic. C. de rei vx.act.dixit ibi in fi. ſe facere ſuper his tantũmodo dotibus, quæ poſtea darentur, & iſta concluſio ex aliquibus ſimilibus, comprobatur per præfatos Doctores, & dubitationem non habet, præſertim propter clauſulam contractus, in qua dicitur, quòd fiat dotis reſtitutio ſecũdum formam ſtatutorum, nam reſtringitur ad ſtatuta tunc exiſtentia, & non porrigitur ad noua, & futura, de quibus

partes

partes non potuerunt diuinare: ita in terminis ſtatuti de lucro dotis, reſpondit Bald.in conſil.
81 xxxj. ſtatuto.volu.iij.vbi ſubdit,† quòd nouum ſtatutũ non poteſt diſponere contra pacta conuenta: quia eſſet tollere iura naturalia, quod non licet.§.ſed naturalia: inſtitut. de iure nat. l.j.in fin ff.de dol.except.l.toties.ff. de polli.l.fi. C.ſi cont.ius vel vtil.& quòd,ideo quia dicebat, quòd traheretur ad præterita, illud ſtatutum erat iniquũ. Et Angelus, qui in conſil.ccclxxxij. de natura legis. diſputauit iſtam quæſtionem, eam non reſoluens, dicendo eſſe arduam, & difficilem: mihi videtur nodum in ſcirpo quæſiuiſſe: & eius difficultates ſic ſubmouentur. Et primò, quod Bart. dicebat ideo ſtatutũ nouum inſpici oportere, quia hoc lucrum prouenit ex morte mulieris,quæ tempore noui ſtatuti contigit, id rectè negatur: quia imò prouenit ex ipſo contractu dotali,ope etiam ſtatuti, & tunc oritur ius, licet conditionale, quod non refert. §.ex conditionali.inſtit.de verb.obl.l.ſi filiusfamilias.ff.eod.tit.l.cedere diẽ.de verb.ſignific. Et illud Bar. poteſt procedere,quãdo ſtatutũ conderetur nõ ſuper cõtractu aliquo,ſed ſuper ſola hæreditate,& ſucceſsione: vt puta ꝙ vir ſuccederet vxori in tali quota hæreditatis. Et ex hoc reſpondetur etiã Pau.de Caſt.in cõſi.cxciij.verba appoſita in ſtatuto. in fi. dũ tenẽdo opinionẽ Bar.in hoc,dixit,ſtatutũ nouũ in hoc cõprehendere dotes antea datas, quia quouſque durat matrimonium,ſuper dote nullum effectum in-

duxit, quia poterat dissolui morte viri, & tunc non fuisset locus lucro dotis: & quòd exceptio viro concessa contra hæredes mulieris, causatur morte mulieris, & non ante, & quòd ideo sufficit, mortis tempore statutum extare. nam patet ex prædictis, ista non esse vera, si quidem super contractu dotis restituendæ, disponens alterando eius obligationem parit ius sub conditione, quæ cùm sit ex præterito in futurum, non potest negari, quin ante mortem mulieris effectum dicatur inducere. d. l. cedere diem, & cócord. Secundò dum Ang. in d. cõsil. ccclxxxij. scrupulosè dubitauit, qa statutũ, verbo futuri tẽporis, modi subiũctiui vtitur, ibi si dos tradita fuerit, &c. quòd trahit originẽ à præterito, gl. in lege, tale. §. falsam. de condi. & demon. volens ob id inferre, quòd statutum posit matrimonia iam facta cõprehendere, & sic de iam traditis, &
82 nuptiis loquatur, nam respondeo, † quòd vis futuri subiũctiui, est importare futurũ completũ & perfectum, quod non facit futurũ indicatiui. verbi gratia, si dicatur, Si alienaueris, vel si alienabis, differentia est inter virũ, & aliud futurũ: quia in primo requiritur, quod sit alienatio cõpleta, & perfecta ad eius verificationẽ: in secundo secùs, quia sufficit, quòd incipiat alienare, secundũ Bar. & alios in l. filiusfamiliàs. §. diui. de legat. j. Corn. in cõsil. cclxxvj. volumine j. & hoc modo potest se habere in statuto loquenti, per illa verba, tradita fuerit &c. Quod, vt sub nouo statuto compræhẽdatur, requirat matrimo-

nium

nium completum, & perfectè factum; & dos integrè data, quòd tamen in futurum post dictum statutum, nouum contrahetur matrimonium; vel dos dabitur, non autem vt importet, quod de præterito ante dictum statutum, matrimonium contractum, vel dos data; sub eo comprehendi debeat, alioqui si ita indiscretè, vim præteriti temporis sequamur, dici etiam posset, comprehendere dotes, quarum conditio extitisset morte mulieris: quoniã & hæ sunt de præterito: quod nemo audeat dicere. Et decisio de statuto loquenti, Bãnitos, rebanniri allegata ibi per Angel. non facit ad rem: quoniam ibi constabat statutum respicere tantùm præteritos, quoniam abolitionem reorum, pro præteritis criminibus volebat indulgere, sed non futurorum: qui venirent in futurum banniendi: nam venia futuri criminis non potest polliceri. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. sed hoc statutum respicit futuras dotes, quæ scilicet in futurum cõstituerentur, & darent. Tertiò dum inferebat statutum disponere, super restitutione dotis facienda, & sic super actu futuro, qui cõtingit sub statuto nouo, & ideo comprehendi debere sub eo, respondetur negando: quia, imò quod aliter teneatur dotem reddere quàm die contractus censeatur inter partes conuentum, est disponere super ipsa obligatione dotis, & super ipso contractu, alterando obligationis formam, quod quidẽ non est ausus negare Ang. ibi. Et quãuis Soci. Iun. in cõsil. xxj. circa propo-

ſitam.in vol.j. videatur Bar.opinionẽ ſequi conſulendo in caſu ſuo ſtatutũ nouum, aduerteres dotes, & donata extendi, tamen eſt aduertendum ad duo:ad primũ,quatenus tenet, quòd dictũ Bar. loquitur contra cõmunẽ, & minus probabiliter. ad ſecundum quòd in caſu ſuo ſtatutum nouũ, ex cauſa erat cõditum propter præteritas dotes reſtituendas,magis,quàm propter futuras,vt ibi Soci.oſtẽdit,& clarè tenor ſtatuti præ ſe ferebat, idq; fuerat ſancitũ, quia propter bellũ ante ceſſum multi pauperes effecti fuerãt, & nõ poterãt dotes olim receptas reſtituere,hę redibus mulieris: quod & quãdoq; ſup aliis debitis ſtatui,& ordinari vidi:in quo caſu tũc non eſt agẽdũ de volũtate ſtatuti,ſed de eius iuſtitia & validitate,an,& quãdo,ius tertij poſsit tollere,ergo ſecus in dubio:& quãdo nõ ſubeſt ratio, ꝙ iuri cõtractus voluerit derogare: vel ius tertij auferre abſq; cauſa.Nec etiã obſtat,quod cõſulẽdo dixit Bal.in cõſ.ccccl xxvij.pũctus quæſt. lib.iiij.& in cõſ.xciiij.ſciendũ.& ſeq.eod.lib.iiij. dũ in hac materia cõſulẽdo,voluit ibi, ad veteres dotes iã datas,ſtatutũ nouũ extendi.Nã primò dici poteſt illũ male cõſuluiſſe ibi:ꝓut Ang. & Bart.vbi ſ.Secũdò quod caſus Bal.erat diuerſus: qa in caſu ſuo,ſtatutũ nouũ diſponebat,ꝙ filius in dote matris nõ obſtante pacto cõtrario ſuccederet,& ſic illa ſtatuti diſpoſitio, erat quędã ſucceſsio ab inteſtato p mortẽ matris delata, vt dicit Bal.ibi,ideo cõtingẽte caſu mortis, ſub nouo ſtatuto:videbatur ſub eo rectè cõpręhẽdi,

quon

q̃m & ſuperius diximus,ꝙ,q̃n ex ſola morte alicuius deferť ſucceſsio,attēditur ſtatutū ſub quo mors cōtingit: ſecus ergo in q.noſtrę caſu. Sed ſi fateri verū licet,magis puto,quod malè cōſuluerit Bal.quàm quod eius opinio poſsit ſaluari: quia quatenus illa ſucceſsio redundabat in annullationē pacti dotalis,iā legitimè facti, ante ſtatutū nouū,nō debebat locū habere: vt cōclusimus in q.noſtra. ex his quoq; ad Rolan.in q.xciij.alia. vbi hunc punctū diſputat tenens cū Bar.patet reſpōſio(ni fallor)ita clarè, vt non ſit opus ei explicite reſpōdere. Aduerte tamen, ꝙ quando ante nouū ſtatutū cōditio lucrandi dotem extitiſſet,ſub ſtatuto nouo minimè cōpræhēdi, fatetur Bal.in d.cōſ.cccclxxvij.& in d.cōſ. xciij.viſo.& in cōſi.xciiij.ſciendū.& in cōſi.xcv. lib.iiij.quia inquit, tollere obligationē iam fundatā,eſſet aduerſum naturalē æquitatē,autenti. conſtutio quæ ex adſcriptitio & libera natos.in princ.diſtinguit etiā inter ſtatutū emanatum ad correctionē,vel interpretationē, primi ſtatuti, item an diſponat ſuper pacto,an non, vel ſuper legis prouiſiōe,quæ hîc proſequi nō eſt neceſſe.

GLOS. XI.

In tex.ibi,Hæredib.ipſius mulieris ex teſtamento,vel ab inteſtato,vel aliis, quib. deberet de iure reſtitui.

SVMMÆ.

1 *Muliere propter dotem à ſucceſſione per ſtatutum*

 excluſa

exclusa an dos ad dotantem redire debeat & possit.

2 *Dos in casu restitutionis ad quem de iure communi reuertatur.*

3 *Dos, nulla stipulatione de ea reddenda interposita, ad quem redeat.*

4 *Remissio iuris est donatio.*

5 *Instrumentum producens videtur omnia in eo contenta approbare.*

6 *Ratihabitio non trahitur retrò ad tollendum ius alteri quæsitum.*

7 *Dos iure hæreditar. an pacti, filiis remanere debeat.*

8 *Actio dotis patri & filiæ communis est, exercitium autem est patris.*

9 *Patre dotem sibi reddi stipulato, si filia sine liberis prædecesserit, ad quem dos reuertatur liberis superstitibus ea decedente.*

10 *Marito dotis lucrum paciscente, si vxor sine liberis prædecedat, cui debeat dos defectu conditionis applicari.*

11 *Marito, qui dotem restituere iurauerat, hærede ab vxore instituto an dos acquiratur non obstante iuramento.*

PArs dotis, quę per maritum venit restituēda, ad quem spectet, secundum ius nostrum municipale est clarum; quoniam si dos data fuit mulieri, ab his, qui eam ex dispositione iuris, vel statutorū tenebantur dotare, statutum nostrum ad eam, vel eius hæredem, nō obstante aliquo pacto, vel stipulatione contraria spectare, & pertinere di-
1 sponit.† Idem etiam dicas, quotiescunque mulier

lier per ſtatuta, excluditur ab aliqua hæreditate, propter dotem: tunc enim dotem præcipuã, & ad ſuos hæredes tranſmiſsibilem habere debet: nec poteſt ad patrem vel alium dotantem aliquo pacto redire, vt per Dec. in conſi. cvj. Soc. in conſi. ix. nu. 21. & ſeq. lib. j. Iaſ. in l. poſt dotem. nu. 89. verſi. limita tamen ea. ſolu. matri. Bald. in conſi. xlix. quæſtio. in ij. lib. & in conſi. cviij. punctus. lib. ij. Curt. Iun. in conſi. clxxx. num. 4. & in conſi. xciij. nu. 9. & aliis pluribus per Cagno. in l. fi. nu. 101. verſic. quia tamen ex forma. C. de pact. Quando datur ab extraneo, qui nullo modo ad eam dotandum tenebatur ſtatutũ noſtrum vult inſpici tenorem obligationis de reſtituẽda dote, & ius cõmune, ſaluo iure lucrari marito, par-
2 tem eius iuxta ſtatuti formam. Quid autem † iuris ſit nullo ſtante ſtatuto in terminis iuris cõmunis, conſidera hos qui ſequuntur caſus. Primùm, quando pater ſoli filię dotem reddi ſtipulatur: tunc quia videtur ei dotem donare, & donatio ex cauſa dotis in filiã tenet. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. erci. Iaſ. in d. l. poſt dotem. nu. 64. verſi. ſexto. dos proculdubio, dos ad filiã pleno iure pertinebit, vt communiter Doct. velle dicit Iaſ. in d. l. poſt dotem. nu. 59. verſic. iſtam lect. & nu. 99. verſicu. circa quintam. & ſequitur Steph. Ber. in conſi. clxxvij. in col. ij. lib. j. & Cur. Iun. in conſil. clxxx. Idem eſt, ſi filia ipſa ſtipulatur præſente & cõſentiente patre dotẽ ſibi reddi ſecundum Bertrã. in d. conſi. clxxvij. in col. ij. vbi etiam aduertit aliud eſſe, quòd ſoli filię red-

di dos

di dos promittatur, vel filiæ in primo casu vult videri dotem donatam à patre filiæ in omni casu, & euentu: in secundo autem non, sed tantùm, quòd dos ei reddatur in casu, in quo reddi debet de iure & non solet ad patrem reuerti. Aduerte, quòd Bertrá. dictum hoc procedit rectè in suo casu, quando mulier stipulata est sibi reddi consentiente patre, si maritus præmoreretur: quia restricta ad vnum casum, non comprehendit alios, & sic nõ potest videri donata: alioquin
3 de eius dicto dubito. Secundus est † casus, quando nulla stipulatio de reddẽda dote pro aliquo intercessisset, & tunc secundum vnam opinioné magis veram, & communem dos indistinctè ad patrem reuertitur mulieris. l. dos à patre. C. sol. matri. & ibi glo. & Doct. & in d. l. post dotem. ff. eod. Alexan. in consi. cxv. vetus. lib. j. & in consil. lxxvij. in causa & lite. lib. vij. Matth. de Afflict. in decisi. Neapo. ccxxxvj. Pet. Abb. in consi. cxv. videtur primò. lib. ij. Pileus in qõ. lxxxix. quæritur vtrum. & Soci. in consil. ix. in col. j. in lib. j. refert istam opinionem tenuisse, Bal. Ioan. Accur. Azo. Iaco. de Raue. Cyn. Bar. & Ang. in locis, de quib. per eum ibi, quamuis ipse viginti argumentis conatus fuerit probare contrarium. Verùm secundum alteram opinionem, quæ fuit Martini, si extant filij, dos pro eis retinetur, & hæc vsu præualuit vt per Docto. vbi s̄. Ex consuetudine igitur dos pro filiis retinetur ab eorum patre, & non redit ad patrem mulieris dotãtem. Quæ quidem consuetudo in primis declaratur non

atten

attendi,nisi in facto probatum extiterit eam vigere in loco,secundum Alexan.in præallegatis consiliis.Secundò strictè intelligitur,secundum Alexã.vbi s.& Ias.in d.l.post dotem. nume.102. versic. istam consuetudinem. Soci.Iun.in consi. cxiiij.nu.21.versi.& cum ista consuetudo.volu. iij.& ideo, si matrimonium soluatur per mortẽ viri superstitibus filiis,& demum mulier vidua moriatur,dos ad patrem eius ,& non ad filios pertinebit, & dicta consuetudo cessabit in isto casu,vt tenuit Soci.Iun.in consi.cxiiij. nume.21. præallegato.vbi attestatur de communi, & Bal. in consil. vij.Petrus maritauit filiam.in lib.iij.in antiquis.Petr.de Ancha.in consil.cccxlix.de iure communi.& Bal.in consi.cccxlix.viso primo. lib.ij.in antiquis.Paul.de Castr.in consil.xj.viso dicto libello,& contentis.in j.volu. in antiquis. Lud.Goza.in consi.ix.in causa Mantuana.in col. ij.vbi allegat Bart.Bal.Pau.de Cast.Fulg.Alex.& Bal.Nouel.in l.post dotem.ff.solu.mat.attestando communem pro ista parte, & sequitur Cor. in consi.cccxl.quòd dicta dos.lib.j.& Steph.Ber. in consi.clxvij.in colũ.fina.lib.ij.vbi etiam dicit eam consuetudinem non extendi ad donationẽ propter nuptias.& sic ego in facto obtinui in causa vertenti coram D.Iudicibus Rotæ ciuitatis Lucensis, & in terminis quidem difficilioribus.Nam filiafami.ad dotẽ datã à patre eius viro,cum obligatione, quòd dicta mulier renunciaret bonis maternis & quibuscunque iuribus ei competentibus in bonis paternis, & materrnis

nis, quia pater dicebat dare & constituere eam dotem dictæ filiæ pro dictis bonis, & iuribus ei pertinentibus, egerat contra tertium possessorem bonorum sui mariti actione hypothecaria, quia solutum erat matrimonium per mortem eius mariti: ego consului per prædicta, actioné dotis non spectare ad filiam, sed ad eius patrem, & sic absque actione egisse, & agere. Mihi fuit dictum, quòd illa dos fuerat data filiæ de bonis maternis, & iuribus spectantibus dictæ filiæ, & quòd vir eius renunciauerat dictis bonis, & iuribus nomine ipsius filiæ, vt in instrumento dotis constitutæ, in quo casu videbatur dos aduentitia: iuxta ea, quæ dicit Haym. Crau. in consilio lxxxiiij. nume. 5. & alia ad hoc per nos allegata, & dos aduentitia procul omni dubio spectat ad filiam, & non ad patrem, sed ad ista respondebam, quòd dicta renunciatio non fuerat per mulierem ratificata. Nec ex eo, quòd fecerat mandatum ad repetendum dotem simpliciter, & eius procurator petendo dotem produxerat illud instrumentum dotis constitutæ & aliud cuiusdam partis dotis, quam vir confessus fuerat se recepisse, censeri ratificatam dictam renunciationem dicebam: quoniam mandatum simplex ad lites non erat extendendum ad contractum celebrandum & præsertim ad renunciandum, & remittendum iura competentia,
4 † quandoquidem remissio iuris est donatio. Corne. in consil. cclxxxiiij. in libro j Ias. in consilio cxlix. in libro iiij. l. si quis obligatione, &

ibi

ibi Barto. de regu. iur. & donatio nunquam venit in mandatum. Ias. & cæteri in l. præses. C. de transact. l. contra iuris. ff. de pact. cum concord. & maximè quia dos, vt profectitia, mulieri poterat in aliquo casu deberi secundum Docto. in d. l. dos à patre. & in d. l. post dotem. & Paul. de Cast. in d. consi. xj. & in l. ij. §. j. ff. eod. solu. matri. & hic possibile erat mulierem voluisse dotem repetere absque eo, quòd vllo pacto vellet dictam renunciationem ratam habere, nam ratificatio contractus non inducitur, nisi quando factum est tale, vt citra illius contractus approbationem fieri minimè potuerit. Haym. Crau. in consi. cxcvij. nume. 12. & Rui. in consi. xcj. nume. 10. lib. j. Et ex hoc inferebatur responsio ad
5 aliud, † quod licet qui producit instrumentum videatur omnia contenta in instrumento fateri esse vera, & ea approbare, atque acceptare. Stepha. Bertr. in consil. cclxxxij. nume. ij. lib. j. Tom. Gram. in consi. lxxxix. nume. 2. & in deci. ciij. nume. lxxxiiij Doctor. in capi. eum venerabilis. de except. & in capi. cum olim. de censi. Itidémque vtens contractu videatur contractum ratificare, Deci. in consil. cccclxiij. vel etiam approbare cum omnibus suis clausulis, & conditionibus. Curt. Iuni. in consi. cxlvj. Ludo. Gozad. in consil. xv. Gram. vbi s. tamen in hoc casu non poterat istud dici: quoniam ex alio iure vel capite poterat mulier aduersum hæredes viri, vel eius bonorum possessores agere repetendo dotem ex iure scilicet dotis profictitię, non autem aduen-

titiæ

titiæ ex cauſa renunciationis præfatę, vt dixi,& quando ex inſtrumento contractus, quod quis producit, ius immediatè non quæritur ſed aliunde producenti, contractum non cenſetur approbare, vt dicit Stepha. Bertran. in conſi. iiij. numero 28. lib. ij. & ſimile videtur dicere Soci. Iun. in conſi. cxxxiiij. nume. 67. in libro iij. quod tunc maximè procedit ſtante proteſtatione procuratoris producentis in parte, & partibus, quæ quidem procul omni dubio releuat, quando producit inſtrumentum inter alios confectum, ſecundum omnes & maximè Fely. in capi. j. nume. 9. de proba. Stepha. Bert. in conſi. lxxviij. nume. 3. lib. j. & quomodo ex huiuſmodi productione, & vſu inſtrumentorum poterat aliqua induci ratificatio, cum ea ſpectaret ad rem patris, contra quem minimè agebat? nam ex productionis actu non reſultat, niſi tacita confeſsio Gram. in d. deciſ. ciij. nume. 85. ſed tacita confeſsio non præiudicat, etiam inter eaſdem perſonas in alia cauſa, Corn. in conſil. ccxj. in iij. libro. Gram. in conſi. xiij. nume. 15. Bar. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci. multò ergo minus releuat reſpectu alterius in alio iudicio. Fortiùs cõfeſsio vera cum eodem nòn præiudicat in alio iudicio tendente ad alium finem. Cur. Iun. in cõſil. xlj. nu. 15. vbi dicit hoc communiter probari, & multò minus quò ad alium nocet, vt eſt tex. in l. fi. ff. de inter. actio. & quis negabat dicere, in eo caſu partes noluiſſe contractum illum renunciationis ratificare ſtante præterea, quòd pater

nondum

nondum totam dotem ſoluerat, nam cùm pater ex parte ſua nondum adimpleuiſſet contractum dotis conſtitutę ſoluendo, non erat quòd diceremus filiá voluiſſe renunciando, vel ratificando renunciationem eius nomine per maritum ſuum factam ex parte ſua adimplere. l. Iulianus. §. offerre. ff. de actionib. emp. Alexand in l. interdum. §. quod ex naufragio. de acquirenda poſſeſsione. Gozad. in conſilio xxxj. numero quarto. & in conſilio j. Corn. clxxix. libro j. Socin. in conſi. cclxxiij. ex hoc itaque capiebatur præſumptio, quòd mulier non intellexiſſet per illud iudicium motum renunciationem prædictam vllo modo ratificaſſe, quam ratificando fortè plus damni ſenſiſſet, quàm commodi quod potuiſſet ex victoria litis motæ reportare. Præterea dicebam nihil releuare, quod mulier cenſeretur tempore moti iudicij ratificaſſe dictam renunciationem: nam antea per mortem mariti, cùm nondum aliqua ratificatio dictæ renunciationis eſſet facta, ius & actio ad dotem repetendam aduerſum hæredes viri cœpit, vt de dote profectitia patri competere. iuxta ſuperius allegata: à quo non potuit ex poſt auelli, niſi mediáte eius facto, ſcilicet ceſsione. l. ius noſtrum. de regul.
6 iur. † & ratihabitio non trahitur retro ad tollendum ius alteri quæſitum, & debet in tempore habili fieri re integra, & in eodem ſtatu exiſtente. Lud. Gozad. in conſilio xiiij. numero 7. Haym. Crauet. in conſilio quinto. numero 17. Alexand. in conſilio cx. libro primo & in conſilio lxxxj.

I lib

libro quinto.Deci.in consi. ccccIxxx. Rui in plurib. conſ. l. bonorum.ff. rem ratam habere.vnde concludebam nullam extare ratificationem, vel exiſtentem non releuare, vt extra tempus factam. Nec ex ſola patris deſtinatione dicentis ſe conſtituere dotem de bonis & iuribus competentibus filiæ dos potuit effici aduentitia, quia non verbo, ſe re talis efficitur. l. ſi forte. ff. de Caſtr. pecul. l. donatione. C. de collationibus. Re enim vera bona aliqua filiæ tunc non extabant, de quibus potuiſſet dicere dotem ei conſtituere: iuxta l. final. C. de dotis promiſſio. & iuribus, quæ ad futuras ſucceſsiones, ſeu hæreditates paternas, vel maternas ei, vt filiæ competebant, non fuerat (vt diximus) renunciatum: ideo dos prædicta remanebat in terminis & iure dotis: dotis inquam profectitiæ, quæ ad patrem, moriente viro, debet redire, non obſtante prædicta conſuetudine Martini, quæ in hoc caſu limitatur ſecundum Doctores in locis præallegatis vt per Stephanum Bertr. in dicto conſ. lxvij. viſo.in lib. ij. vbi dicit hoc communiter probari, & ita fuiſſe Bolo niæ per octo Doct. deciſum, & limitat, niſi etiam in loco eſſet ex conſuetudine ſeruatum, quod in caſu viduæ morientis dos remaneret filiis, quod tamen in libello deducere, & poſtea probare in facto dicit opus eſſe: alioqui illa conſuetudo non attenderetur. Idem ſi filia moriatur in ſecundo matrimonio ſtantibus filiis ex primo: nam ceſſabit conſuetudo prædicta, ſerua

ſeruabitúrque altera opinio, quòd dos ad patrem mulieris reuertatur. vt per Iaſ. Barto. & alios in dicta l. poſt dotem. Socin. Iun. in dicto conſilio cxiiij. Bal. in conſilio ccxcviij. Matthæus de Sermona. in libro primo in antiquis. & Stepha. Bert. in conſilio cxlix. libro ſecundo. vbi atteſtatur in hoc de communi, à qua in iudicando, vel conſulendo non ſit recedendum. Item non procedit ſi filij paulò poſt mulierem deceſſerint ſecundum Socinum Iun. in dicto conſilio cxiiij. in columna tertia. ſed contrarium voluit Bal. in conſilio cclv. verba inſtrumenti. in ſecundo libro in antiquis. Item, ſecundum eundem, ceſſat, ſi dos non fuit ſoluta, ſed duntaxat promiſſa: ſecundum eundem Socin. in dicto conſilio cxiiij. ſed ipſe prius contrarium conſuluerat in conſilio xxxv. in libro primo. Item declara,
7 † quòd, quando remanet dos pro filiis, debet eis remanere non iure pacti, ſed hæreditario, quatenus ſint hæredes matris ab inteſtato, vel ex teſtato, ſi effecta ſui iuris illud feciſſet, filios hæredes inſtituendo: ſecundum Matthæum de Afflictis in deciſione ccxxxvj. Petrum & Alexand. in conſiliis præallegatis. Bal. in conſilio cclxxiij. quia maritus. libro primo. in nouis & in l. pro hæreditariis, numero 11. C. de hæred. actio. Bar. & Caſtr. & Alex. in l. ſi cum dotem. in principio, ſoluto matrimonio. Huic rei videtur refragari quod communiter dicunt Doctores in ea concluſione an dos materna imputetur in legitimam nepotibus, qui eam de

bonis aui materni peterent : aliqui voluerunt, quòd non tenerentur dotem imputare in legitimam prædictam:quia habent eam à matre vt eius hæredes: sed plerique tenent contrarium, quòd scilicet dotem non habeant, tanquam quid hæreditarium, vt hæredes matris, sed in vim consuetudinis, quæ ab auo materno dotem aufert immediatè dando nepotibus, & propterea debeant eam sibi in legitimam imputare: vt tenuit Bertr. in consi.cxxxviij.nume.iiij.vers.ad tertium quæsitum.vbi quàm plures ad hoc citat.& in consil. cxlij.viso.& in cons.clxxvij.volu.j.& Cur.Iun.in cons.clxxx. in vol.ij.Bar.in consi.clxxxiij.Gilbertus & in l. in quartam. ad l. Falcid. & ibi Pau.de Mõ. pico.Pau.Alex. Roma.& alij in l.illam.C.de collat. Alexand. in consilio xxiiij. visis, in volumine primo. Barb. in cons. xl. illud. in ij. lib. Ancha. in consi. xlix. visis. Deci, in cons.clxxxj. Cast. in consi.cxxiiij. dubia. de quibus & alij, vt ibi per eos: videtur ergo secundum communem, quod dos non remaneat nepotibus, vt hæredibus nostris. Quomodo igitur intelligemus dictum superius? & cogita si dici potest, quòd procedit in casu factæ stipulationis per patrem, si mulier decesserit sine liberis, sibi dotem restitui: tunc in casu contrario existentiæ filiorum tacitè videtur dotem stipulari filiæ, & non nepotibus. vel filiæ marito, vt dicemus infrà, & dicit Bertran. in consilio cxxxviij. numero 6. versiculo tertio, & vltimo. in columna sexta, in libro primo. aduertens, quod censetur concepta tacita stipulatio

tio pro filia, vnde ad eius liberos trāſmititur dos tanquā ad eius hæredes & per cōſequens non imputant in legitimam ſibi debitam in bonis auiparterni, quia ab eo nō cēſentur eam habere immediatè ſcilicet à matre. Nam quotieſcunque filij vt hæredes matris habent, quod contingere poteſt, vel ſi per ſtipulationem expreſſam vel tacitam, vel per donationem, vel per ſtatuti diſpoſitionē pleno iure ſpectaſſet dos ad filiam, vel ſi alio modo fuiſſet illi debita, volunt præfati conſulentes imputationem huiuſmodi minimè eſſe faciendam. quando autem aliquo ex prædictis modis dos non fuit filiæ debita ex eo ſolo, quòd conſuetudo deferat dotem ad filios eius, in vno caſu non cenſetur ad illos deferre vt hæredes matris: quoniam vt ipſi in locis præallegatis dicunt, filia non habet in dote hæredem, nec ad eam dicitur pleno iure pertinuiſſe, ſed ad eius patrem, qui eam iure peculij, vt profectitij vendicat. l. prima & ſecunda. ff. de caſtr. pecul. & aliis citatis per Cur Iun. in dicto conſilio clxxx. numero tertio. & ſic poſſunt concordari autoritates præfatæ: quòd, quando filij accipiunt ex ſola conſuetudine præfata dotem maternam, eius hæredes eſſe non oporteat: ſecus in aliis caſibus, quando ex tacita vel expreſſa ſtipulatiōe, vel ex alia cauſa dos pertinuiſſet ad mulierem. Prædicta ergo procedunt nulla
8 ſtante ſtipulatione, † quoniam de iure communi actio dotis efficitur filiæ & patri communis, ſed exercitium eſt ipſius patris. vt per Caſtr.

in l. secunda. §. j. solut. mat. & ibi Rip. & morte filiæ consolidatur actio in patre: vel etiam è conuerso mortuo patre consolidatur actio in filia: vt dicit Bal. in dicto cons. cccxlix. viso primo. lib. ij. Cum autem interuenit stipulatio, si pater est stipulatus sibi reddi dotem: intelligitur tamen prout de iure communi. adeò, vt & consuetudini locus erit in suo casu, quia de iure communi dos redit ad patrem, & nihilominus consuetudo prædicta locum habet. Calderin. in consilio cccclxxiiij. sub rubrica de donatione inter virum & vxorem. Bald. in dicto consilio cclxxiij. quia maritus. libro primo in nouis. Ias. in dicta l. post dotem. numero 100. versicu. item dicta consuetudo. Idem si stipulatus esset sibi mulieri vel ei, cui ius, vel casus dederit, &c. vt per Bertr. in dicto consilio cxxxviij. & Socin. in dicto consilio ix. Cur. Iun. in dicto consi. clxxx. & Dec. in cõs. clxxxj. & Bal. in consilio cclv. verba instrumenti. in secundo libro in antiquis. & in cõsilio ccvj. de iure communi. in iiij. libro in antiquis. & Bertran. in dicto consilio clxxvij. Corn. in dicto consilio cclxx. placet. in libro tertio. Lup. in dicta rubrica. de donatione inter virum & vxorem, in principio, numero secundo. Bald. in l. constitutionis. C. de bonis, quæ liberis. Idem tradit Bertrand. quando consuetudo esset aliquo non mutato in statutũ redacta vt per eum vbi suprà, & in d. consi. cxxxviij. nu. 6. versic. & considerandum. facit differentiam, an pater sibi, vel filiæ, &c. in euennum soluti matrimonij, an in casu,
resti

restituendæ dotis. in primo casu vult censeri derogatum per huiusmodi stipulationem consuetudini iam dictæ, de qua per gloss. in dicta l. dos à patre. secus in secundo quod non videatur per eam recessum à consuetudine prædicta. Tertius est casus, quando fit in stipulatione commemoratio filiorum, tunc si pater stipulatur sibi dotem reddi in casu existentium filiorum, nulla est dubitatio, quin in eo casu dos ad eum reuerti debeat: vt dicit Bal. in dicto consilio cccxlix. viso primo. in libro secundo in anti-
9 quis. † Si verò de filiis fit mentio sub conditione stipulationis, vt quia pater stipulatur dotem sibi reddi, si mulier prædecesserit sine filiis, & sic casus reputatur difficilis, an præmoriente muliere filiis superstitibus, dos ad filios mulieris hæredes pertineat, vel cedat marito, seu ad dotantem redeat. vna est opinio Doctorum, quòd in hoc casu cedat lucro mariti, per textum in l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dotium. dum ibi dicitur quòd, si maritus, socero promittat dotem restituere, si mulier prædecesserit sine liberis, dos exstantibus liberis retinetur. & in §. præced. patet, quòd, pro filia dos retineatur in totum: etiam quod in totum non fuerit hæres matris, & sic iure pacti videtur in isto casu dos pertinere ad filios, & per consequens marito eorum patri dos cedit. Istam opinionem Dyn. Cyn. Bald. Angel. & Imol. tenuisse refert Alexander in l. si cum dotem. nu. 16. vers. & hæc faciunt ad q.

Contrarium tenuerunt Bar. ibi,numero 9. versi. oppono extra gloss. & in consilio cxxx. pater dedit. & eam tenuisse Cyn. consulendo, & Iac. de Beluis. & Oldrad. ibi refert & sequitur Paulus de Cast. attestando hanc esse communem in dicta l. si cum dotem. & ibi Alex. & pro ea consuluit Bal. in consilio ccccIxxvij. punctus. colum. ij. num. 6. versiculo, vnde si argumentum. volum. quarto. & in dicto consil. cclxxiij. quia maritus. lib. j. & in dicta l. pro hæreditariis. num. 10. C. de hæred. act. Rui. in consi. cxxxij nu. 11. versi. nec obstat quod verbum. vol. ij. vbi dicit ita communiter probatum per textum in dicta l. si cum dotem. vbi pater stipulans in vnum casum sibi dotem, in alium non expressum videtur filiæ donare actionem de dote. Idem in extraneo stipulante præsumitur, argumento l. vnicæ. §. accidit. C. de rei vxor. act. l. seruo. §. si testator, de legatis primo. in hoc ergo casu pater, vel extraneus stipulans sibi dotem restitui filiis non existentibus, in alio, scilicet existentiæ filiorum, videtur mulieri donare: non autem filiis mulieris, ad quos cùm nondum nati fuissent, affectionem habuisse non præsumitur. l. qui filialibus. de legatis primo. Et respondit Bartol. ad d. §. cum inter. dupliciter, primò, quòd procedit, vel quia expresim in eo casu maritus sibi stipulatus fuerat: vel secundò, quod ibi retinet pro filiis, tanquam matris suæ hæredibus. Pro quo facit quod dicit Bal. in d. cōs. cclxxiij. quia maritus. lib. j. vbi aduertit, ꝙ tex. in d. §. cum inter. haud loquitur de lucrando, sed de

de retinendo, quod aliud eſt. Nec enim iure pacti ad filios mulieris potuit pertinere: cùm in conditione ſtipulationis tantum eſſent poſiti. l. Lucius. la ſecunda. ff. de hæredibus inſtituendis. vbi ſi teſtator grauat hæredem morientem ſine liberis alteri reſtituere, filij ſi exiſtant non cenſentur grauati ad fideicommiſſum: ſed remanet in poteſtate grauati, an filiis velit relinquere, vel non. ſic in iſto caſu eſt in poteſtate mulieris, filiis ſuis dotem relinquere. ita arguit Bart. Alex. & cæteri vbi ſuprà. concord. allegantes: & dicit Bald. in d. conſil. ccccl xxvij. punctus. volumine quarto, num 7. quòd dos mulieri, in eo caſu videtur donata propter liberos. l. Aretuſa. ff. de ſtatu hominum. & in iſta materia Bald. in dicto conſilio cclxxiij. repilogat quatuor caſus. Primus eſt, quando maritus expreſsim ſtipulatur pro liberis: & tunc dos iure pacti pertinebit ad liberos, etiam quòd non ſint hæredes matris. dicta l. inter ſocerum. §. primo. Secundus quando maritus ſtipulatur pro ſe, & tunc ipſe lucrabitur ſalua filiis querela inofficioſæ dotis. l. prima. C. de inoffic. dot. Tertius eſt quando aliquid non ſtipulatur, ſed ſimpliciter promittit reddere dotem filiis non extantibus: & iſte caſus eſt is, de quo loquimur. Quartus eſt, quando in promiſsione dotis reſtituendæ, non eſt facta aliqua mentio liberorum & iſte deciditur ſecundum not. in dicta l. dos à patre, & ea, quæ paulò antè diximus. Limita autem concluſionem Bar. præfatam quando pater, vel ex-

 traneas

traneus ſtipularetur in caſu mulieris ſine filiis decedentis, dotē reſtitui non ſibi, ſed mulieri, ſeu eius hæredibus: tunc ſtantibus liberis non videtur ipſi mulieri ſtipulari, & acquirere voluiſſe: quia diſpoſitio reſtricta ad vnum caſum, excludit caſum expreſso contrarium. l. pater nubenti. C. de collatio. videtur idcirco actum, quòd acquiratur liberis iure pacti. l. inter ſocerum. §. primo. ff. de pact. dot. l. ſi filia. ff. de diuort. vel marito: ita limitat Bald. in dicta l. pro hæreditariis. numero 10. verſicu. interdum ille: & in auten. ſed & ſi quis. C. de ſecundis nuptiis. Caſtren. & Alexand. in dicta l. ſi cum dotem. vbi priùs Alexand. arguit contra, quia argumentum à contrario ſenſu non habet locum, quando in contrario ſenſu reſultat contraria ratio. l. apud antiquos. C. de furtis. l. ſi extraneus. ff. de condictione ob cauſ. Sed in caſu omiſſo non militat contraria ratio, ſed imò eadem, quia etiam tūc filiis ſtantibus, videtur quòd potiùs mulieri, quàm liberis ignotis dotem acquiri voluerit, ſed hoc non obſtante Alexand. ſtat in ea limitatione, quia ad virum pertinet alere filios. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſ. Alio etiam modo limitat, quando extraneo dotem reddi pater eſſet ſtipulatus in caſum mulieris decedentis ſine liberis, tunc videtur in caſu exiſtentiæ filiorum ſibi voluiſſe dotem reddi, ne dicamus in omnem caſum, à ſe abdicaſſe ius repetendi dotem. ita intelligit text. in l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dota. Aliud eſt in caſu, quando non pater, vel extraneus, ſed ipſa mulier daret

dotem

dotem, & ſibi eam reddi ſtipularetur ſoluto matrimonio ſine filiis, & tunc videtur non marito donare, ſed ipſis liberis, adeo quòd de dote, mulier non poterit teſtari, vel de ea diſponere, quia donatio perfecta non irritatur. l. Ariſto. ff. de donat. §. perficiuntur. Inſtit. eod. Sed Alexand. vult, quò l tunc marito, & non filis cenſeatur acquiri: quia filij ſunt poſiti in conditione. dicta l. Lucius, & aliis per eum allegatis ibi, arguendo à contrario ſenſu: ſecundum Doctores in dicta l. ſi cum dotem: & in d. l. inter ſocerum. §. cum inter. quod procedit in contractibus ſecūdum eos. Quicquid ſit in hoc non puto elaborandum: quoniam idem penè reſultat, quum, ſi vir lucretur pacti vigore dotem & tranſeundo ad ſecunda vota illud lucrum perdet, & reſeruare tenebitur filiis: vt per Rip. in l. ij. numero 20. verſic. adde etiam quòd ſi maritus. ſoluto matrimonio. vbi ad hoc plures Doct. alleg. ſi verò filij eiuſdem pacti vigore lucrētur dotē maternā, in effectu nō niſi poſt patrem dotē habebunt: quia dū viuit, tanquā in re aduētitia habet vſumfructū. l. fi. C. de bo. quæ lib. l. j. per totum. C. de bon. mater. Quartus eſt caſus
10 †quando maritus facit pactum de lucrando dotem, moriente muliere ſine filiis, tunc à contrario ſenſu filiis extantibus non lucrabitur dotem: ſed nō propterea filiis dos applicabitur niſi mulier illis voluerit relinquere, ita tradit Paulus de Caſt. in d. l. ſi cum dotem. in fi. princ. & in conſi. ccclvj. ſupraſcriptus dominus conſultor. & Curt. Iun. in conſi. xciij. quoniam argu. à contrario ſenſu nō

ſum

ſumitur, niſi ad limites verborum, ſecundum Dec. in conſilio ccclxxxvj.& in conſilio ccccij.& ita in iſto propoſito aduertit Bal. in dicto cõſilio cccclxxvij. punctus. numero 7. quin fortius ſi ſtantibus liberis vir deberet lucrari, diſpoſitio illa plus non operaretur in ſenſu directo, quã in contrario, quod eſt abſurdum ſecundum Curt. Iun. qui tamẽ ex alia iuris concluſione vult ibi, numero 7. quod dos in iſto caſu pertineat ad filios: quia quotieſcunque viri aufertur cõtemplatione alterius, illi lucrum applicatur ablatum, per ea, quæ ibi ipſe allegat. Sed mihi hoc non placet, quoniam nec contemplatione filiorum, nec lucrum auferri, ſed maritum illud non facere, debemus dicere, propter defectum conditionis lucrandi. Et reperio Soc. Iun. in conſilio xxvij. licet: in volumine primo, plenè conſulẽdo tenuiſſe, in hoc caſu, quòd nec vir, nec filij dotem lucrantur, ſed quòd mulier poteſt de ea teſtari: vbi inter alia reſpondit rationi de qua per Rui. in conſi. viij. in ij. lib. quòd ſcilicet lucrum hoc dotis deferatur propter onera quæ & maiora ſint ſtantibus filiis. & nos diximus. ſ. in v. gl. in princ. Amplia hoc procedere, nedum, quando filij ſunt duntaxat poſiti in conditione lucrãdi, verũ etiam quando ſtatutum adderet, quod filij in dote ſuccedant, quoniam nihilominus dotem non habebũt, niſi quatenus fuerint hæredes: quia ſtatutum prædictum videtur illis reſeruare tantũ ius ſuccedendi ab inteſtato, non autem velle mulierem priuare facultate teſtandi de dote, ſi quidem ſatis eſſe

deb

debeat, quòd statutum eam grauauerit conditione illa lucrādi pro marito apposita:& præsertim in statuto continente materiam strictam,& exorbitantem:ita tradit Pau.de Cast.in d. l. si cum doté,in fi princ.& in cōs. lxxxij. in hoc negatio tria. vbi refert illud cōsilium fuisse subscriptum à magnis Doctoribus Perusij,Paduę,& Bononię,& sic fuisse obtentū sine litigio. & quòd propterea Florentini addiderūt statuto,super quo ille casus cōtigerat,quòd mulier de dote testare nō posset, & hoc consulēdo postquam ad partes id disputauit, tenuit Raph.Cum.in cōs.xlviij.statutum Florentiæ,vbi meminit de dicta Cast.opin.Et Hier.Cag. in d.l.fi.nu.100.ver. vidi per celeberrimos.C. de pact.vbi inter alios citat Ias. in cōs. cxxvij. lib. j. & Ruin. sequitur in consil. cxxvij.nu.viij. vol. ij.& in cōs.viij.col.ij.eo.vol.ij. pro hoc facit dictū Lap.in alleg.cxxix.de conuer.coniu.ver. item lex municipalis.vbi dicit quòd si statutum dixerit, ꝙ frater fratri succedat, intelligitur id ab intestato: quoniam odiosum, & valde iniquum est homini auferre facultatem testandi:vt per Ias.in l.ex facto.col.secunda de vul.& pupil.l.prima.C.de sac. san.eccl. l. j. §.fin.ff.si quis à par. man. fue. Aliud dicunt esse, præallegati Docto.quando statutum per istud verbum,succedat, non loqueretur, sed per alia verba,vt puta,pertineat,lucretur,& similia,quæ nequeunt ad ius succesßionis,& hæreditatis trahi,seu referri: vt & per Cast. in d. consilio ccccxxxix.pro declaratione eius. Ias.in dicto consilio cxxvij.cōsuluit in casu statuti loquentis per verb

verbum, conseruet: non faciens differentiam inter istud verbum, & verbum succedit, quod mihi non placet nisi ex alio, vt in casu suo consultatio huiusmodi defendatur. Hinc Rolã. in q. lxxxij. quæritur. pluribus rationibus ostendit de lucro dotis, vxorem non posse testari in præiudicium viri, & allegat plures autoritates: subiicio aliam præfati Roland. q. xcij. an statutum de lucro procedat, solum in casu inopiæ viri & dic secundum eũ, ibi quòd indistinctè procedit. Diuersus est casus, quãdo diceret statutum, quod mulier non habens filios posit de dote testari, & cuicunque relinquere: nam à cõtrario sensu videtur statutum velle quòd si habet filios, de ea testari nequeat, aliàs statutum esset superfluum, & derisorium: vt pluribus consuluit Anc. in cons. ccxiiij. pro isto patre. Et ex his infert Hier. Cagn. in d. l. fi. nu. 100.
11 C. de pact. ad quæstionem, † quando mulier hæredem maritum suum fecisset, quòd dotem etiam poterit habere etiam quòd iuramento promisisset illam restituere: quia illa obligatio iurata, est restricta ad casum restituendæ dotis: Sed iste talis non est: ergo non comprahenditur sub ea: vt dicebat Bal. in consilio cclxxiij. quia maritus, columna secunda. libro primo. etenim illa promisio intelligitur rebus sic stantibus. l. quod seruus. ff. de cond. ob cau. l. fina. ff. qui satisd. cog. Si autem per statutum videretur mulieri sublata testandi potestas, tunc secùs esset: vt inquit Cagno. ibi loquens de statuto disponente, quòd dos pro dimidia restitueretur agnatis quia illud verbum

bum non refertur ad ius hæreditarium: vt dixi superiùs. Potestatem enim auferens huiusmodi statutum, facit vt eius testamentum seu dispositio nihil valeat secundum Rui. in d. consi. viij. in princ. volum. secũdo & Cast. in consi. ccccxxxix. Abb. in consil. cxv. videtur primo. libro secundo vbi loquitur de spuria, quæ de sua dote non potest testari.

GLOS. XII.

In textu ibi, Expensæ autem funeris.

SVMMÆ.

1 *Funeris impensa pro rata de dote & reliquo mulieris patrimonio deducenda.*

2 *Funeris onus ad quem spectet.*

1 FVneris in sepelianda vxore impensæ ante omnia deducuntur, secundum statutum nostrum, de toto dotis cumulo: sed expressim non disponitur, quid faciendum sit, quando alia bona mulieris supra dotem extarent, an omnis impensa funeris etiam tunc ad dotem pertineat; seu de ipsa dote sit tota deducenda. mihi videtur iste casus omissus, & secundum iuris communis dispositionem decidendus, secundum quam pro rata bonorum fit diuisio impensæ: vt si valoris centum, sit dos & totidem reliquum mulieris patrimonium, pro dimidio dos sustinebit funeris impensam, & alterum dimidium ad bona non dotalia spectabit. l. si pro rata. ff. de relig. & sump. fun. l.

Ner

Neratius. §. ſi maritus. eo. titu. Alexan. in conſi· cxxij. viſo. in fi. vol. vij. Caſſa. in cõſuet. Bur. in ru. iiij. §. ix. verſ. *Frais funeraulx*. Nic. Boër. in deciſione ccxliiij. numero 9. Bald. in l. licet. C. de iure dot. Alexad. conſil. ccj. num. 14. vol. vj. Soc. in conſilio xxxiij. numero. 17. vol. primo. Bar. Pau. de Caſtr. Alex. in l. filia. ff. ſol. mat. & ſi Doctores dicunt cemmuniter, quòd impenſa funeris partim pertinet ad hæredes mulieris, partim ad maritum, qui dotem lucratur pro rata bonorum: idem tradit Rolandus in quæſtione xc. quæritur. Nec dicatur quod ſtatutum dicit de dote eſſe deducendam impenſam funeris, ergo non de bonis hæreditatis non dotalibus, argumen. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. nam & Iureconſul. reſpondit, actionem funerariam in eum dari, ad quem dos peruenit. l. in eum cum tribus ll. ſeq. ff. de relig. & ſump. fun. & nihilominus illud intelligitur, niſi alia bona præter dotem ſuperſint. d. l. ſi pro rata. Sic in iſto caſu ſtatuti. & tanto magis, quia dum dicit ſtatutum de toto dotis cumulo deduci, &c. intelligit loqui in eo caſu reſpectu partium dotis: non autem alio reſpectu: partes enim prædicantur de toto. l. in toto. & ibi not. de reg. iur. ergo non intelligit loqui, reſpectu aliorum bonorum: & in caſu, in quo alia bona exiſterent remanet igitur is caſus, ſi de eo non loquitur, in diſpoſitione iuris communis ſuperius dicta. Onus
2 †enim funeris ſpectat in primis ad bona defunctę perſonæ: adeò quòd ſi maritus de dote nihil

lucr

lucraretur: nequaquam ad illud teneretur.d.l. quòd si nulla.d.l.Neratius.& cõcord. nisi in defectum, quòd non extarent hæredes, tunc ad expensas funeris tenetur inquantũ facere potest, ne in eius iniuriam corpus quõdam vxoris suæ insepultum relinquatur, ait Iureconsul.in d.l. quod si nulla. Fallit hoc, quãdo post diuortium mulier alij nupta decederet, quoniã licet prior vir lucretur dotẽ, tamen ad aliũ funeris impensa pertinebit, l.si mulier.ff. eod. Quod diximus virum dotem non lucrantem, ad funeris impensam non teneri, intellige id, vt de proprio ære nõ sit obligatus: nã de dote, quam est restituturus, soluit interim, ratione nõ habita quòd dilationẽ iuris habeat ad dotem restituendam: vt dicunt Docto.in d.l.si filia.solu.mat. De quibus bonis sit funerãdus prælatus, an sumptibus hæredum, an verò ecclesiarũ, & beneficiorum, quę habebat, ita quòd successor in illis ecclesiis, seu beneficiis ad illos teneatur: vide plenè per Decium consilio clvij. per totum & Ant.Capi. in decisio. Neapo.lxxxiiij.

GLOS. XIII.

In textu ibi, Vxor testari, vel disponere nequeat, nisi ipsius mariti consensus &c.

SVMMAE.

1 *Vxor si facultatem testandi impetret, an poterit in præiudicium mariti testari de dote.*

2 *Gratiæ & concessiones Principis intelliguntur saluo iure tertij.*

3 *Quarta in bonis liberti non est ita debita, sicut legitima in bonis parentum.*

4 *Princeps concedendo facultatem testandi intelligitur concedere secundum consuetudinem.*

5 *Consensum de testando præstitum an vir possit reuocare.*

6 *Consentiens testanti de re sua, an, posit pœnitere, & quem effectum habeat huiusmodi consensus.*

7 *Licentia data quò ad personam religionem profitẽdi non extenditur ad res.*

8 *Maritus præsens testanti mulieri de dote, & non contradicens vtrum sibi præiudicet quò ad lucrum dotis.*

PRohibitum est vxori testari de parte dotis per maritum lucranda, nisi eius ad id consensus, expressus, vel presumptus accesserit. Quero in pri-
1 mis † si vxor ab Imperatore facultatem testandi de dote obtinuerit, vtrum liceat ei tunc testari de parte dotis ad virum pertinentis: & in præiudicium lucri dotalis. Franc. Crem. in sing. cliiij. statuto cauetur quòd mortua, adnotauit id concessum ei non intelligi, & allegat Bald. in l. si quando. C. de inoffic. testamen. & Bar. Cepo. refert Firmanus in reperto. in versicu. priuilegium testandi, & sequitur Nic. Boër. in decisi. xxiiij. quo ad primum in secundo dubio. vbi Barb. citat & similem deci. Albe. de Rosa. in autent. licentiam. C. de episco. & cleri. & in secũda

parte

parte ſtat.in quæſt.clxxxix. & hoc procedit ſiue aliàs mulier eſſet habilis ad teſtãdum, ſiue non: nam ſi non erat habilis, per hoc priuilegium teſtandi, videtur habilitatem aſſecuta.d.l.ſi quando. ſi autem erat habilis, vt aliquid gratia contineat, ſolennitates iuris cenſentur ei remiſſæ, quæ tamen ius tertij non lædat, ſecundum gloſ. ibi per omnes approbatam: vt per Iaſ.ibi.nu.3. poſt Bar.Bald. Saly.& Caſtren.ibi: & Rebuf. in prac.benefic. in cap. differ.inter priuil reſcr. &
2 mand.nu. 17.† quoniam conceſsiones & gratiæ principis, ſemper intelliguntur ſaluo iure tertij: vt dicit Felyn. in c.cauſa quæ.nu.10.verſicu. & generaliter.extrà,de reſcript. l.ij.§.meritò.ff. ne quid in loc.public.l.nec auus.C.de emancip. lib. c. ad aures.& ibi glo.de reſcript. c.ex tuarũ. de autorita. & vſu pall. & dicit hoc etiã procedere,vbi de modico præiudicio ageretur glo.in c. cum olim. extrà, de conſul. neque in re nec ad rem dicitur ius tertij ſublatum,ſecundum Ludouic. Gome. in reg. de non toll. iu. quæſ.in quæſtio. j. colum.ij. vel etiam quòd gratia eſſet facta motu proprio, ſecundum Felyn.in d.cap. cauſa quæ. vbi hanc materiam plenè tractat.& in cap.j.eodem titulo.vbi nume.9.verſiculo, declara duobus modis. dicit, quòd ſi data eſt facultas teſtandi libera intelligitur ea, ita vt omitti ſolennitas concernens vtilitatem alterius nequeat, etiam ſi aliàs illa teſtabilis eſſet, & allegat Baldum,& Cyn. in dicta l.ſi quãdo. & prædicti ponunt exemplum in legitimo filio-

 rum

rum in cuius præiudicium poteſtas teſtandi data, non extenditur. Nec obſtat in l. etiam. in principio. ff. de bonis quæ libe. vbi reſponſum extat quòd, ſi liberto per principem indulgeatur libera factio teſtamẽti in præiudiciũ quartæ patrono debitæ, poterit is teſtari: † quia ſecundum gloſ. illud procedit eò, quia illa quarta non eſt ita debita patrono, ſicut legitima filiis: vel quia Princeps faciendo gratiam liberto, qui aliàs poterat teſtari ſalua patrono quarta, de liberè teſtando, videtur ex certa ſcientia patrono præiudicare velle, & præſertim quia ex qualitate perſonæ ſummitur interpretatio lata in priuilegio ſecundum qualitatem perſonæ declarando: vt per Flyn. in dicto c. cauſam. quæ. nume. 17. verſiculo, quibus adde, quòd priuilegia. Sed lucrũ dotis magis eſt debitũ, quàm legitima: nam priùs illud, vt æs alienum deducitur à marito, & demum filij capiunt legitimam de bonis maternis, vt diximus in gloſ v. nec ex ea data teſtandi licentia, poteſt videri Princeps ex certa ſcientia illi præiudicare velle: ſtat igitur firma prædicta concluſio. Neque dicatur, quòd intelligendo licentiam teſtandi, ſecundum ius commune dictæ leg. ſi quando. ſequitur, quòd mulier de lucro dotali poterit teſtari: cùm de iure communi, illud non debeatur, & de eo teſtari mulier non impediatur. nam intelligitur ſecũdum ius commune, id eſt ſecundum ius quod mulieres poſſunt communiter in ſimili caſu teſtari, etiã quòd id iure

ſtatuto

ſtatutorum proueniat.ita declarat Dec.in cõſil. cxiiij.pro tenui.col.fi.verſi.& hoc reſpondetur. Et ad hoc facit dictum Bal.in l.fi.nu.6.verſ.adde
4 ſi Princeps. C.de fideicõ.vbi dicit, † ꝙ Princeps, concedendo facultatem teſtandi, videtur cõcedere ſecundũ cõſuetudinẽ,& ſtatuta loci, quod dictum refert,& ſequitur Matt.de Afflic. in deciſ.ccxxvj.ſereniſsimus.nu.;.De licentia teſtandi impetrata à Principe, vel Papa in aliis caſibus, quomodo debeat intelligi, dicit Fely.in d. c.j.nu.4.nu.9.de reſcrip.& in c. quàm ſit.de iud. Bal.in l.illud.C.de inof.teſta.Iaſ.in l.ex facto:de vulg.& pupil.Alex.in conſil. xv.in ij. lib. Et Rebuf.vbi ſ.nu.6.& plures loci ſignãtur in reperto.Bertach.quos hic proſequi ; eſſet excedere fi-
5 nes inſtituti mei. Secundò † quæro, cum ſtatutum concedat mulieri de conſenſu mariti teſtari de lucro dotali:vtrum maritus, conſenſum, quem ſemel præſtitit ei, reuocare poſsit, adeò quòd illud reuocando ; poſsit ad lucrum dotis agere. Alexand. alterius conſilium comprobando tenuit, in conſilio ccxlvj. placet. volumi.vj. quòd nequeat amplius reuocare,& mouetur in effectu duabus deciſionibus, ſeu concluſionibus : altera,quòd ſi pater filiofamil. donanti cauſa mortis, ſemel conſenſit, amplius huiuſmodi conſenſum nõ retractat. Ioan. And. in additio.ad Specula. in tit. de inſtrumen. edit. in §. porro. in addit. incip. quæſtio. vbi allegat Pileum in quæſtio.lxxxiiij. ſecundũ impreſsionem noſtram ; eſt quæſtio. lvij. Caius patre. &

hoc verũ præſupponit Ancha.in cõſil.lxxvj. per
6 modum: Altera autem concluſione, † quod teſtatori leganti rem ſuam aliquis conſentiens, adeo præiudicat ſibi, vt amplius non liceat ei pœnitere: hoc dicit Bal.& Fulgo.in l. ſenium.C. qui teſtam.fac.quos citat ad hoc Alex. in d.conſilio ccxlvj. placet, & refert, & ſequitur Iaſ. in l. ſi fundum per fideicom.in col.fi.nu.45.verſ. item ad iſtam materiam. de leg.j.per plura iura allegata per Bal.vbi ſ.& per illã iuris regulam, quòd, quæ ab initio ſunt volũtatis, ex poſt facto efficiuntur neceſsitatis. l. ſicut.C.de act.& obli. l.in commodato.§.ſicut.ff. de cõmod.c. licet. de voto.Salycet.in l. nec fratris.C. de donat. cauſa mort.idem firmat. & facit etiam ſimilis deciſio Bald.in l.j.C. de ſacroſan.eccle. quod teſtamentum filijfami.ad pias cauſas factum de conſenſu patris, non poteſt per patrem reuocari. Idem ſi pater conſenſiſſet filio legãti rem ipſius patris, vt dicit Iaſ.in d.l. ſi fundum per fideicom.num. 38.verſicu.quærit an filiusfamil. Et in terminis ſtatuti de lucro dotis eſt deciſio Soc.in conſ.lxj. in præſenti.nu.9.verſ.dicet aliquis.lib. j.vbi cõſuluit conſenſum à viro præſtitum mulieri, offerenti ſe, & bona ſua loco religioſo retractari non poſſe: nec amplius eum audiri ſi pœnitentia ductus, velit lucrum dotis petere, & eum ſequitur Lup.in rubr. de donatio. inter virum & vxorem.§.xlvij.limit.prim. colũ.iij.verſicu. addit. tenet idem Rota: ex quibus firmatur, quod conſenſus ſemel præſtitus, ſit irretractabilis in

iſta

iſta materia: iſtam quæſtionem etiam diſputat Roland. in q. j. Cæterùm dubitatum fuit, quid iuris reſultet ex huiuſmodi conſenſu, & Bart. in conſ. ccxj. quidā ſibi filios. in primo dub. & in l. cum quis decedens. in princ. de leg. iij. voluit, ꝙ conſenſus præſtitus leganti rem meā, operetur, vt ſi volo rē meam petere: propter conſenſum præſtitū repellor exceptione, ſed nō vt ille, cui res eſt legata de conſenſu meo contra me agere poſsit ad illam rem legatam de conſenſu meo: quia inter illum legatarium, & me cōnſentientem nihil geſtum eſt, licet cum teſtatore aliquid geſtum eſſe dicatur: & ideo ibi materia, ex qua oriatur obligatio, cum non detur, actio legatario, non poteſt aduerſum me competere. l. quæcunque. ff. de actio. & obliga. eſt verùm inquit Bart. quod ex huiuſmodi conſenſu præſtito, inducitur, ſeu reſultat mandatum teſtatori, & actio mādati oritur, & competit teſtatori, vel eius hæredi aduerſum conſentiētem: quam hæres poteſt legatario cedere. l. quidam cum filiū. ff. de hæred. inſtit. & ponderat Bar. Iura: quæ vidētur velle, quòd conſentiens ſibi præiudicet loqui quo ad exceptionem parandam, non autem quo ad actionem dandam contra conſentientem. l. Caius. ff. de pigno. act. l. ſicut. §. venditionis. quibus mod. pign. vel Hyp. ſol. l. ſpadonem. §. j. ff. de excuſ. tut. §. item propter. inſtitu. eo. l. nō putauit. §. ſi quis in ſua. ff. de contra tab. & hæc tradit Bar. etiam in d. l. ſi fundū per fideicommiſ. Sed Iaſ. ibi. nu. 39. verſic. ſecundò prin-

 cipal

cipaliter aduerte.considerat circa hoc duo, Primum, quòd Bar. doctrina procedit, quando simpliciter consensit testatori leganti, secus si vltra consensum etiã promittit testatori se daturum rem legatam: tunc vult legatarium agere posse ex huiusmodi promissione, quẽadmodum hæres agere posset ex aliqua promissione testatori facta: iuxta not. per Bar. in l. nemo potest. de legat. j. quoniam legatarius & ipse in re legata dicitur hæres. l. in tempus. §. j. ff. de vsucap. Secundum considerat, quòd, cùm legatum sit donatio quædam. l. legatum ita. de legat. ij. si contra consentiẽtem in rei suæ donatione datur actio, ergo & in isto casu dari debet. quòd videtur dixisse Bal. in l. cũ alienã. versic. sed pone. C de leg, quem (vt Ias. ait) sequutus fuit Roma. & Ioan. de Imo. in locis de quibus ibi per eũ, dicentẽ, quod hoc est mirandũ. Vide, si dici potest, quod donatio perficitur cũ hoc fit præsente donatario: absenti enim facta, nõ tenet. l. qui absenti. ff. de donat. ideo, cũ loquimur de donatione, loquimur de valida quæ in præsentia donatarij fit. Cõsentiens ergo donãti rem suã præsente donatario, potest dici cum donatario aliquid gessisse, & sic meritò ei datur actio. Secùs in legato contingit, quod valet, in absentia partis factum. l. cum pater. §. surdo, de legat. ij. Et nota quòd Nic. Boẽr. in decisi. ccxliiij. numero 10. versiculo, quid dicendum, tenuit quòd non videatur maritus in lucro dotis sibi præiudicare per licentiã testãdi mulieri simpliciter datã: ad exemplum licentiæ

datæ per principem, ſed hoc mihi non placet: quoniam licentia prædicta eſſet ſuperflua aliàs, & hîc nõ agitur de præiudicando iuri tertij, ſed ipſius concedentis, vt pluribus in hac materia arguit And. Tiraq. in tract. de retrac. lign. §. j. nu. 133. verſi. contrarium tamen. Nec ſuſtinetur deciſio prædicta Boër. ex illa concluſione, quòd quando quis promittit ſimpliciter dotem reſtituere, non tamen ſibi præiudicare in lucro dotali intelligitur: quoniam illa promiſsio non redditur ſuperflua, quamuis intelligatur ſaluũ ius in lucro dotali, ſicut licentia ſimpliciter data ex poſt facto. Quemadmodum, ſi ſimpliciter mulieri offerenti bona ſua eccleſiæ aliíve loco religioſo, maritus conſentiat, iuri ſuo dotem lucrandi renunciare videtur, quamuis id non expreſſerit, ſecundum Soc. in d. conſi. lxj. in præſenti. col. iiij. nu. 9. verſi. circa ſextam quæſtionẽ. volu. j. per not. per Barto. & alios, in l. quæ dotis. ſolu. matri. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verbo. obligat. & hoc dicit non habere dubium ſtante hoc ſtatuto, quòd mulier non poſsit de dote diſponere in præiudiciũ lucri dotalis, ſine conſenſu mariti. nam hoc modo conſenſum accepiſſe patet, & eſt caſus ſtatuti, ſecundum eum.
7 Aliud † dici poſſet, quando maritus non conſenſiſſet oblationi bonorum, ſed ſolùm dediſſet licentiam vxori intrandi religionem: quoniam tunc ex iſta licentia data quo ad perſonam, non infertur quo ad res, quod illas alienet in præiudiciũ ſui lucri dotalis, vt per Lap. in alleg. cxxix.

de conuer.coniug.col.iij.versi.nec obstat licentiam,& Boër.in decisi.ccxliiij.nu.8.Hîc occurrit dicere,quando lucro dotali maritus renunciare videatur,sed id reseruo in glos.subsequē.vbi cōmodiùs hoc tractabitur. Nunc dicamus quatenus statutum vult ex præsumpto viri consensu,mulierem de dote testari posse in præiudiciū
8 lucri dotalis, vtrum † ex eo, quòd vir fuit præsens mulieris testamento, dum de dote testabatur, & non contradixit, sibi præiudicasse in lucro dotali censeatur.Alex.in consi.xx.ponderatis.nu.11.volu.iij.negauit,pręsentem,& tacentē, dum in testamēto de re sua disponitur,sibi præiudicare,per tex.in l.Caius ff. de pig. act. vbi est casus,quòd existens præsens legato de re sua facto,sibi non præiudicat,imò nec etiam illud testamentum signans vt testis, vt dicitur ibi.l.Titia.§.Lucia.de leg.ij.glos.in l.fideiussor.§.pater. ff.de pigno.Ias. in d.l. si fundum per fideicō. nu. 44.de leg.j.post Barto.ibi.& in d.l.cum quis decedens.de leg.iij.& in d.consi.ccxj.& quòd præsens, & tacens sibi non præiudicet in alienatione rei,ponit Tiraq.in d.tract.de retract.ligna.§.j.glos.ix.nume.154.versi.nec est quòd.vbi dicit, quòd glos.in l.cum proponas.C.de pact. quam ex aduerso priùs citauerat.nume.113.versic.Imò & si reprobatur à Barto.Bald.Ioan.Fab.Paul.de Cast.Alexan.& Ias.& omnibus ibi.& à Barto.& aliis in d.l. quæ dotis. & aliis quàm plurimis citatis ibi per eum. Nos dicemus statutum nostrum procedere,quando vnà cum pręsentia interu

teruenerit aliquis actus positiuus designans cõsensum, vt per Iaso. in d.l. quæ dotis. à nume. 68. vsque ad fin. vbi ponit. xx. casus affirmatiuos. & nouem negatiuos, in ista materia præsumpti consensus: vel secundò, quòd præsentia, & taciturnitas, inducit consensum prȩsumptum inter coniunctos, secundum Ias. in d.l. quæ dotis. nume. 72. versic. tertius casus. & allegat Bald. Saly. Paul. de Cast. in l. inuitus. de procurato. Ioan. de Imo. in cap. cum olim. de offic. deleg. & alios. de quibus ibi per eum. l. si seruus communis. de do. inter virum & vxor. l. in adoptionis. vbi Barto. ff. de adopt. & facit pro hoc tex. in l. Procula. ff. de probat. sed mulier & vir sunt coniuncti imò vna caro. cap. sciscitatur. xxx. q. iiij. & cap. Martinus. de cog. spi. sed de hac conclusione dubitat And. Tiraq. vbi s. nume. 152. versi. & si quispiam.

GLOS. XIIII.

In tex. ibi, Sed in præiudicium lucri deferendi marito, ipso iure nõ valeat, & pro non apposito, &c.

SVMMÆ.

1 *Pacto contra dotis lucrum per statutum improbato, an censeatur etiam eiusdem lucri improbata renunciatio.*

2 *Dotis lucrum an marito propter facinus excluso fisco applicetur, an verò ipsius mulieris hæredibus.*

3 *Maritus vxoricida an possit ex filiorum persona dotem habere.*

Intellect

4 *Intellectus legis, Lucius. ff. de iure fisci.*

5 *Maritus deprahensa vxore in adulterio & ex statuti permissione occisa, an etiam dotem lucretur.*

6 *Dotis lucrum conuentionale tantùm, quibus casibus perdat maritus. & nume. 8.*

7 *Mulieri an incumbat onus probandi, se propter mariti sæuitiam ab eo recessisse.*

9 *Cauere quomodo sibi debeat, qui ob non adhibitum vxori ægrotæ medicum, maritum à lucro dotis vult repellere.*

10 *Dote mulieris ex l. quinque legibus. ff. de bon. damna. ad fiscum deuoluta, eiusdem lucrum marito saluum remanet.*

COntra dotis lucrum statuti nostri dispositione delatum, pacisci non licet; & hic est casus clarus autoritate statuti decisus, inquit Alex. in consi. clviij. circa primum. nume. 11. volumi. v. aliud innuit, si fuisset huic statuto re-
1 nunciatum: videtur itaque dubitandum, an † sicut statutum reiicit, ac improbat pactum in præiudicium lucri dotalis, videatur etiam velle, quòd huic statuto maritus renunciare nequeat. & Rapha. Cuma. in consi. lxxij. visis pactis. in colum. fina. dixit, quòd cum statutum prohibeat pacisci in præiudicium lucri dotalis, non videtur partes posse ei renunciare. Idem repetit, consulendo super eodem casu, in consilio xxvj. statutum Paduæ. pro hoc facit Bald. consi. xciiij. & consil. xcv. volu. iiij. & consil. cccclxxvij. punctus. eod. volu. dum ibi vult, quòd dispositioni statuti

ſtatuti,quod diſponit virum lucrari debere dotem,non obſtantibus pactis,&c. non poſsit renunciare, mouens q. an diſpoſitioni prædicti ſtatuti, à contrario ſenſu reſultanti liceat renunciare, & in hoc reſoluit negatiuè, vt ibi per eum,& hoc videtur etiam defendi ex ea concluſione Doctorum paſsim tractata, quòd legi prohibitiuæ etiam priuatum commodum concernenti renunciari non poteſt etiam cum iuramento.l.j.& ij.C.ne fideiuſ.dot.den.Bart. & Iaſ. in l.non dubium.C.de legi.& in l.ſi quis in conſcrib.C.de pact.Ioan.de Amic.in conſil. ij. Fely. in cap.cum acceſsiſſent,de conſtitu. & ibi Deci. & alij in d.c.dilecta.de reſcrip.Alexan.in conſi. xlj.nume.12.volumi.v.Marſ.in conſi.cxxxiiij.libro ij Soc.in conſi.lxxxvij.lib.iij.Canon.in cap. dilecto.de præben.per illum textum ibi. glo.in c.ſtatutum.in verſic.committatur.de reſcrip.in vj.Gemi.in c.cui.de præben.in vj.Doctores in l. cum hi.ff.de tranſact.plura allegat Tiraq.in l.ſi vnquam.in verſicu.reuertatur.nume.261.vſque ad nume.266.C.de reuocand.donat.& ſatis poteſt in hoc dici ſtatutum continere ius prohibitiuum, ex quo improbat pactum aduerſum lucrum appoſitum,& ſic prohibet illud apponi, quæ quidem prohibitio concernere publicum fauorem, propter matrimonia contrahenda dici poteſt, ſecundum Pariſ.in conſil.cxxvij. volu. j. in quo caſu nemo contradicit, quin renunciatio fiat inualidè aduerſum legem prohibitiuam,ſecundum Doctor.in locis præallegatis,&

tis,&

tis, & ista resolutio videtur facilè tenenda, ne quod prohibetur vna via, per aliam concedatur. c. cum quid. de regu. iur. in vj. & ibi notatis. Quando statutum diceret; quòd lucro dotis non posit renunciare, res esset expedita. Rub. Alexan. in consi. lxx. viso statuto. Sed in hoc casu non intelligitur vetitum post contractum matrimonium, & datam dotem ex interuallo renunciare dicto lucro dotali, nam illa prohibitio restringitur ad casum, quando ab initio contractus, vir vellet lucro dotis renunciare, hoc enim concernit publicum fauorem, vt faciliùs inducatur ad matrimonium contrahendũ, sed post contractum matrimonium, cessat ille fauor, seu illa causa prohibitæ renunciationis, & sicut acquisita, seu res suas potest quisque proiicere, vel donare, ita potest illud ius lucrandi sibi acquisitum, in contractu dotis, renunciare, vel remittere, vt plenè deducit Paris. in consil. cxxvij. in lib. j. & sic non obstat, secundum eum, prohibitio statuti. Quid si statutum id non prohibeat? & tunc non est dubitandum renunciationem valere: quia omnia pacta ad fauorem dotis, præsertim adiecta, à principio valent. l. vnica. §. illud. C. de re. vxo. acti. l. cum dos. ff. de pact. dot. & plenè consuluit Pau. de Cast. in consi. lix. pro pleniori responsione. & diffusè tenet Rol. in q. xxxix. idem voluit in q. cij. lege. vbi dixit, quòd maritus potest pacisci contra lucrũ, quod ex dispositione statuti defertur, vt latissimè ibi per eum. Idem conclusimus, quando renuncia

nunciatio constante matrimonio fieret, vt s̃.in glos.viij.quia per huiusmodi renunciationem, conditio dotis redditur melior.l.de dic.& l.sequen.ff.de pact.dot.nec remissio alicuius rei acquirendæ prohibetur inter virum & vxorem, sicut prohibetur donatio rei acquisitæ:quia per illam alter non efficitur pauperior,quemadmodum per istam.ita conclusum fuit in Rota,vt in recollectis Bisig.sub titulo de pact. in decisio.ij. consuetudo.quæ in antiquis est decisi.ccccccc-xlvij.Lup.in rub.de don.inter vi.& vxo.§.xlvij. limita primò,col.iij.& iiij.& §.lxiij.versi. addit. ampliari possunt.Alb.Brun.& Nic.Boẽ.in d.decisi.ccxliiij.& Nic.de Vbal.in tract.de succes.ab intest.in iiij.par.in q.vlti.& alij allegati per nos. s̃.in glo.viij.l.sed & si vir.§.legaturus.l.cum hic status.ff.de dona.inter vir.& vxo. & ita concludit Cast.in d.consi.lix.pro pleniori. Et casus ibi resoluitur per Castrẽ. cuiusdam, qui dotem acceperat in certis bonis,super quibus sciebat cõditionem fideicõmissi, esse positam à defuncto & non contradixerat,ex hoc(inquit Castrẽ.)ille vir censetur sibi præiudicasse in lucro dotali,& illud sic tacitè videtur renunciasse, per plura, quæ ibi allegat. Addens, quod non obstat promissio per virum facta de dote restituenda mulieri, quia vel intelligebatur in casu, in quo ex parte mariti matrimonium fuisset solutum vel non præiudicabat fideicommissario ad quem per mortem mulieris erant illa bona reuersura, & cum quo ille actus promittendi dotem non fuit

fuit gestus nec quia præsens, & tacens fuit, sibi in fideicommisso præiudicauit, sciens ius suum durare. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. solui. & aliam, quæ mouebatur ibi difficultas, resoluit Castren. dum dicebatur legatum dotis factum, cum clausula, quòd plus petere non posit pro legitima, licet agnitum non præiudicare, quominus ille legitimam assequatur integram, quòd scilicet illud procedat, quando dos legata non fuisset supra legitimam, seu legitimæ valorem non excesisset: excessus enim ille recompensat onus legitimè appositum, in quo excessu non tenebatur dotem dare, & propter illum videtur acceptasse onus legato dotis iniunctum. Idem fuisset, si filia cósentiente, pater onus legato, legitimę adiecisset, tunc illud minimè posset de legitima respui, vt per Lap. in d. rubri. §. xlvij. colum. j. & plenius in §. xvj. colum. vj. per plura quę ibi ad hoc allegat. Contingit dubitari, vtrum maritus, qui promisit dotem restituere &c. videatur per huiusmodi obligationem, renunciare lucro dotis, quod ex huiusmodi statuto defertur, & omnes tenent ei lucro renunciatum non videri, vt post Rayn. de Forol. dicit Ias. in dicta lege, post dotem. numero 32. versiculo, iuxta istam lecturam glos. ff. soluto matrimonio. & ibi Alexander in fine, & in consilio cxxxiij. super quæsitis de quibus in themate. in columna secunda, volumine quinto, & in consilio quinto, circa primum dubium. in columna finali, volumine tertiò. Ange.

in l.damni.3.§.cum parietem.de damno infecto. per illum text.ibi,& Ioan.de Imol.& Roma. refert, & ſequitur Dec.in conſil.ccccij.in cauſa illuſtriſsimi.nu. 4.col.ij.& in conſil.cxcv.ſtudendo.nu.1.& Rui.in conſil.lxxix.viſo.nu.1.volu.ij. & Iaſ.in conſil.xc.in volu.iij.Andr. Tiraquel.in l.ſi vnquam in verſic.totũ. nu.1. C.de reuo.don. Goz.in conſil. lix.nu.12. Et Andr. Alciat. aliter tamen declarans in tracta. de præſumpt.in reg. iij. in præſumpt. xxxij. nu.12. ſequitur Roland. in quæſtio.xxxvij. Verùm prædicti ferè omnes Doctores dixerunt eſſe aliter tenendum, quando maritus totam dotem reſtituere promiſiſſet, ſicuti quãdo teſtator iubet totam hæreditatem ſuam reſtituere, videtur prohibere detractionem Trebellianicæ.Alexand.Iaſ.Dec.Gozad.& And.Tiraq.in locis præallegatis. Rui. in conſil. lxxxiiij.quoniam.nume.13. volum.j.& in conſil. lvij.quoad in eodem lib. & in conſil.clix. volu. iij.& in conſil.clxj.quia.nume.7.volu.v.Alexãd. con.ccj.perſpectis.nu.14.lib.vj.Hip.Marſ.in ſingul.cccccclxxxvij.integrè.& Nico.Boër. plures allegando in deciſio.ccxliiij.nu.8. Alexand.in d. conſilio v. volu.iij. vbi dicit hanc, communem eſſe Doctorum opinionem. Roland. in quæſtio. xxxviij.pluribus eam comprobat.Et hoc procedit ſecundũ Bald.in l.quod nomine.ff.de condi. indebi. quando ex certa ſcientia maritus integram dotem reſtituere promitteret,ſecùs ſi per errorẽ:vt & dicit Iaſ.in d.l.ſi poſt dotem. nu.35. & ſequitur cõſulendo Dec.in d.cõſ.ccccij.nu.6.

versic.primò nõ obstat,vbi dicit, ꝙ si non appareat maritum cogitasse in obligatione dotis restituendæ de lucro dotis, ci non præiudicet, in hoc promisisse dotem totam restituere:quia ex certa scientia,& non aliter inducitur donatio.l. cuius per errorem.ff.de reg.iur. & in dubio magis præsumitur error,quàm donatio. gl.in l.generaliter,in versic.causa.C.de non nume.pecun. Alex.in cons.xiij.lib.j.Imol.in l.à Titio.de verb. oblig.& sic infert Deci.ad casum suum ibi.quod nõ censeretur renunciatũ lucro dotis in suo casu,quia non apparebat de eo cogitatũ:adducens pulchrum simile, quod satis videtur probabile, quia renũciatio iuris temerè nõ inducitur.c.super hoc.de renũcia.l.cũ de indebito.ff.de proba. & aliis multis,de quibus per Dec.in d.cõs.ccccij. nu.3.vers.sed tamen prædictis non obstantibus. Istam limitationẽ tradit etiã Rolan.in d.q.xxxviij.in fi.Item declara nõ procedere,quãdo quis promisisset totã dotẽ restituere secundũ formã statuti,nã obligatio per huiusmodi relationem restringitur ad statutum, & secũdum statutum debet tota dos restitui, soluto matrimo. per virum, secùs per mortem mulieris, sicq; illa promissio exponitur.Bald.in d.l. quod nomine.Ias. in d.l.post dotem.nu.24.& Dec. in consil.cxcv. & in d.consi. ccccij.& faciunt ad hoc decisiones allegatæ aliàs s̃. de obligatione restituendi dotem ad statutũ restricta: & in his potest procedere gl. & dictũ Bal.in l.Neratius.ff. de relig.& sumpt.fun.quòd si quis promittit totam dotem

resti

restituere, posſit nihilominus retinere funeris impenſas, vel ſimilia: vt Alexan.in d.conſil.ccj. nu.14.lib.vj. & Nic.Boër.in d.deciſi.ccxliiij.nu. 10. At qui dubitatum fuit, an ex clauſula generali, quòd renunciauit maritus omnibus fauoribus, & auxiliis tam iuris ciuilis, & canonici, quàm municipalis, uideatur renunciatũ ſtatuto de lucro dotis. Dec.in d.conſil.cxcv.in col.ij reſoluit poſt plura pro parte negatiua ad fauorẽ mariti: vt ibi per eum. Et addit, in conſil.ccccij. col.iiij verſic.venio ad ſecundũ. ꝙ vbi importarent renunciationem lucri, verba obligationis, eſſet tanquàm erronea & indebitè facta, reuocanda: quia de eo iudicatur, vt de damno, cum ex cauſa onerosa proueniat, vt aliàs dictum eſt, & in damno euitando, iuris error etiam excuſat.l.iuris.la ſecunda.ff.de iur.& fact. ignor.Bar. in l. ſed ſi me putem. ff. de condictio. indeb. & in l. non fatetur, colum penult.ff. de confeſ.& ideo condictio indebiti pro illa debet competere.l.qui ſine. ff. de condictio. indebi. & aliis, de quibus ibi per eum. Quod tum maximè procedit, quando facta fuiſſet per procuratorem, quoniam ſaperet donationem, quæ in mandatum nunquam venit, niſi expreſsim committatur.l.creditor. §. Lucius.ff. manda l.contra iuris. ff. de pact.l.filiusfamil.ff. de donatio. Sed de his duobus alterum caret dubio, ſcilicet iſtud ſecundum dictum, alterum verò habet contradictionem. Rayn.in conſil.cclxiij. & alterum. de quibus in glo.in verſi.lucretur. Duo etiam alia

 reſol

resoluit ibi Deci. ad hanc materiam pertinentia, quòd qui dicit consuetudinẽ dotem lucrandi vigere in loco, debet eam probare: & quòd in suo casu non erat concludenter probata, nec poterat iudex, ex suo efficio se informare: quia illud conceditur tantùm in consuetudine, quæ ordinem iudicij respicit, vt Bart. distinguit in l. de quibus, in iiij. quæstio. princip. de legi. & sequitur Socin. in consil. xxxiiij. capio primum. in vlti. lib. quæ scire in ista materia tibi expedit, vide ibi per eũ. Postremò pro huius Commen-
2 tarij complemento videndum est, † quãdo maritus in vxorem delinquens priuetur lucro dotis, & cui applicetur. Et in primis dicamus, cui acquiratur illud dotis lucrum, præsupposito, quòd maritus eo veniat priuandus, vt fortè: quia vxorem occiderit, nunquid debeat remanere penes hæredes mulieris, vel ad fiscum deuolui, & an, si mulieris filij extarent aliàs ab intestato ei successuri: maritus ex persona eorum, vt matris hæredum dotem assequi queat, tanquàm eorum pater & legitimus administrator, cui in filiorum bonis vsusfructus etiam competit, iuxta l. final. C. de bonis quæ libe. & cõcord. Et communiter traditum est, quò ad primum, hoc lucrum fisco non applicari, sed ad hæredes mulieris spectare: vt per Bartol. Paul. de Castr. Alexand. Ias. & alios in l. si ab hostibus, §. si vir. ff. soluto matrimonio. Campe. in dicto tracta. de statu. de dot. in quæstio. ij. Hip. Mars. plenè consuluit, in consil. xciij. aperiat omnipotens. Lup.

in rubr.de dona.inter virum & vxor.§.lxx. col. iij.versicu. propterea dicebat: & Ioan. de Amic. in consil.xj.super proposito.& Rui.in cõsil. viij. in vol.ij.& plenè in cons.xj.in quæstione.in vol. v.Et primò arguit ibi cõtrà,per tex.in l.cum ratio.§.fin.ff.de bon. dam. dum ibi hæreditatẽ occisi,cui erat occidẽs aliàs successurus, ad fiscum deferri traditum est.Et fortiorẽ citat tex.in l.ei qui. de his quib.vt indign. qui vult lucrum dotis,maritũ non vindicantẽ vxoris necem, amittere, & fisco applicari. Addit, quòd istud lucrũ datur marito propter onera matrimonij, vt sæpè diximus, éstque debitum hæreditatis mulieris,ad virum pertinens, ideo non videtur hæreditas,sine tali onere,ad hæredes eius posse trãsire:& sic fisco,qui venit ex persona mariti præstandum est.Bart. in l. fina. de his quibus, vt indign. vbi hoc firmat, quo ad lucrum dotis, ex legis dispositione debitum, licet aliud teneat, quo ad lucrum debitum ex pacto, vel hominis dispositione.d.l. si ab hostibus.§. si vir vxorem. His non obstantibus Rui.ibi determinat contrarium, quòd fisco non applicetur, sed hæredibus mulieris cedat, per text. in d. l. si ab hostibus.§. si vir.qui secundum eum loquitur, & de lucro dotis,quod à lege defertur:secundũ gl. Cast. Imol.& reliquos Mod.ibi reprobata Bart. distinctione. Et ad allegata ex aduerso respondet.Primò,ad text.in l.cũ ratio.§.fi. quod loquitur in casu hæreditatis delatæ purè, & simpliciter:non autẽ sub aliqua tacita, vel expressa con-

ditione:ideo nimirũ est, si fisco applicatur, quia occidens, ad eam vocatur statim, & ab eo vt indigno aufert fiscus: sed lucrum dotis defertur sub ista tacita conditione, nisi ex culpa viri soluatur matrimonium. l. consensum. C. de repud. l. Lucius. solu. matrim. vnde deficiente ista conditione, quia culpa, & dolo mariti fuit matrimonium solutum: lucrũ illud marito nõ potest deferri, nec per consequens ex eius persona, ad fiscum deuenire, secundum Cuma. Ange. Alexã. & alios allegatos per Ruin. ibi. Istam rationem plenius deducit Hip. Mars. in d. cõs. xciij. aduertens, quòd ad hoc, vt fiscus pòssit auferre hæreditatẽ à delinquente, requiritur, quòd ius succedendi sit fundatũ in illius persona, vel ꝙ adiuerit, vel quòd adire potuerit hęreditatem: quam quidem rationem latè considerauit Camp. vbi suprà, & Imol. Bal. Fulg. Ias. & alij in d. l. si ab hostibus. §. si vir. Ioan. Lup. vbi s̃. Bal. in consil. liij. quædã domina Nica. volu. v. & in consil. ccliiij. proponitur. in vol. ij. vbi dicit, ꝙ in lucro dotis hæc inest tacita conditio, si vir eam non occiderit, vel culpam in eius mortem non præstiterit: ista igitur conditione deficiente non potuit marito illud lucrum deberi. Secundò etiã respondet Ruin. quòd ibi hæreditas defertur de iure communi, sed hoc lucrum defertur ex iure speciali: faciliùs ergo perditur hoc à viro, quàm hæreditas à proximiore, cui est delata à lege communi: quia faciliùs ius speciale, quàm cõmune, perditur. l. eius militis. §. militia missus. de testa.

mil. Vel tertiò, quia facilè redimus ad ius cōmune. Sed de iure communi dos reſtituitur heredibus mulieris. l. ſi quidem. C. ſol. matr. cū cōcord. Ad text. in d. l. ei qui reſpondit, loqui in caſu, mariti non vindicantis necem vxoris ab alio interfectæ; quòd certè habet aliam rationem; quia maritus ſtatim mortua vxore, lucratur in eo caſu dotem, ſed demum propter non factam vindictā, illud amittit ablatū à fiſco: ſed in hoc caſu nunquā acquiſiuit eam: ideo remanet hæredibus mulieris. Ad tertiū argumentū dicit illud nō concludere: quia, & in caſu d. l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir. ſaltem deferebatur lucrū propter onera, & expenſas matrimonij, & nihilominus ibi denegatur hoc lucrū marito, ergo non concludit, & nos aliàs eam improbauimus: & in iſta concluſione mihi videtur reſidendum. Bald. Nouel. in tract. dot. in viij. par. in priuil. xxxj. Bart. in d. §. ſi vir. & nōnulli alij iſtam concluſionem defendunt fauore ſpeciali, quod quidem eſt leue: extēdit autem eam procedere etiam quo ad alia mulieris bona, quæ ex forma iuris, vel ſtatuti deferuntur. Camp. vbi ſuprà, Alexād. in dicta l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. Cæterùm † quò ad alte-
3 rum, an mediante perſona filiorum, poſsit maritus vxoricida dotem aſſequi, Ruiu. in conſilio viij. volumine ſecundo, conſuluit contra maritum, quòd, ne ad eum perueniat dos, filij priuantur matris dote, aliàs ſibi delata, & quòd delictum patris noceat filiis in illius poteſtate exiſtētibus. l. quæritur. ff. de bon. lib. gloſ. in l. di-

uifratres. de iure patroni. l. impuberem.§. j. & ſeq.ff.de falſ.Bar.in l.eum qui.ff.de interd.& releg.& loquitur in caſu,in quo ſtatutũ deferebat dotem maternam filiis, vt filiis:non vt hæredibus:& mater de dote teſtamentum fecerat,grauando filios in ea:& concludit,quòd & filij priuantur,prouiſione ſtatuti prædicti,propter delictum paternum in matrem perpetratum: ne ille per filios, in quorum bonis vſusfructus ſibi de iure communi competit.l.cum oportet.C.de bon.quæ libe.lucrum dotis faciat: ita vt nõ niſi ex teſtamẽto, vel ab inteſtato,hæredes exiſtentes poterunt dotem aſſequi. Sed rationes,& iura per Rui. allegata inferunt,quòd nec etiam vt hæredes matris filij poſſunt dotem illam habere: quoniã idem contingeret, quòd pater vxoricida acquireret vſumfructum, & ſic per indirectum haberet id, quo iudicatus eſt indignus, ſecundũ iura præallegata. Et ad hoc facit, quod Feudiſtæ dicũt de patre feloniam, vel aliud crimen committẽte in dominũ, quòd nocet etiam filiis,ita vt non ſolũ ipſe delinquẽs puniatur in amiſsione feudi,verum etiam eius filij ab eo excludũtur,vt per Rui.in cõſi.cxij.vol.iiij.Alex.in conſi.xxx.nu.13.vol.j.Iac.Alua.in c.j.ſi vaſ. feud. priu.Rui.in cõſ.ccxiiij.col.ij.lib.j Et ꝓ hoc, facit optimè dictũ Gand.ꝓut refert, & ſequitur Hip. Marſ.in d.cõſ.xciij.nu.9.ꝙ ſicut occidens excluditur à bonis occiſi, ita quoq; eius filij,ratiõe iã dicta. Idẽ dicit Lup.vbi ſ.verſi.ſi frater. Adde ꝙ occidens,nõ ſolũ excludit᷑ ab hæreditate immediatè

diatè ipſius occiſi, ſed etiã repellitur, vt nõ poſſit ſuccedere hæredi ipſius occiſi quò ad occiſi bona, vt eſt tex. in l. Lucius. la prima. ff. de iur. fiſ. & not. ibi, quẽ tex. adducit ad hoc Rui. in conſil. xj. in colum. j. volu. v. & Hippo. Marſi. in d. conſi. xciij. nume. 9. Verùm enimuerò reperio contrarium conſultum fuiſſe in terminis noſtris per Ioan. de Amic. in conſi. ix. ſeries. & in conſil. ſeq. quòd cum in ſuo caſu matri ſuperuixiſſet filia, quæ paulò pòſt deceſsit, & ei infanti pater eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, dos illa, vt hæreditas filiæ ad patrem eius hæredem pertinere deberet: quoniam tunc non vt lucrum dotis aſſequitur eam, ſed vt hæreditatem filiæ, & multa ad hoc deducit, & multum laborat, in rectè reſpõdendo ad tex. in d. l. Lucius. & ibi notat. Vix tamen bonum reſponſum, vel ſolutionem, ad euitandum repugnantiam d. l. Lucius. dare mihi videtur: tametſi plura effuderit circa hoc. Mihi videtur in hoc puncto, an occidens ſicut excluditur ab hæreditate occiſi, ita excludatur ab hæreditate ſeu ſucceſsione eius, qui occiſo ſucceſsit, hæréſque fuit, ſic dicendum, quòd indignus ſuccedendi per eum occiſo, non eſt indignus ſuccedendi illius hæredi. hoc probatur in l. qui Titij ff. de his quibus vt indig. l. ex facto. §.
4 Iulius Longinus. ff. de vulga. & pupil. Nec † obſtat tex. in d. l. Lucius. quia aduertatur, quòd ibi proponitur, & narratur caſus in facto contingens, quòd teſtator inſtituerat hæredes ſororem ex certa parte, & ex reliquo vxorem & ſo-

cerum, & quòd per natiuitatem posthumi ruptum fuit testamentum, vnde tota hæreditas ad vxorem deuoluebatur, quasi matrem & hæredem posthumi, & quod interim vxor accusata de crimine veneficij, in maritum, lata sententia mortua est, fuit dubitatum nunquid quæstio illius criminis censeretur per mortem mulieris extincta, & ibi Modestinus Iureconsultus respondit, quòd licet crimen mortua rea esset extinctum, tamen fisco persecutio eorum, quę scelere acquisita probari possunt, potest competere, ex hoc nunc potest responderi, quòd non propterea Modestinus in eo casu dixit, quòd mulier esset indigna etiam hæredi sui mariti, quem veneno necasset, succedendi, sed respondit in genere, quòd licet crimen extinguatur morte accusati, nihilominus sustineri iudicium, propter res crimine acquisitas, potest, & super hac quæst. fuerat principaliter consultus, vt responderet, an autem illa fœmina censeretur illam hæreditatem in totum, vel in partem ex crimine acquisiuisse, nequaquam diffinit: ergo non repugnat iuribus pręallegatis, & quamuis ibi per glo. & Doctores dentur plures intellectus ad illum tex. iste tamé qui literæ conuenit, ac aliis communibus conclusionibus concordat, non videtur mihi spernendus, & nobis debet ad euitandas contrarietates sufficere, & pręsertim in firmanda nostra conclusione: quoniam quòd quis excludatur à successione hæredis hominis illius, quem necasset, & cuius hæreditate

ditate ſit indignus, eſt durum, & non debet firmari niſi in caſu expreſſo à lege, vt poſt Ludo. Roma.& Ioan.de Imo.in d.§.ſi vir vxorem.tradit Ioan.de Amic.in d. conſi. x. ſuper dubio. in colum.penul.vbi conſiderat grauitatem criminis, vel facinoris, quòd grauius quidem eſt veneficio aliquem necare,quàm culpam committere in derelinquendo vxorem in loco peſtifero, vt contigit in caſu ſuo, adducendo alia ad leuandam culpam, & quod propterea ex vno caſu non ſit inferendum ad alium,& quòd ſi Iureconſultus in d.§. ſi vir vxorem. voluiſſet maritum excludi etiam à ſucceſsione eius, qui vxori ſucceſsiſſet, id quidem dicere ſciuiſſet, ſicut dixit de vxore: ita inquit Ioan. de Amic.ibi, in colum.iiij.verſic.& certè Iureconſultus, & Docto.& id genus ſimilia ſubiicit,addens, quòd gl. in d.l. Lucius. dum in illo caſu inter alias rationes,d.textus,affert illam rationem, quòd hæres hæredis dicitur hæres teſtatoris.l.ſciendum. de verbo.ſigni.l.fina.C.de hæredib.inſtitu.& quòd ideo ibi etiam bona hæredis à muliere auferebantur, malè loquitur: quoniam illa concluſio non procedit in odioſis, ſecundum Bald.in d.l. fina.xxij.quæſtio.& Barto.in conſilio, Andræas Martini,& Alexan.& Iaſ.ibi allegantes tex.in l. in teſtamento.la prima.& in l.cùm multa.ff.de condi.& demon.& hoc mihi placet.Etenim dici poteſt,quòd ibi in maritum committens veneficium, mulier videatur etiam in poſthumum, quodammodo commiſiſſe: quoniam filius eſt

caro

caro patris, vt aliàs diximus, quod fortè in hærede extraneo, qui non fuiſſet filius, vllo modo non annuiſſet Iureconſultus ibi, ſi hoc ibi annuere voluit, dum dixit, perſequutionem rerũ, quæ ſcelere acquiſita eſſent, fiſco nihilominus competere. Et hæc pertinent quò ad difficultatem motam ex ea ratione, quia fuit hæres occiſę is, cui maritus vult in dote ſuccedere, ſed non reſoluitur altera prior, an ſit excludendus, hæres vxoris occiſæ, à dotis lucro, quia cùm ſit filius ſub poteſtate patris, patri acquiritur vſuſfructus, & hoc mihi videtur dubitabile, an filius excludatur à dote materna, ſeu hæreditate matris occiſæ à patre, cùm eſt in eius poteſtate, & iura d.l. quæritur. & concord. videntur negare ex illa ratione, ne maritus per eos in effectu, dotis lucrum faciat, ſuper quo cogita. Nunc dicendum eſt in quo caſu maritus lucrum dotis perdat. Et indubitatum eſt, quòd ſi eam occidit, debet illud admittere. d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxorem. & ibi Barto. Bald. Pau. de Caſt. Alexan. Iaſ. Cuma. & cæteri omnes. Bald. in l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. Ruin. in d. conſil. viij. & in d. conſi. xj. volumi. v. & in conſi. cxxxj. volum. iiij. Ioan. de Amic. in dicto conſilio ix. x. & xj. Nicol. Boër. in deciſio. ccxliiij. numero 12. Abb. in conſilio lxxxv. videtur primò in fine, libro ij. Alexand. in conſilio cxxiij. viſo proceſſu. libro vij. & in conſilio cxxxvj. eodem. Hippoli. Marſi. in dicto conſilio xciij. Rip. in tracta. de peſt. de priuile. contra. in fine, numero 203. Socin. in conſi

consilio cv.in fin.nume.8.volu.iij.Deci.in consi. ccccxxx.nume.3.Ioan.Camp.vbi s.Lup.in dicta rubri.de dona.inter virum & vxo.§.lxx.Bald.in consilio liij.quædam domina, in volumi.v.& in consilio ccliiij.proponitur.volumi.ij.& Docto. alibi passim.hoc pluribus comprobat Rolan.in quæstio.lxj.Ad hoc facit quod consulendo dixit Bald.in consil.50.super eod.lib.iiij.quem refert Lup.vbi s.quòd si frater occidit fratrem, cui substitutus fuerat, si decederet sine liberis, &c. ei non succedet, sed conditio fideicommissi,eua nescere censetur,ne dolus ei prosit,quia non videtur testator in hoc casu ei substituisse.l.codicillis Caïo.§.penulti.de lega.ij.quasi dispositio huiusmodi habeat tacitam conditionem, si merebitur,vel si indignum eo substitutionis honore, & quomodo se non reddiderit.l.Lucius.§. Lucius Titius.de lega.ij.& tenet hoc Hippoly. Marsi.in consilio cxxvj.nume.3.Barto.in d.§.fin. in fin.idem voluisse Pet.de Ancha.& And.Barb. refert Lup.vbi s.similiter si hæres institutus occidat testatorem,efficitur indignus,& ad fiscum defertur hæreditas.l.hæreditas.in fine.C.de his quib.vt indig.iuxta not.in l.his consequenter. ff.fami.erciss.Bald.in l.eam quam.C.de fideicom. Deci.in consilio cccccxxv.Item donatio inter virum & vxorem non confirmatur morte donantis, quando donatarius eum occidit, vt per Carrer.in pract.crimi.§.homicidium.numero 150.& Lup.vbi suprà.§.lxx.vbi alia similia adducit.Et Roland.in dicta quæstio.lxj.etiam alia similia

5 ſimilia deducit. Quid † ſi maritus in adulterio vxorem compertam occidat, ſtante etiam ſtatuto, quod liceat viro, vxorem adulteram occidere, an tunc etiam lucrum dotis admittere debet, vel an potius dotem lucrabitur, quaſi id lege permittente fecerit? & Cyn. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. quem multi ſequuntur, vt refert Lup. vbi ſ. putauit in hoc caſu dotem lucro viri cedere; quia lucrũ defertur à ſtatuto, & ſtatuto etiam permittente eam occîdit, ſecùs exiſtimat, ſi hoc lucrum deberetur ex ſolo pacto hominis: quia tunc non eſt veriſimile mulierem paciſcentem de iſto caſu cogitaſſe, quòd in eo voluerit virum dotem lucrari, & ita tenuerunt Bald. Angel. & Alexand. Lanc. & alij de quibus per Lupum. vbi ſ & ſequitur hoc Barto. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ad fin. poſt gloſ. & Berta. in verſicu. maritus occidens. verſic. iij. & hanc opinionem dicit veriſsimam Iaſ. in d. §. ſi vir. ibi, ad finem, verſicu. ego autem teneo indubitanter. & Carrer. in dicta practi. crimi. §. homicidium. numero 251. verſicu. an autem in caſu. & Matthesil. in not. lxxiij. not. vnam doctrinam. dicens aliud eſſe in lucro faciendo propter ipſum adulterium. & Campe. in dicto tractatu, in quæſtio. v. idem concludit, & poſt Ange. Alexand. in dicto §. ſi vir. verſicu. concludo ergo. ſic firmat, & iſta opinio optimè firmatur ſecundum Iaſ. in dicto §. ſi vir. per illum textum ibi, in ratione decidendi: quia ibi dicitur, quòd non eſt æquum ob facinus ſuum maritum dotem lucrari, ergo vbi

non

non eſt facinus vxorem occidere,non poteſt dici, quòd non ſit æquum dotem lucrari, & facinus vel delictum, non eſt, quod fit lege permittente.l.Gracchus.C.de adulte. Aliis etiam iuribus confirmat hoc Bartol. ſed Iaſ. dicit ea non bene id probare, vt per eum ibi, alia etiam deducit Angel. quibus reſpondent tenentes contrarium,circa quæ non puto immorandum eſſe, vtcunque illa ſe habeant, iſta concluſio eſt vera.Nec obſtant deducta ex aduerſo.per Bald. Caſt.Imo.Rom.Rapha.& Aret.contra Barto.tenentes. vbi ſuprà dum dicunt, quòd is, qui vbi ipſi ius dicit, non conſequitur præmium aliàs ſibi delatum.l.interdum.§.qui furem.ff.de furt. ſeu quòd poſtquàm maritus elegit viam vindictæ ſe vindicando propriis manibus, ſuper perſona ipſius mulieris, non debet aliam vindictam expoſcere in bonis eius,ſed altero contentum eſſe oportet, vt dicebat Paul. de Caſt.ibi,& in l.rei iudicatæ.§. hæredi. nume.v.ſolu. matri. vbi dicit,quòd ſicut maritus, ſi criminaliter accuſaſſet vxorem de adulterio, non poſſet dotem lucrari, ita quoque lucrari nequit eam occidendo ex permiſsione ſtatuti: quoniam iſta permiſsio & licentia, ſubrogatur loco accuſationis criminalis. Nam ad hæc reſpondetur vnico verbo, quòd procedunt, quo ad lucrum ex ipſo adulterio delatum, quod per ſtatuta locorum, & de iure communi, mulier propter adulterium amittit dotem, vt latè per Ludo. Carrer. in dicto §. homicidium. numero 253.

verſic

versicu. vxor autem adultera. quoniam ex vno crimine, duas pœnas maritum sumere non conuenit, vindicando se & in corpore, & sanguine vxoris, & in re, id est in dote, secundum prædicta, aliud est in lucro ex dispositione statuti propter onera matrimonij, vel ipsum matrimonium delato, de quo loquimur, tunc dici non potest lucrum deferri ex eadem causa, vel facto, ex quo vindicta sumpta est, sed ex diuersis: quia lucrum propter ipsum matrimonium, dispositione statuti defertur, interfectio, & occisio vxoris propter eius adulterium ex altero statuto prouenit, & propterea vtrunque potest concurrere: iuxta tradi. in l. singularia. ff. si cert. peta. & ex hoc resultat differentia inter lucrum dotis, de quo in hoc vel simili statuto, & lucrum dotis propter adulterium, hoc poterit fieri etiam occidendo vxorem ex permissione iuris, alterum autem non. Et istam differentiam facit Matthe. Alex. & Camp. in locis præallegatis, & Roland. in quæstio. lxiij. tenet sic, opiniones Doctorum concordando in hoc. Alio etiam modo respondit Ias. & alij post eum in dicto §. si vir. ad d. l. interdum. §. qui furem. quòd ibi qui in personam furis ius sibi dixit, pœnam dupli, vel quadrupli, petere nequit, quoniam illa pœna est extra rem, & merè odiosa. glos. in capi. fraternitatis. xij. quæstio. ij. sed tale non est hoc dotis lucrum, quia defertur propter onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dotium. & de eo iudicatur, vt de damno, ideo non debet ita perdi, sicut,

illa

illa pœna dupli, & quadrupli admittitur. sed hæc responsio non ita tollit contraria vt per nos da-
6 ta superius. Alterum † dictum Cyni, quando ex conuentione sola lucrum deferretur, nullo stante statuto de eo: quòd tunc occidens etiam permittente lege, nõ debet ex verisimili mente mulieris lucrum facere. sequitur Alex. in d. l. si ab hostibus. §. si vir vxorẽ. versic. & si contra. Cy. & Campe. & Lup. vbi suprà. & Angel. & dum aliqui rationi Cyn. respondebant, dicentes, quòd imò in genere censetur etiam de hoc casu mulierem paciscentem, super lucro dotis cogitasse. l. qui iure. de testament. milit. replicant Alexand. & Camp. quòd in generali cogitatione nunquam intelligitur venire illud, quod quis in specie verisimiliter non erat concessurus. l. obligatione. ff. de pigno. & concord. vel tu dic melius, quòd non venit tristis euentus in generali cogitatione. l. inter stipulantem. §. sacram. de verborum obligationibus. & actus vltra cogitationem, seu intẽtionem partis non est extendendus. l. non omnis. ff. si certum petatur. & sic aliter concluditur in ista quæstione, quò ad lucrum conuentionale. hoc etiam vult Roland. in dicta quæst. lxiij. in fine. Nota quòd sufficit probare de vxoricidio per formam & indicia: & leuiores probationes quo ad hunc effectum excludendi maritum ab hoc dotis lucro, licet illæ probationes non essent sufficientes contra virum ad eum criminaliter condemnandum: vt cõsuluit Bald. in consilio ccliiij. proponitur, volumine secundo. Secundus est casus,

in quo maritus perdit lucrũ dotis: ſcilicet quando necem vxoris non vindicat. l. ei qui. vbi Doct. de his quib. vt ind. Bald. in dicto conſilio ccliiij, Bart. & Angel. in l. ſi ſequens. §. finali. ad Sillan, & Doct. in dicto §. ſi vir vxorem. Sequitur Roland. in dicta quæſtione lxj. vbi hoc limitat in tribus caſibus, in quibus nõ tenetur hæres mortem defuncti vindicare vt ibi per eũ. Tertius eſt caſus quando culpa viri fuit ſeparatũ matrimonium & diu vixit vxor extra conſortium mariti, vt tenuit Soc. Iun. in cõſ. xxvij. ad fi. vol. j. Itẽ quãdo vir fuit ingratus vxori dotẽ nõ lucratur. Rolan. in q. lxiiij. nu, 10. Rip. in l. fi. C. de reuoca. don. Quartus eſt caſus, quãdo denegauit ei alimenta: quoniã tũc videtur eã necare. l. necare. ff. de lib. agn. Bal. in d. l. quod in vxorẽ. C. de neg, geſt. gl. in d, l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxorẽ. & ibi Caſt. & Caſſan. in conſu. Burg. in rub. iiij. §. vj. *Eſt douëe*. & Lup. in d. rub. §. lxx. ver. amplia p̃dicta. vbi citat Bald. Cum. & alia multa allegat. & ponũt exemplũ quãdo maritus ſe abſentat, & vxori non prouidit de alimentis, in quo caſu dicit Paul. de Caſt. ſe conſuluſſe contra maritum: vt conſuluit verè in conſ. xvij. & eſt de mente omnium in d. §. ſi vir vxorem. Quintus quando de domo expulit abſque cauſa iuſta, ſeu aliter malè tractauit: vt dicit Ruin, in d. conſ. viij. in col. ij. vol. ij. Nico. Boẽ, in d. deciſ. ccxliiij. Bal. in l. j. §. ſedſcimus. C. de Latin. lib. tol. Lup. in dicta rub. §. lxx, ad fi. & plenius in cap. per veſtras, in iij. not. in col. tertia. vbi allegat Ioan. de Ana. in c. j. de infan, lang, & Cyn. & Fulg. Bal. & Alex. in lo-
cis

cis de quibus ibi per eum. & secũdum istos exclusio æquiparatur casui occisionis: sed Ias. in dicto §. si vir vxorem. post Alexan. ibi, numero tertio. dubitant de ista æquiparatione, quia dicunt illum textum dicti §. si vir. continere materiam pœnalem & odiosam, ideo strictè intelligendus est: quia amisSio istius lucri iudicatur, vt damnum pati: arguendo à fortiori, vt nec propter vulnus ei illatum, maritus amittat hoc dotis lucrum. Certè istud posset procedere quando maritus recepisset vxorem penes se, eam benignè reuocando ad domum, tunc non attenderetur ista iniuria expulsionis, vel vulneris antea illati: quoniam censeretur remissa, & purgata per vltimum tractatum, & bonam vitam secũ peractam, vt per Boër. in d. decis. ccxliiij. Alex. in consilio cxxiij. in col. fi. volum. vij. & in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. nu. 10. ff. sol. mat. Bal. in aut. dos data. C. de don. an. nup. Rui. in consil. cxxxj. in lib. iiij. vbi consuluit pro filia, quòd licet propter inhonestam vitam potuisset, à patre exhæredari, ex quo tamen ad bonã rediit vitam, ampliùs non poterit exhæredari, quia vltimus status attenditur, secundum Paris. in cõsilio xxxiiij. volumine tertio. & vltima mora tollit primam: atque vltima consuetudo inspicitur. Alexand. in dicto §. si vir. numero tertio. post Imol. & Baldum allegatos ibi per eum: & quia in isto casu non potest dici, quòd culpa viri mulier prædecesserit, secùs quando tenuit eam expulsam vsque ad mortẽ absq; causa, & ita procedat cõclusio

ſupra dicta, in hoc caſu poteſt dici quodammodo culpa mariti, quaſi ab eo derelicta, deceſsiſſe: & ſic militat deciſio tex, in dicto §. ſi vir, & doctrina Bal. in l. j. C. de Lati. lib. tollen. quòd qui perſonam expulit, eius bona non debet habere: & monaſteriũ expellẽs monachũ de monaſterio, debet eius bona reddere. §. antepen. in autẽ. de ſanct. epiſ. & alia ſimilia, de quibus per Lup. in dicto c. per veſtras in d, iij. not. Rolan. ponit hunc caſum in quæſtione lxviij. & diſtinguit, an vir expulit tantum, an verò expulit & paſſus eſt vxorem fame perire: in primo caſu vult virum lucrum non perdere: ſecùs in ſecundo. iſta diſtinctio, vt vides, eſt inepta: quia quo ad primum eſt reſolue re hanc quæſtionem negatiuè contra opinionem plurium: quo ad ſecũdũ amiſsio lucri fieri, ex alio capite dicetur: tene noſtrã diſtinctionẽ, & pro ea facit quod latè deducit Rolan. in q. lxx. vbi multa ex prædictis allegans, dicit ſecundũ cõmunẽ opinionẽ ſi maritus ceperit bene tractare vxorẽ, non perdet lucrũ: quod tamẽ intelligit re integra, ꝙ ceperit eã bene tractare, antequã mulier in infirmitatẽ mortalẽ incidiſſet: ſi enim ob malũ tractatũ incidit in huiuſmodi morbũ, ipſe nõ excuſatur ex poſt & lucrũ dotis ꝑdit ſecũdũ Imo. Alex. & Rui. vbi ſ. Et expuliſſe vxorem maritus dicetur, non ſolũ quando ipſe de facto expulit eã: verũ etiam ſi acriter eã verberaret vel ſi concubinã haberet in domo. In vtroq; enim caſu, vxori licet fugere de domo viri & debet habere à viro &: alimẽta, ac ſi eſſet in ei⁹ domo: nec ei põt mitti repudiũ à viro: quia

quia culpa mariti recefsit,& habetur perinde, ac ſi maritus expuliſſet eã: vt plenè deducit Lup.in d.c. per veſtras,in iij.not.addens ꝙ vxor non tenetur redire ad virũ,niſi præſtita cautione quòd affectu maritali tractabit eã, & cõcubinã expellet,cũ nõ bene conueniãt in vno lecto vxor & concubina & acceſſus cõcubinę,maximè exaſperat caſtas mulieres.l.conſenſu.C.de repu.Bald.in cap.j.extrà vt lit. conteſt.Alex.in c. ex parte. extrà de ſponſa. In hoc igitur caſu,in quo culpa viri, facta eſt ſeparatio tori,& vxor viuens ſeorſum à viro,propter eius malam vitam,vel ſæuitiam,maritus non poterit dotem lucrari:vt dixit Soc.Iun. in conſilio xxvij.in fin.vol.primo. fortiùs conſuluit Bald. in conſi. cccxxviij. quædam domina.lib.iiij. alias eſt in nouis conſ.liij.vol.v.quòd,ſi vxor diuertiſſet à viro:qui eã reuocauit,& nolentem redire,excommunicari eã fecerat, & excõmunicata ſeorſum à viro mortua fuit:dotis lucrũ amittere nihilominus debeat: vbi dicit nõ obſtare quod eſſet excõmunicata:quoniã cũ cẽſeretur pars eius corporis nõ debebat eã deſerere in fine vitæ,ſed eã alere,& neceſſaria illi ſubminiſtrare oportebat. c. admonere.xxxiij.q.ij.& iſta Bal.deciſ.refertur ab Alex. in dicto §. ſi vir.& Lup.in dicta rubr.in §.lxx. ſed mihi non placet, quia maritus non tenetur alere vxorẽ extra domũ,niſi cum ex ipſius mariti culpa receſsiſſet vxor (vt dixi) iuxta tradita per Doct. in l.ſi cum dotem.§.ſin autem in ſæuiſsimo. ſolut. mat.Soc. in conſ.cclxxxvj. viſa. nu. 2. nu. 5. vol. ij. Bal. & alij tradunt, in d. l. quòd in vxorẽ. C.de

neg.gest.Bar.in l.Caio.§.imperator.de alim.leg.& dicit Saly.in d.l.quod in vxoré. q̀ quádo vxor nõ est in seruitio viri, culpa ipsius vxoris, non tenetur marit⁹ cã alere & refert Lup.in d.c. p vestras: in not. iij. versi. reperio tamẽ.& licet vxor cũ marito excõmunicato, vel ecõuerso, maritus cũ vxore excõmunitata, possit si velit viuere & cõuersari, absq; periculo incurrẽdæ excõmunicatiõis ob participationẽ: tamẽ potest recusare impunè & iustè viuere cum excõmunicata vxore. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de dote post diuor.resti.§.fi. in col. vj. ver. secunda quæstio. Zoan. in cõsi. xviij. in fi. Et ideo non videtur quid imputandum marito in hoc casu, vnde debeat dotis lucro priuari, & puniri in eius amissione absq; causa. & præallegatum Baldi consilium, fortè sustinetur ex alia ratione, quàm ibi tangit, scilicet dum dicit, vltima mora & culpa nocet, quæ fuit viri, præsupponens quòd licet vxor ab initio, fuisset in eo casu, in culpa diuertendo, à marito: tamen expost vir fuit in culpa eam deserendo in morte: quia fortè voluit redire, & maritus eam nõ recepit, sed eam extra domum mori dereliquit: in hoc casu rectè consuluisset Baldus vt diximus anteà. alioquin esset confundere omnem iuris rationem, quòd ita in amissione lucri dotalis puniretur sine facto, seu culpa sua, ex culpa, factóque alterius scilicet vxoris, sicut cum est culpa: quod non est dicendum. l. sancimus. C. de pœn. cum concord. Verùm in ista quæstione occurrit dubitari, 7 † si vxor reperiatur extra domum mariti vi-

uere

uete,an ipsa teneatur probare,ob sçuitiam,vel inhonestã mariti vitam recessisse, vel maritus contrarium,quòd imò eam bene tractabat. Istá quæstio, mouit Lup. in d. c. per vestras. in tertio not. ad fi. & tenet onus probandi pertinere ad mulierem. Anch. in cons. ccxlvj. super primo. Ias. in l. diuortio. solut. mat. quia allegare sæuitiã, vel inhonestam vitam, est allegare crimen, & delictum. sed delicta non præsumuntur, nisi probentur. l. merito. pro soc. c. dilecti. de accus. & hoc ego puto verum esse. Quintus † est casus, quando vxori infir-
8 mæ medicũ ad eam curandã, non adhibuit, tũc ea moriente, maritus dotis lucrũ nõ faciet, secũdum Bar. Bal. Cast. Cum. & alios post gl. ibi in d. l. si ab hostibus. §. si vir vxoré. & Lup. in d. tu. §. lxx. Cãp. vbi s. Io. de Amic. in d. cons. ix. & alios, in locis, de quibus s. Rol. in q. lxiiij. hoc pluribus cõprobat, de quibus ibi per eũ. Nam maritus tenetur subuenire vxori, non solũ in alimentis, sed & in medicinis, & cæteris necessariis: vt dicit Bald. in l. quod in vxoré. C. de neg. gest. & sequitur Lup. in d. c. per vestras. in iij. not. Rui. in d. cõs. viij. in col. ij. in lib. ij. sic quoq; hæres institutus, testatoré infirmũ negligés & in eius infirmitate medicũ non adhibens priuatur hæreditate eius, secundũ Bal. in cons. ccxxiij. vol. j. Alex. in cõs. cxxxvj. viso. lib. vij. Quod procedit etiã si adhiberet aliquẽ, sed imperitum secundũ Camp. in d. tract. in q. ij. Io. de Ami. in d. cons. ix. Bal. & Alex. in d. §. si vir. nu. 3. Bar. ibi nu. iij. & Ias. ibi post Ang. per tex. in l. quod si nolit. §. mãcip. ff. de ædi. edi. quoniã paria sunt aliqd nõ

facere, vel minus idoneè facere, inquit Iaſ. ibi per l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.ſicut paria ſunt non habere prȩlatum, vel habere, ſed inutilem.cap. inter corporalia.extrà, de trãſla.epiſ.ſicut inter viduas, illa reputatur quæ maritũ habet inutilem, quod par eſt, ac ſi non haberet, vt dicit cum aliis ſimilibus Lup.vbi ſuprà. Et hoc verum eſt, niſi imperitum medicum, pro perito ignorãter accerſiuiſſet, tunc excuſatur, ſecundũ Lup.vbi ſuprà. Et aduerte, quòd ſufficit peritum adhibere, quamuis alius peritior eſſet in loco, ſecũdũ Camp. vbi ſ. in q. ij. Bal.in d.l.iuris.C.qui admit.Angel. in l.ſi ſeruum de ver.obli.Rolá.in d.q.lxiiij.nu.22. An autẽ ſi ibi vbi vxor deceſsit, nõ erãt medici, maritus debuerit ad locũ vicinũ proficiſci, medicũ accerſitũ pro curãda vxore? & Camp.in d.q.ij.& Alex.in d.§.ſi vir.nu.xiiij.dixerunt ad id virum obligatum eſſe. l.iiij.§.ſi tam vicinum.de dam.infect.Bal.in d.l.iuris.C.qui admit.Ant.de But.& Imo.in capit.ij. de conſtit. Ioa.And. in cap.ſtatutum, de reſcrip in vj. quod eſt verum, præſuppoſita facultate mariti: vt ſtatim dicam. idem pleniſsimè deducens, tenet
9 Roland.in quæſt. lxv. Porrò † is qui vult ob medicum in infirmitate vxoris non adhibitum, excludere maritum à lucro dotis, caueat circa modum probandi, iſtam negatiuam. Primò aduertat, quod deducat infirmitatem mulieris talem, vt ſi debita cura fuiſſet adhibita ei per medicum, & medicinas, veriſimiliter ex eo morbo non periſſet, & reconualeſcere potuiſſet: alioquin, ſi infirmitas incurabilis, vt morbus Epidimiæ, pro-
bet

betur, cui omne auxilium,& opis humana videtur frustra adhiberi: vel si quouis modo constet quòd adhibita diligentia medi corũ,fuisset nihilo minus mortua. Succumbet opponens marito negligentiam prædictam: vt tenuit Alex.in d. consi. cxxiij.num.4. vers.tertio respondeo.vbi dicit,ita esse de mente glo. in dicto §. si vir.& Castr.ibi firmat:& post eum consulendo Ioa.de Amic. in consilio ix.columna tertia.versiculo,nunc præsuppositis,& inuenio in specie de vxore pestis morbo ægrotante,ita determinare ex pluribus Roland. in quæstione lxvj. Nam deducta infirmitate,quæ potuit se habere ad mortem,& ad vitam, si in ea curanda contingat aliqua negligentia, imputatur in dubio mors subsequens, negligentiæ,& malæ curæ. secundum Bald. Ias. & alios in dicto §. si vir. & Lup. vbi suprà inferentes propterea, ad quæstionem vulneris illati, quod letale omnino non erat, sed haberi se poterat ad vitam,& ad mortem: quod tunc mors exinde contingens negligẽtię,si qua in curãdo interuenerit,adscribitur,vt plenissimè quã plurimos citando deducit Lud. Carrer.in pract. Crim.in §.homicidium.nu. cccxxij. vers. vndecimo igitur. Dec.in cons.cccc-xv.Cepo.in cõsilio lxj.Mars. in l.j.§.diuus. de sica. Fely. in c. presbyterum.de homicid. Et sic in vno casu mors vxoris potest mariti negligentiæ & culpæ,imputari, in alio non. Secundum aduertat quòd articulet, & probet medicum in loco haberi potuisse,alioquin maritus non excludetur, secundum Bart. & omnes in d. §.si vir.Cor.in dicto

M 5 con

consilio ccl. viso statuto. num. 16. vol. j. & in cons. cxxiij. viso. nu. 15. eod. & in cons. cv. pro parte. nu. 23. vol. ij. & Alex. in d. cõs. cxxiij. & in d. cõs. cxxxvj. vbi etiam dicunt, quòd ista negatiua est cõcludenter probanda: quod scilicet medicus non fuerit adhibitus. & Alexá. in ea causa negabat testes concludenter illam negatiuam, medici non adhibiti probare. Hæc plenè tradit Roland. in dicta quæstione lxiiij. numero xviij. & paulò antè plura allegat, ad probandum, quòd onus probandi, incumbat inculpanti maritũ de medico non vocato. Quod medici erãt in loco volunt sufficere præsumptiuã probationẽ: quia mulier mortua sit in celebri loco, seu ciuitate: vbi de iure præsumitur adesse copia peritorum. dicto capitulo statutum. & ibi not. de rescriptis. libro sexto. l. si quis duas. §. est autem. ff. de excusat. tut. Roland. in dicta quæstione lxiiij. numero 22. Tertium aduertat, quòd articulet, & probet virum ita diuitem fuisse, vt facilè potuerit pecuniam habere in conducendo medico, & parandis medicinis: aliàs excusatur secundum Alexand. in dicto consilio cxxiij. & Castr. in dicto §. si vir. & Ruin. in consilio cxxxix. visis. libro quarto. & Camp. in dicta quæstione secunda & Alexand. in dicto §. si vir. num. 3. & ibi Ias. nu. 10. & Dec. in consi. ccccxxx. quòd. nu. 3. Rolá. in d. q. lxv. nu. xj. vbi limitat etiá quando ad eum locum non fuisset tutus accessus. Aliis etiam duobus modis, maritus defendi potest, à culpa medici non adhibiti in infirmitate vxoris. Primò, si deducatur quòd ab eius consanguineis fuit

fuit præuentus in hoc secundum Alexan. in dicto consilio cxxiij. num.iiij. volum.vij. Sequitur Roland.in q.lxij.nu.viij. & pluribus hoc comprobat in q.lxvij. Secundò si dotem sibi promissam, nondũ soluerat vxor vel alius pro ea: quoniã maritus tunc potest vxori negare alimẽta, & expellere de domo secundum glos. in §. illud, iuncto tex. ibi in auten. de non elig. secundò nub. in vers. onera. l. fi.& ibi not. per Bal. C. ad Velleia. Cyn. in l. quod in vxorem. Bal. in l. de diuisione. solut. matr. & in l. si donaturus. §. j. ff. de cond. ob cau. Rip. in l. ij. numero 43. soluto matrimonio. Corn. in consilio ccxl. in presenti. in tertio libro. ita per hanc rationem concludit Alex. in consil. xxiij. in col. fi. versi. possei etiam. Pro fine istud etiam dico: † quòd si dos ob crimen mulieris, vt solet in quinque casibus. l. quinque legibus. ff. de bon. dam. proscribatur, & à fisco occupetur: marito tamen integrum lucrum dotis saluũ erit: vt consuluit Soc. in consilio cxxj. permittenda. numero 19. versiculo, secunda ratio. volumine quarto. vbi allegat Bar. hoc dicentem in lucro dotis, ex pacto delato, quòd dicit multò magis procedere, in lucro delato dispositione legis: quod est magis necessariũ iuxta not. in l. si cum dotem. §. si pater. soluto matrimonio. & in terminis lucri dixit Angel. in tract. de malef. in glo. in versi. & eius bona publicamus, num. 29. versi. an vxor. Rolan. in q. lix. plenius ita decidit distinguens, an pactum de lucro factum fuerit antequam mulier esset hæretica, vel aliud crimẽ commisisset, vnde proscribitur dos. in primo

10


casu

casu, quia delictum vxoris, non habet nocere marito. l. post contractum. ff. de dona. l. si quis post hac. C. de bon. proscri. marito lucrum prædictum debebitur. In secundo autem casu secùs: quia post crimen, ex quo interdicitur ei facultas administrandi & alienandi. l. Manichæos. C. de hæret. l. ex iudiciorum. ff. de accus. non potuit dotem dare, & pacisci super ea. & quod dicitur in casu dotis lucrandæ, ex pacto, id multò magis esse tenendum in casu stantis statuti subdit Rolan. per aliqua de quibus ibi per eum. Et his sit præsens commentarius absolutus, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei patris, & Filij & Spiritus sancti.

*

FINIS.

LVGDVNI,
Excudebat Jacobus Faurus.


14
167


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm